F. X. GOUDEAU

De Paucitate Salvandorum

quid docuerunt Sancti ?

LECTIO SPIRITUALIS CLERO PERUTILIS.

EDITIO TERTIA

AUCTIOR ET EMENDATIOR.

« Pauciores sunt qui salvantur. »
(S.Thomas.)

« Communior opinio vult majorem partem, adhuc fidelium, damnari. » (S. Alphonsus.)

« Plazza, seu potius Gravina, *De Paradiso*, cap. 5, asserit : *Verissimile est, electos homines, respectu hominum reprobrorum, longe numerosiores esse.* — Fatendum tamen est præcise hoc c. 5 damnatum fuisse decreto Cong. Indicis 22 Maji 1772. » —(Hurter, S. J. Theol. Dogm. T. II, nº 145, nota 2.)

BRUXELLIS
SUMPTIBUS JULII DE MEESTER
EDITORIS
via dicta « DE L'INDUSTRIE » N 27
1899.

R.F.

DE PAUCITATE SALVANDORUM

QUID DOCUERUNT SANCTI ?

D
88646

Typis Julii De Meester, Rollarii Flandrorum.

F. X. GODTS, C. SS. R.

De Paucitate Salvandorum

quid docuerunt Sancti?

LECTIO SPIRITUALIS CLERO PERUTILIS.

EDITIO TERTIA

AUCTIOR ET EMENDATIOR.

« Pauciores sunt qui salvantur. »
(S. Thomas.)

« Communior opinio vult majorem partem, adhuc fidelium, damnari. » (S. Alphonsus.)

« Plazza, seu potius Gravina, *De Paradiso*, cap. 5, asserit : *Verissimile est, electos homines, respectu hominum reproborum, longe numerosiores esse.* — Fatendum tamen est præcise hoc c. 5 damnatum fuisse decreto Cong. Indicis 22 Maji 1772. » — (Hurter, S. J. Theol. Dogm. T. II, nº 145, nota 2.)

BRUXELLIS
SUMPTIBUS JULII DE MEESTER
EDITORIS
via dicta « DE L'INDUSTRIE » N 27
1899.

APPROBATIONES.

Librum cui titulus : *De paucitate salvandorum quid docuerunt sancti ? auctore Fr. X. Godts C. SS. R., — Editio tertia, auctior et emendatior,* — a duobus Congregationis nostræ theologis, quibus ejusdem examen commissum fuit, recognitum et approbatum, potestate a nobis facta a R^mo^ Patre Generali M. Raus, in publicam lucem edi permittimus.

Bruxellis, 5 Maii, 1899.

J. R. VAN AERTSELAER, C. SS. R.
Sup. prov. Belgicæ.

IMPRIMATUR.

Mechliniæ, 29 Julii 1899.

H. J. DE CLERCK,
VIC. GEN.

DEDICATIO.

Beato
Clementi-Mariæ Hofbauer,

Congregationis Sanctissimi Redemptoris

PROPAGATORI INSIGNI,

qui

« illud indefessa sua opera consecutus est

ut languescentem populi fidem

catholicumque spiritum

non parum illa ætate imminutum

corroboraret,

dignus propterea quem Pius VII

virum apostolicum

Ecclesiæque columen appellaret, » (1)

hasce **doctrinæ Sanctorum** *vindicias*

obsequenter dedicat

AUCTOR.

---

1. Offic. ad Matutin. Lect. VI.

COMPENDIUM STATUS QUÆSTIONIS.

1.

An major pars **TOTIUS GENERIS HUMANI**, generatim sumpti, ob peccata sua mortalia, damnatur?

— **AFFIRMATIVE**, respondet universalis Traditio, quam testantur 73 Ecclesiæ Patres, Doctores et Sancti; 74 Theologi et 28 S. Scripturæ interpretes. — Hæc doctrina a quibusdam Theologis dicitur esse **DE FIDE**; ab aliis vocatur **PLUS QUAM VERA, COMMUNIS, CERTA**; « nec omnino quisquam Patrum invenitur, qui diversum scripserit, » uti notat Estius.

— **VERISIMILITER NEGATIVE**, respondet **GRAVINA**, qui nihilominus concedit opinionem communem esse **PROBABILIOREM**; cujus tamen scriptum non obstante hac confessione « omnino damnatur, » ut mandat S. Congregatio Indicis.

— **ABSOLUTE NEGATIVE**, respondent **BOUGAUD, MAURAN** et **R. P. CASTELEIN**, qui, ad opinionem suam tuendam, coguntur animam Ecclesiæ adeo dilatare, ut contendant maximum numerum paganorum, mahumetanorum, hæreticorum, schismaticorum, etc. salvari.

2.

An major pars **CATHOLICORUM ADULTORUM**, ob malam suam vitam, damnatur?

— **AFFIRMATIVE**, respondent iterum omnes Patres, Doctores et Sancti, qui de catholicis speciatim egerunt; necnón omnes Theologi et Interpretes, temporibus Protestantismi anteriores; quæ opinio a S. Alphonso vocatur **COMMUNIOR**.

— **VERISSIMILITER NEGATIVE**, respondent cum Suarez, quidam Theologi, sæculo **XVI** posteriores. Magnum horum argumentum est: « Licet catholici, pro maxima parte, sint peccatores habitualiter recidivi, tamen fructuose recipiunt ultima sacramenta et sancte moriuntur. »

— **ABSOLUTE NEGATIVE**, respondent **BOUGAUD, MAURAN** et **R. P. CASTELEIN**.

ERRATA CORRIGENDA

Præter leviora quædam, hæc emendet benevolus Lector :

Pagina	*Linea*	*loco*	*lege*
17	2 ab infra	parva	parvo
18	9 » »	approbatam	approbata
32	2	adhibenter	adhibentur
32	13	extare	exstare
49	2	multornm	multorum
49	5 ab infra	verrissime	verissime
52	8	cummun	commun
55	6	male	mala
76	10	eligantur	eliguntur
86	2	sunt	sint
88	6 ab infra	ingrediendi	ingrediendo
89	11 » »	dicipientes	decipientes
94	10	quære	quærere
97	7	43	42 et deinceps ab omni numero ordinis deme *unitatem.*
103	6	probrositate	probrositatem
108	6	Tanto	Tanta
113	2	(† 839)	(† 389)
118	15	(† 294)	(† 254)
120	8	(† 177)	(† 202)
121	3	quatuor	tres
134	8 et passim	Hürter	Hurter
135	6	ei	ii
144	9 ab infra	quam	quem
151	13	commiscimur	commiscemur
152	1	certe	certi
157	9	hortodoxis	orthodoxis
177	8 ab infra	contume	coutume
190	9	Christ	Christi
211	*ultima*	prina	a prin-
213	6 ab infra	de la mort. Dieu	de la mort, Dieu
215	9	Il y en faveur	Il y a en faveur
221	4 ab infra	c'est le l'impie	c'est de l'impie
225	7	fretrus	fretum
243	12 ab infra	medecina	medicina
257	3 ab infra	en égard	eu égard
258	*ultima*	accomodata	accommodata

260	17	Mutti	Multi
263	1	Messianum	Messianicum
266	4 ab infra	et dominicis	dominicis et festis
269	12 ab infra	exhausta	exhaustum
275	5	in spem frustram	frustra
275	9 ab infra	par	pas
277	9 ab infra	erronæ	erroneæ
278	9	sectentur	sectantur
285	11	scrutemus	scrutemur
288	penultima	convivii	convivæ
291	1	Matth XIX	Matth. XX
291	7 ab infra	clare	clara
292	8 ab intra	laborentes	laborantes
299	11 ab infra	amantis	amanti
301	ultima	accupata	occupata
305	*nota*	(alias 102)	(alias 100)
307	12	occurentem	occurentem
317	2	et	etsi
322	3	misericordia	misericordiam
322	15	sentinentes	sustinentes
338	5	inientem	ineuntem
345	11	Patremque	Patresque
349	6 ab infra	postest	po est
361	6 ab infra	alloquirur	alloquitur
405	ultima	solutem	solutam
407	9	cherchent	cherchant
423	11 ab infra	contra	1. — Contra
426	6	Ergo	3. — Ergo
438	7	17. — Errat	14. — Errat
450	nota	Extr. sunt	Extr. unct.
451	nota 1	Bordaloue	Bourdaloue
469	12	30	22
481	10	fuire	fuir
497	17	aumômes	aumônes
502	13	destruere	destituere
503	5	ergo	ego
512	16	introitum	introitus

N.B. Propter insertionem Indici analytici auctorum quos *additamenta* citant, non semper concordant numeri ordinales.

EDITIONIS TERTIÆ PRÆFATIO.

LECTOR BENEVOLE,

Facile intelliges librum hunc nequaquam esse agressionem, sed defensionem tantum. Defendimus, contra agressiones quorumdam neotericorum, hæreditatem Patrum nostrorum: antiquam eorum interpretationem nonnullorum Scripturæ textuum; antiquam eorum de paucitate salvandorum doctrinam; antiquam methodum concionandi de inferno et de timore Dei: antiqua et sana principia eorum moralia. Nominatim tutamur doctrinam S. Ignatii et 35 Beatorum ac Theologorum Societatis Jesu.

Inscribitur nostra elucubratio: « *De paucitate Salvandorum* »... quia testatur S. Thomas, testatur doctrina et interpretatio omnium sæculorum: « Pauciores sunt qui salvantur »; testatur ipse Dominus: « Pauci sunt qui inveniunt viam arctam, quæ ducit ad vitam. »

Inscribitur insuper: « *Quid docuerunt Sancti?* » Sanctos utique intelligo missionarios, Apostolorum successores, quorum prædicationes examinavit approbavitque Ecclesia; Sanctos Doctores, Sanctos aliosque Ecclesiæ Patres, quorum auctoritas in scientia salutis, quæ est *scientia Sanctorum,* maximi est facienda.

Consulto abstinui a citandis Sanctis illis, quorum scientia minus apparet, quales erant, v.g., S. Benedictus Labre, B. Gerardus Majella aliique, quibus Pater cœlestis, utpote dilectis parvulis, magnam illam revelavit sapientiam, quam abscondit a sapientibus et prudentibus hujus sæculi; eos tantum allego quos constituit Spiritus Sanctus prophetas, evangelistas, pastores et doctores, ad consummationem Sanctorum, in ædificationem corporis Christi.

Consulto etiam abstinui a citandis sanctis mulieribus, quamvis de nonnullis libenter dicam Deo cum Ecclesia: « Concede ut cœlestis ejus doctrinæ pabulo nutriamur et piæ devotionis erudiamur affectu. »(1) Infra, p. 122, verba

1. *Brev. Rom.* Festo S. Teresiæ. 15 Oct. Collecta.

referam, quibus Christi Vicarius docet Deum Sanctos amplioribus luminis sui præsidiis adjuvisse.

Inscribitur demum opusculum nostrum : « *Lectio spiritualis clero perutilis*, » — et quidem pro sanctificatione tam propria, quam animarum concreditarum. Aptissimum enim est ad inculcandum timorem illum Domini, qui omnibus est initium sapientiæ vitæque æternæ, et quo clerus, plus cæteris fidelibus, tantopere indiget. Nam « lectio Sancti Evangelii, sollicite considerare nos admonet, ne nos, qui plus cæteris in hoc mundo accepisse aliquid cernimur, ab Auctore mundi gravius inde judicemur. Cum enim augentur dona, rationes etiam crescunt donorum. » (1)

Jamvero ut notat pius Card. Bona : « Nullus acrior stimulus pravis moribus corrigendis, vitæque nostræ ad normam Evangelii instituendæ, quam illa horribilis et tremenda sententia : *multi sunt vocati, pauci vero electi*... Quia igitur pauci sunt electi, et fortassis multo pauciores quam putamus, a multitudine recedendum est, et cum paucis Sanctis, electis et innocentibus vivendum. » (2) Quod præsertim valet pro Sacerdotibus qui vocatione sua debent esse sal terræ lumenque mundi.

Perutilis erit quoque hujus libri lectio, saluti animarum procurandæ. Magnopere enim more Sanctorum, specialiter more S. Ignatii, fidelibus inculcandus est timor Dei, etiam ille qui servilis vocatur ; nam ut notat P. de Hummelauer, « Meditatio de inferno, ex mente S. Patris tota fluit ex affectu perfecti amoris. » (3)

II.

Per septemdecim sæcula in tranquilla possessione erat doctrina de paucitate salvandorum, nec unquam hac de

1. S. Greg. Magn. Hom. qui Ev. — Brev. Rom. off. Conf. Pont. Lect. VII.

2. Vide infra. p. 158-162.

3. *Meditationum et contempl. S. Ignatii puncta. p. 104.*

materia vel una audita est vox dissonans. Ut notat Estius : « Inter ipsos quoque fideles, plures esse malos quam bonos, ac proinde plures reprobos quam electos, tam Scripturæ quam Patrum auctoritate docetur, nec omnino quisquam Patrum invenitur, qui diversum scripserit. » (Vide infra pag. 134). Tam certa est hæc opinio, inquit optimus quidam theologus, ut « nullum christianum dari posse putem, qui illi queat refragari. » (p. 136.)

Admirabilem et unanimem hunc consensum aliqui versus finem sæculi XVI disturbaverunt, uti apparet ex dictis Vasquesii. (p. 133.)

Scripsit fere eo tempore Suarez : « Absolute loquendo de omnibus hominibus, qui a principio mundi usque ad finem fuerunt et futuri sunt, est communis et vera sententia numerum reproborum esse majorem ; » — et de Christianis : « Sententia communior est, ex Christianis plures esse reprobos, quam prædestinatos ; » — ubi tandem ad Catholicos pervenit : « Verisimilius mihi est, inquit, plures illorum salvari in lege gratiæ. » Et computat infantes baptizatos inter hos salvatos. « Ratio est, quia imprimis ex his qui moriuntur ante adultam ætatem maxima multitudo decedit cum Baptismo. » (Vide infra p. 136.)

Rationes tamen quas allegat, ut opinionem suam tantum ceu verisimilem probet, statim contradictores et refutatores habuerunt insignes, inter quos eminent Cornelius a Lapide, Recupito, aliique scriptores etiam ex Societate Jesu, necnon eximius Card. Bona. (p. 160.)

Ab eo tempore opinio majoris numeri salvandorum ex Catholicis tantum, aliquam probabilitatem extrinsecam sortita est, propter auctoritatem Suaresii; remanente sententia damnationis majoris partis generis humani in absoluta auctoritate, qua antea gaudebat.

Asseclas quidem sed et strenuos adversarios invenit opinio Suaresii. Sic 16 Julii 1695, Doctor Lovaniensis Steyaert proposuit hanc thesim ; « Angusta porta, de qua Matth. VII, 13, est porta Religionis Christianæ,

etiam quatenus a vulgo Fidelium (ne ad nescio quos rigores restrictio fiat) observetur. » — Contradictorem invenit Steyaert alium Doctorem Lovaniensem, Verschuren, qui edidit opusculum inscriptum : « Via arcta cœli asserta, ubi contra Doctorem Steyaert demonstratur plures e fidelibus adultis damnandos, quam salvandos. » (Vide infra, p. 178.)

Mediante sæculo decimo octavo, Alexander de Borgia, Episcopus Firmanus, non sine auditorum suorum scandalo, concionem habuerat de magno christianorum numero salvandorum ; dixerat : « Numerum hunc parvum esse relate ad numerum hominum in genere, non quidem relate ad Christianos tantum. » Statim contra hoc assertum edidit eruditus Foggini librum, Romæ 1752, postea etiam gallice translatum, cui titulus : « Patrum Ecclesiæ, de paucitate adultorum fidelium salvandorum, si cum reprobandis fidelibus conferantur, mira consensio asserta et demonstrata. »

III.

Hucusque proin discussio erat tantum de majori vel minori numero *catholicorum* salvandorum.

Qui primus contra unanimem consensum Patrum et Doctorum ausus est asserrere, sed ut *verisimilem* tantum, opinionem salutis majoris partis *totius generis humani,* fuit Gravina, S. J. Panormitanus, 1762. (vide infra p. 27.) Professores Seminarii Panormitani vocem levaverunt, thesesque ediderunt contra inauditam hanc novitatem ; opinionem suam defendit Gravina, quæ tandem anno 1772 fuit omnino a Congregatione Indicis damnata.

Eadem Congregatio, anno 1767, damnaverat, sed tantum *donec corrigatur*, opus Marmontelii, cui titulus *Bélisaire,* in quo etiam proponitur majorem partem hominum salvari.

Fervente Panormi hac discussione, anno 1767, quinquennio proinde ante condemnationem Gravinæ, scripsit Jesuita hispanus Genér, in Theologia sua dogmatico-scolastica : « In collectione *omnium hominum*, prædestinatorum numerus est multo major, et consequenter reproborum numerus est multo minor, *quam opinio communis existimet.* »

Quantus est ergo ille numerus secundum Genér ? — Respondet ipse : « *Forte* saltem non-reprobi cum reprobis ut minimum *æquales* sunt. » (1)

Sed ut dixi, tunc temporis Gravina nondum erat in Indicem relatus.

IV.

Nostra autem ætate, tres auctores ultra opinionem Gravinæ progressi, tenuerunt non ut opinionem probabilem tantum, sed ut absolute *certam*, majorem partem totius generis humani salvari.

Primus fuit **Bougaud,** vicarius generalis Aurelianensis, in opere suo : « *Le christianisme et les temps présents* », sine approbatione ecclesiastica edito.

Secundus fuit **D. Mauran,** parochus Massiliensis, in opere etiam sine approbatione in lucem dato. (2) — Ambo probabiliter ignoraverunt condemnationem Gravinæ.

Tertius est **R.P. Aug. Castelein, S. J.,** qui anno 1898 in periodico profano « *La Revue Générale*, » quinque edidit articulos, — naturaliter sine approbatione Ordinis sui vel Ordinarii editoris, — inscriptos : « *Le Rigorisme et la Question du nombre des élus.* » Doctrinam horum articulorum optime refutavit R. P. Coppin, C. SS. R., in libro suo : « La question de l'Evangile : *Seigneur, y en aura-t-il*

1. Tom. II. p. 342 et seq.

2. *L'humanité dans la vie future. — Elus et sauvés,* par l'abbé Victor Mauran curé des Accates. (Marseille.) Librairie Verdot et chez l'auteur aux Accates. Sine millesimo.

peu de sauvés ? ou considérations sur l'écrit du R. P. Castelein, etc. Novatorem nostrum refutaverunt quoque D. Chatel, in periodico « *Revue des âmes pieuses* », et RR. PP. Olivetani Galliæ in suo « *Bulletin de N. D. de la Sᵉ Espérance.* »

Articulos suos P. Castelein in unum collegit, ediditque mense Novembri ejusdem anni sub titulo : « *Le Rigorisme et la doctrine du salut.* « Quem librum ita commendat diarium catholicum *Le Bien public :* « A la considérable autorité théologique du P. Castelein, s'ajoute celle du R. P. Petit, provincial de l'Ordre, et celle de S. E. le Cardinal-Archevêque, qui ont donné *l'imprimatur* au livre. La doctrine du P. Castelein n'est pas une nouveauté. Elle est *conforme à la tradition constante de l'Eglise.* » (23 nov.)

Qui hoc scripsit profecto non cognovit opus Fogginii : « *Patrum Ecclesiæ... mira consensio demonstrata.* » Quemadmodum R. P. Castelein, usque ad tempus quo suum edidit librum, ignoravit condemnationem Gravinæ.

Eam autem optime cognovit quum, post aliquos menses, sine nova approbatione Ordinis vel Ordinarii, secundam evulgavit editionem sub titulo : « *Le Rigorisme, le Nombre des Elus, et la Doctrine du Salut ; seconde édition, revue et augmentée.* » — Ibi enim, pag 285 nota 2a, scribit : « Qu'on n'allègue pas comme argument contre notre thèse la mise à l'Index de l'ouvrage, etc. » Eamque damnationem ita parvipendit : « Bien des motifs différents peuvent expliquer cette mise à l'index. »

Contra hanc editionem, priori pejorem, scripsimus opusculum nostrum : *De paucitate salvandorum,* etc. tacitis prius, charitatis causa, tum nomine, tum titulo operis adversarii nostri. Prior hujus opusculi editio mille exemplariorum erat, quæ, antequam prelum reliquerant, jam a 1300 subscriptoribus erant expetita ; quapropter statim excusa est editio altera, aliquantulum locupletior.

Acceptis illico, præter gratulationes, indicationibus a parte Cleri, tam sæcularis quam regularis, et pretiosis adjumentis a confratribus, manum admovimus tertiæ opus-

culi nostri editioni, quæ tandem in lucem apparet, revera *auctior* et *emendatior*. Etenim, præter parallelismum inter doctrinam Patris Castelein et doctrinam Gravinæ, (cap. II.) exhibet seriem Sanctorum, Doctorum et Ecclesiæ Patrum, quæ de 25 crevit ad 73 ; Theologorum, quæ a 35 usque ad 74 ascendit ; Interpretum quæ de 12 ad 28 pervenit. Insuper ostendit quam falso quidam Theologi et Interpretes in favorem neotericorum citentur. -- Vindicantur in ea textus consueti de *arcta via*, de *paucis electis*, etc. — Ostenditur sensus typicus octo salvatorum e diluvio et quatuor e Sodoma, ac duorum tantum intrantium terram promissam. -- Fusius tractavimus de anima Ecclesiæ, et de statu Ecclesiæ priscis christianismi sæculis, de actuali extensione gratiæ reparatricis, etc. Ita hæc tertia editio valde auctior est duabus prioribus.

V.

Non tantum ad vindicandam veritatem speculativam calamum sumpsimus,sed ad *practicam* tuendam. Minus refert numerus mathematicus Salvandorum, qui Soli Deo manet cognitus ; multum autem refert pro missionario, ut nobis scribit eruditus Dogmaticæ Professor, « la vérité morale et pratique qui doit présider, selon les lois de la Providence, à la direction ou l'orientation des individus pour s'acheminer vers leur fin. »

Quod maxime zelum nostrum contra perniciosum librum Patris Castelein excitavit, est experientia in cathedra veritatis et in confessionali acquisita. Quotni jam vidimus, inter ejus libri lectores, subridentes ubi sermo fiebat de extensione et de perversitate vitii impudicitiæ,vel de horribili æternoque inferno ! Quemnam jam experti sumus spiritum criticismi, post auditas conciones de veritatibus æternis ? Jam in sacris Missionibus proceres alioquin pii, et quorum fuisset exemplum præstare plebi, renuerunt audire conciones vel adire confessionale, dicentes Missionarios esse Rigoristas, Terroristas, Pessimistas.

Et quid erit postea, quando sophismata, quibus R. P. conatur errorem suum tamquam veritatem stabilire, favente tempore, venenum suum in tot animas stillaverint? Quando multi sibi persuasum habebunt, salutem esse negotium facillimum, etiam post malam vitam ; communionem annuam sufficere ut quis maneat cum Christo unitus ; non tantam esse malitiam luxuriæ secundum naturam ; peccata mortalia ordinaria minus esse fugienda ; non esse habendam rationem nisi horridorum scelerum ; pericula mundi et mali exempli esse parvipendenda, etc.

Et hæc omnia propinata sunt laicis, in lingua eorum vernacula, in periodicis diariisque profanis ; et dicuntur fructus studii genuinæ Theologiæ, doctrinam Patrum et Ecclesiæ, sensum authenticum Scripturæ Sacræ ! — Qui contrarium, i. e. sanam doctrinam prædicant, sunt spernendi et fugiendi fere uti Janseniani !

Et qui hoc scripsit, inscius certo, imitatur Janseniarum agendi rationem. Nam ut merito dixit pius, et tamen adeo spretus, ille Massillon : « Une des plus grandes plaies que le Jansénisme ait faites à l'Eglise, c'est, à mon avis, d'avoir mis dans la bouche des femmes et des simples laïques, les plus relevés et les plus incompréhensibles mystères, et d'en avoir fait un sujet de conversation et de dispute. C'est ce qui a répandu l'irréligion. Il n'y a pas loin, pour les laïques, de la dispute au doute, et du doute à l'incrédulité. » (1)

Profecto hæc minime intendit R. P. Castelein, sed tamen aliquatenus operatus est. Neminem convertet liber ejus ; sed et generatio nostra illo nequaquam indigebat ; nam minime curat de angustia via quæ ducit ad salutem.

VI.

Dicunt aliqui et nos aliam extremam tenere viam, ita ut veritas sit in medio ; et hæc veritas esset : « Nihil scitur de numero electorum ; soli Deo cognitus est. »

1. Cf. Rohrbacher. Hist. univ. de l'Egl. cath. Livre 89.

Numerus *absolutus* seu determinatus, concedo ; numerus autem *relativus* ad numerum damnandorum, nego. Jamvero Ecclesia, S. Thomas, aliique, qui negant numerum nobis esse cognitum, unice de numero absoluto loquuntur. Quomodo secus S. Thomas in eodem loco diceret : « *Deo soli cognitus est numerus,* » et « *pauciores sunt qui salvantur ?* » — Loquitur hic profecto de numero relativo.

Ut accurate scribit Recupito, tractans ex professo de numero prædestinatorum et reproborum ; « Duplex est controversia. Prima est de certitudine numeri. Altera est de majoritate aut minoritate numeri prædestinatorum, respectu numeri reproborum. Circa primum, duplex est numerus : alter numerus numerans, alter numerus numeratus. Prior dicitur numerus materialis ; cum se habet materialiter ad numerum, quod hæc vel hæc sint numerata. Posterior dicitur numerus formalis, qui constituitur per tot et non plures in quacumque materia. Potest aliquis esse certus de numero formali et incertus de materiali, sicut e converso.

« Certus est in intellectu divino numerus materialis prædestinatorum et reproborum, et etiam numerus eorum formalis. (1)

« Circa secundum, hæc sententia videtur verior : Reproborum numerus ex fidelibus adultis major est quam prædestinatorum.

« Id quod dicitur de notitia numeri soli Deo reservata, intelligi debet de *tali* determinato numero, puta quod sint tot vel tot milliones ; non autem de magnitudine numeri accepta in generali et comparative ad numerum reproborum. » (2)

Ita intelligi debet Hurter cum scribit : « De numero prædestinatorum vel reproborum nil certi statui potest. »(3)

In eodem sensu intelligi debet quod dicit Perrone in

1. Tract. II. *De num. præd.* Cap. I. pag. 1 et 2.
2. Ibid. Cap. III, p. 8 et 9.
3. *Theol. Dogm.* Edit. 1880. T. II, p. 97, nota 2.

nota quadam : « Ecclesia nihil unquam circa hoc punctum definivit ; imo profitetur se electorum numerum ignorare. » (1)

Sed a vero aberrat doctus ille Theologus, dum audet asserere : « Propterea nonnisi *conjecturis* ducuntur, qui pro alterutra dimicant opinione. »

— Hoc verum est de Gravina, qui fatetur ipse se *conjecturis* duci ; hoc verum est de aliquibus neotericis, ut Faber, Bougaud et Mauran, qui aperte dicunt de argumentis suis : « Ce ne sont pas des doctrines... Ce sont de mauvais arguments.... Que le lecteur indulgent me pardonne cette boutade... Quand même nous serions dans l'erreur, » etc. (Vide infra, p. 368).

— Hoc falsum est de Sanctis, de Doctoribus, de Patribus, de Theologis, de Scripturæ Interpretibus, quorum longam seriem citabimus, et qui omnes doctrinam suam, non super conjecturas, sed super verbum Dei scriptum et traditum, necnon super experientiam sanamque rationem fundaverunt.

VII.

Ast, objicitur, non facta est revelatio de paucitate salvandorum ; quomodo possit ergo dari traditio ?

Respondeo 1° certam esse revelationem scriptam de paucitate invenientium viam arctam et de paucis electis, uti postea abunde demonstrabimus.

2° Multa sunt cognita per revelationem traditam, quæ non inveniuntur in Scriptura.

3° Ad ostendendum originem divinam alicujus doctrinæ, necessarium non est ut per monumenta traditionis probetur singulis ætatibus antecedentibus consensum in eam viguisse ; sed sufficit consensum istum aliquo tempore obtinuisse. Etenim ob jugem assistentiam Spiritus Sancti,

1. *Tract. de Deo creat.* n. 748. nota. — *Prælect. Theol.* Edit. Lovan. T. III. p. 339.

et ob immotam Ecclesiæ in eadem fide constantiam, quæ exinde necessario oritur, impossibile est, ut unquam in Ecclesia prævaleat consensus in affirmando veritatem circa quam antea extitit consensus negans. Ideo ad theologice vindicandum originem Apostolicam alicujus doctrinæ, sufficit ostendere quod eam unanimiter docuerint Patres v. g. quarti quintive sæculi, ut est in casu nostro, quin necesse sit disertis testimoniis etiam exhibere consensum ætatis Apostolicæ vel proxime sequentis, ex paucis, quæ nobis ex hac ætate supersunt, documentis. (1)

4° Datur tamen et quidem certissima in quæstione nostra traditio, quæ provenit a priscis Christianismi sæculis, uti statim ostendam. Præmitto tamquam argumentum Traditionis tantum, Librum IV Esdræ, quem citant Estius, Joannes à S. Thoma, Gonet, Suarez, aliique.

Prius per totum caput III fuse ostenditur in omnibus Adæ posteris, et maxime in Gentibus infidelibus abundare malitiam. Deinde expresse dicitur : cap. VIII. — 1. « Et respondit ad me (Angelus) et dixit : Hoc sæculum fecit Altissimus propter multos, futurum autem propter paucos.

2. « Dicam autem coram te similitudinem, Esdra. Quomodo autem interrogabis terram, et dicet tibi, quoniam dabit terram multam magis unde fiat fictile, parvum autem pulverem unde aurum fit ; sic et actus præsentis sæculi.

3. « Multi quidem creati sunt, pauci autem salvabuntur...

41. « Sicut enim agricola serit super terram semina multa, et plantationes multitudinis plantat, sed non in tempore omnia quæ seminata sunt, salvantur, sed nec omnia quæ plantata sunt, radicabunt, sic et qui in sæculo seminati sunt, non omnes salvabuntur. »

Cap. IX. 15. « Olim locutus sum, et nunc dico, et postea dicam : Quoniam plures sunt qui pereunt, quam qui salvabuntur :

1. Cf. *Theol. Mechlin.* Demonstr. cath. Tract. de Regula fidei. Edit. 1891. p. 358. q. 3.

16. « Sicut multiplicatur fluctus super guttam. »

Sed maximum documentum ostendens traditionem primævam de paucitate salvandorum est doctrina antiqua et constans de *duabus viis*.

Christus Dominus ipse, uti notissimum est, apud Matthæum, qui Evangelium suum scripsit anno 42 et apud Lucam qui scripsit versus annum 63, figuram adhibet duarum viarum, quæ figura adeo familiaris fuit apud priscos christianos ut eam in signo symbolico, scilicet in littera Y, quasi incarnaverint.

1. Monumentum christianum, versus finem primi sæculi exaratum, est liber qui inscribitur : **Doctrina duodecim Apostolorum** et cujus authenticitas, grave momentum, ac pervulgatus usus apud primitivos fideles extra dubium sunt, et a criticis etiam difficilioribus admittuntur. (1) Inter Græcos Eusebius, Athanasius, Nicephoras hunc librum inter apostolica scripta rencensent. Inter Latinos citatur a Ruffino inter libros inspiratos ; et plures Patres Apostolici partes ex eo mutuati sunt. Illud autem opus incipit per expositionem duarum viarum, quarum una est via vitæ, altera vero mortis, sed quæ valde diversæ sunt : « *Viæ duæ sunt in sæculo : vitæ et mortis, lucis et tenebrarum.* »

2. — Doctrina hæc duodecim Apostolorum completur et illustratur in **Homiliis,** quæ **Sancto Clementi** attribuuntur, ab antiquis Ecclesiæ scriptoribus memoratæ et quæ quamvis apocryphæ, tamen monumentum sunt traditionis apostolicæ. In septima harum legitur : « Has ergo cognoscens bonas et malas actiones, prænuntio vobis, quasi duas ostendens vias, per quam quidem gradientes pereant, per quam vero incedentes salventur, ducti a Deo. Via igitur pereuntium lata est et planissima, perditque absque labore ; at via servatorum angusta est et aspera, tandemque iter facientes servat cum labore multo. » (2)

---

1. Cf. Fessler *Institutione patrologiæ*. Edit. 1890. T. I. p. 121.
2. Hom. VII. cap. VII. Migne. Patr. *Græco.-Lat.* — T. II. col. 222.

3. — Aliud documentum de apostolica doctrina duarum viarum est **Epistola** vulgo **Sancto Barnabæ Apostolo** attributa. In prima hujus parte, cap. IV. jam legitur : «Considerate opera malæ viæ... Attendamus ergo,ne forte,sicut scriptum est, *multi vocati, pauci electi,* inveniamur. » (1) Secunda vero pars hujus Epistolæ unice tractat *de duabus viis : Cap. XVIII.* « Duæ sunt viæ doctrinæ ac potestatis : una lucis, altera tenebrarum. Differentia vero multa duarum viarum. Uni siquidem præpositi sunt Angeli Dei, lucem præferentes, alteri vero angeli Satanæ. »

Cap. XIX. De via lucis. « Via igitur lucis hæc est : si quis cupit pervenire ad præfinitum locum, suis operibus id consequi studeat. Cognitio itaque nobis data in hac via ambulandi hujusmodi est : Diliges Creatorem tuum ; g[illegible]ria afficies eum, qui redemit te a morte. Eris corde simplex et spiritu dives. Non adhærebis ad eos, qui incedunt in via mortis. Odio habebis perpetrare quod Deo non placet, » etc.

Cap. XX. De via tenebrarum. « Via autem tenebrarum obliqua est plenaque maledictionis. Est enim via mortis æternæ cum supplicio, in qua sunt quæ perdunt animam : idololatria, temeritas, elatio ob potentiam, simulatio, cor duplex, adulterium, homicidium, rapina, superbia, » etc. etc. (2)

4. Fere ejusdem ætatis sunt **Canones ecclesiastici SS. Apostolorum**, in quibus adducitur S. Joannes dicens : « Viæ duæ sunt, una vitæ et altera mortis... Via enim vitæ hæc est : primum, amabis Deum, qui fecit te,ex toto corde tuo,» etc.

5. — Hisce affines sunt **Constitutiones SS. Apostololorum,** ubi in proloquio Libri VII legimus : « Merito dixit etiam Dominus Jesus : Nemo potest duobus dominis servire. » Et de duabus viis : « Nullam autem habent inter

1. Ibid. pag. 734.
2. Ibid. 775 — 779.

se convenientiam, sed magnum discrimen, imo vero prorsus distinctæ consistunt ; ac naturalis quidem est vitæ via ; adscita autem via mortis. »

6. — Præclarum documentum est liber **S. Hermæ,** cui titulus **Pastor,** ad summum, ait Fessler, versus 150 scriptus. « Revera utilis liber, inquit S. Hieronymus, multique de eo scriptorum veterum usurpavere testimonia. » (1). — Libro I hujus operis, *visione 3ª,* describitur triumphantis Ecclesiæ structura ; sex Angeli lapides splendidos, quadros, politos ita conjungunt, in ædificatione turris, ut commissuræ eorum non paterent ; alios vero et quidem multos projiciebant lapides, quos multa millia virorum apportabant, et non utebantur illis ad structuram. (2)

Libro III ejusdem operis, *similitudine* 3ª et 4ª homines viatores assimilantur arboribus ; tempore hiemis arbores virides ab aridis distingui non possunt ; at æstate vividæ arbores ab aridis internoscuntur. Sic erit in consummatione sæculi. (3)

7. — **Clemens Alexandrinus** († 217), cum schola sua eclectica, incipit corroborare Revelationem per sapientiam humanam philosophorum, præcipue per Pythagoram, ingenium utique practicum. Hinc *Stromatum* Lib. V. cap. V, agens de symbolis Pythagoræ : « Rursus vero, scribit, cum *duas vias* ponat Evangelium et Apostoli atque omnes Prophetæ, et unam quidem vocent *arctam* et *angustam,* quæ contracta sit in præceptis et prohibitionibus; alteram vero contrariam, *latam* et *spatiosam,* et in quam voluptatibus et iræ liber est aditus... et Pythagoras, jubens ingredi via regia, non veretur *prohibere sequi vulgi sententiam,* quæ plerumque temeraria est et absona. » (1)

8. — **Origenes,** († 254) Clementis Alexandrini collega et, ut ille, Pythagoræ assecla, etiam figuram interpretatur

1. De viris illustr. cap. X. — Migne. Pat. gr. Lat. T. II. Col. 850.
2. Migne. l. c. p. 902.
3. Ibid. p. 655.

duarum viarum et portæ angustæ, quam pauci inveniunt. (vide infra. p. 118.)

9.— Christianus poeta **Ausonius** ut rem omnibus notam decantat litteram Y tamquam duarum viarum figuram a Pythagora inventam, cujus et nomen fert :

« *Littera Pythagoræ* discrimine secta bicorni
« Humanæ vitæ speciem præferre videtur.
« Nam via virtutis dextrum petit ardua callem,
« Difficilemque aditum primum spectantibus offert :
« Sed requiem præbet fessis, in vertice summo.
« Molle ostentat iter via lata : sed ultima meta
« Præcipitat captos, volvitque per ardua saxa. » (1)

Et ubi de litteris monosyllabis Græcis et Latinis agit idem Poeta, litteram Y introducit dicentem ipsam :

« Pythagoræ bivium ramis pateo ambiguis. » (3)

10. —**Lactantius,** Constantinum imperatorem de duabus viis instruens, eadem utitur figura : « Duæ sunt viæ, Constantine imperator, per quas humanam vitam progredi necesse est ; una, quæ in cœlum ferat ; altera, quæ ad inferos deprimat ; quas et poeta in carminibus, et philosophi in disputationibus suis induxerunt... Dicunt enim humanæ vitæ cursum Y litteræ esse similem, quod unusquisque hominum, cum primæ adolescentiæ limen attigerit, et in eum locum venerit,

« Partes ubi se via findit in ambas, »

hæreat nutabundus, ac nesciat in quam se partem potius inclinet....

« Quid enim opus est Y littera in rebus contrariis atque diversis ? Sed altera illa melior (linea) conversa est ad solis ortum ; altera, illa deterior, ad occasum ; quoniam

1. Migne. Pat. Gr. — Lat. T. IX. col. 54.
2. Migne. Pat. Lat. T. VI. col. 641. nota.
3. Ibid. T. XIX. col. 901.

qui veritatem ac justitiam sequitur, is, accepto immortalitatis præmio, perenni luce potietur. » etc. (1)

Superfluum ducimus Lactantium sequi in longa sua dissertatione de utriusque viæ proprietatibus; sufficit nobis hunc textum adduxisse contra eos qui traditionem in nostra quæstione audent negare.

11. — Magnus **S. Hieronymus** pluries interpretationem Lactantii de Littera Y approbat. — Sic in commentario suo in Ecclesiasten, cap. X : « Firmianus (Lactantius) quoque noster in præclaro *Institutionum* suarum opere, Y litteræ meminit, et de dextris ac sinistris, hoc est, de virtutibus et vitiis plenissime disputavit. » (2)

— Ad matremfamilias Lætam scribens, supponit doctrinam emblematis Y illi esse notam : « Qui autem parvulus est, et sapit ut parvulus, donec ad annos sapientiæ veniat, et *Pythagora littera* eum perducat ad bivium, tam bona ejus quam mala, parentibus imputantur.» (3)

Item Epistola ad Pamachium : « Lot, quod interpretatur *declinans*, campestria eligat, et juxta Pythagoræ litteram, facilia magis ac *sinistra* sectetur. » (4)

Hæc abunde sufficiant ad ostendendam antiquam traditionem de duabus viis, et nescio qua fronte neoterici eam audent negare.

— « Tu autem, o Timothee, depositum custodi, devitans profanas vocum novitates et oppositiones falsi nominis scientiæ. » (5) — « Erit enim tempus, cum sanam doctrinam non substinebunt,... ad fabulas autem convertentur. » (6) — « Ne despicias narrationem presbyterorum sapientium, et in proverbiis eorum conversare ; ab ipsis enim disces sapientiam et doctrinam intellectus. » (7)

1. Lact. Divin. Instit. Lib. VI. cap. III. Migne. Pat. Lat. T. VI. col. 641, 642 et 644.
2. Migne. Pat. Lat. T. 23. col. 1146.
3. Epist. CVII. Migne. Pat. Lat. T. XXII. col. 873.
4. Epist. LXVI. Ibid. col. 645.
5. I Tim. c. ult. 20.
6. II Tim. IV. 3 et 4.
7. Eccli. VIII. 9 et 10.

***

Hisce jam scriptis, invenimus casu opusculum, nuperrime iterum editum, et quidem eum in finem ut doctrinam majoris numeri salvandorum sustentaret, magisque vulgaret : « La confiance en la miséricorde de Dieu par Languet. »

De optimo isto auctore scribit Editor : « Contemporain de Massillon, Languet semble avoir partagé la sévère opinion de cet auteur. Il nous dit en effet : « Il reste aux âmes justes un dernier sujet de frayeur : c'est ce que *la foi* nous apprend du petit nombre des élus. » — Hoc est clarum, certum, salutare.

Ademiremini jam dexteritatem qua Editor, confrater R. Patris Castelein, novit salubrem hanc doctrinam paucis verbis prius intricare, dein in contrariam mutare : « Il est certain, pourtant, que cette doctrine ne fait point partie du *dogme* catholique et que ce n'est là qu'une *erreur*, causée par l'interprétation exagérée de *certains* textes de la sainte Écriture. » (p. 6)

Ita unico ictu id, quod doctus Archiepiscopus Languet affirmat esse de fide, proponitur tamquam error ex ignorantia ortus.

Sed 1°) Languet, dum cum multis theologis affirmat paucitatem electorum esse *de fide*, utpote sat clare a Deo revelatam, nequaquam affirmat eam esse de fide *definitam*, seu *dogma* ab Ecclesia omnibus obligatorie credendum impositum.

2. Qua fronte audet Editor scribere: «c'est là une *erreur?*»

3. Quomodo audet addere et quidem tam vago modo : « causée par l'interprétation exagérée de *certains* textes, » et ignorantiæ insimulare Auctorem de quo ipse affirmat : « Il fut reçu à l'Académie française. Ses écrits de controverse lui méritèrent un bref élogieux du Souverain Pontife? Toujours en guerre avec les Jansénistes, il combattit, avec autant de succès que de vigueur, leurs décourageantes doctrines. » (p. 5.)

Languet opinionem communem amplexatus est, ductus non tantum genuina Scripturæ interpretatione, sed et auctoritate Traditionis et experientia quotidiana vitæ multitudinis, quemadmodum id fuere Doctores et Theologi omnium sæculorum.

Versus calcem hujus editionis, subito mutatur titulus *La confiance*, etc. et inscribuntur tria ultima capita desumpta quæ sunt ex opusculo cujusdam Loggero : *Le nombre des élus.* Proponuntur ibi sophismata ejusdem farinæ, ejusdemque vis probativæ quam ea, quæ mox refutabimus.

Insuper magni Theologi, qui variis modis interpretantur vocem *electi* in quodam textu, citantur tali modo, ut facile putaret incautus Lector eos docere magnum electorum numerum, dum expresse et fuse contrarium docent.

Tandem hoc opusculum, quemadmodum scripta Bougaud, Mauran et secunda editio Patris Castelein, — apparet sine speciali approbatione. Fert quidem inscriptionem : «sous les auspices de l'Episcopat de Belgique », et sequuntur sex nomina Episcoporum nostratum ; frustra autem quæritur *Imprimatur* Superioris ordinis vel Ordinarii loci.

O quot errores vitassent propagatores doctrinæ majoris numeri electorum si adamussim servassent has S. Congregationis Indicis aureas regulas :

XXXVI. « **Regulares, præter Episcopi licentiam, meminerint teneri se, sacri concilii Tridentini decreto,operis in lucem edendi facultatem, a Prælato, cui subjacent, obtinere. — Utraque autem concessio in principio vel in fine operis imprimatur.** »

XLI. « **Omnes fideles tenentur præviæ censuræ ecclesiasticæ eos saltem subjicere libros, qui divinas Scripturas, sacram Theologiam... aliasve hujusmodi religiosas aut morales disciplinas respiciunt, ac generaliter scripta omnia, in quibus religionis et morum honestatis specialiter intersit.** »

XLIIII. « **Noverint Typographi et Editores librorum novas ejusdem operis approbati editiones, novam approbationem exigere.** »

Caput primum.

Salutaris doctrina de paucitate salvandorum nequaquam mere speculativa est, sed practicis referta consectariis.

1. — Doctrina salutis æternæ similis est bono semini, quod animarum Redemptor seminavit in agro Ecclesiæ suæ, initio Ipse et per Apostolos suos, dein, decurrente sæculo, per servos suos, præsertim vero per Doctores Sanctos. Cujus seminis fata adversa ipse Christus prædixit : « Cum autem dormirent homines, venit inimicus ejus, et superseminavit zizania in medio tritici, et abiit » (1) ; quæ zizania diversa sunt pro diversis sæculis.

Nostra autem ætate, quidquid dicant neoterici, zizania non sunt amplius *Rigorismus*, ut tempore Jansenistarum ; ut dixit Pius IX : « Neque enim sine providentissimo omnipotentis Dei consilio factum est, ut, quum Jansenistarum doctrina novatorum oculos in se converteret, errorisque specie multos alliceret, ageretque transversos, tunc potissimum exstaret Alphonsus-Maria de Liguorio, qui scriptis doctis et laboriosis, istam ab inferis excitatam pestem *radicitus* evellendam, et ab agro Dominico *exterminandam* curavit » (2).

Zizania nostri sæculi sunt *Laxismus*, ortus ex ignorantia fidei, in scholis præsertim popularibus, —

1. Matth. XIII, 25.
2. Pius IX, Litt. apost. de S. Alph. tit. Eccl. Doct. aucto.7 Juli 1871.

e falsis principiis relate ad pietatem et vitam vere christianam, etc. etc... Quod et testatur supremus speculator hodiernus Ecclesiæ, Leo XIII : « Quam multis et quibus corruptelarum modis nequitia sæculi eo fallaciter connitatur ut christianam fidem et, quæ ipsam nutrit movetque in fructus, observantiam divinæ legis, debilitet ac prorsus evallat ex animis, jam patet nimium : jamque passim Dominicus ager teterrima velut afflatus lue, ignoratione fidei, erroribus, vitiis propemodum silvescit... Inde est cum causa dolendum de publicis doctrinarum palæstris sic dedita opera constitutis, in quibus nomen conticescat aut vituperetur Dei : neque ea minus dolenda consecuta in multis remissio et desidia catholicæ professionis, quæ, si non est aperta a fide defectio, eo certe evasura procliviter est, cum fide nihil jam vitæ habitu congruente » (1).

Ut juste ingemiscit D. Guéranger : « Amollis par la recherche continuelle de nos aises, par une folle dépense de ce que nous appelons sensibilité, nous n'avons plus de courage en face des devoirs ! N'est-il pas vrai de dire que la sainteté n'est plus comprise ? Elle étonne, elle scandalise même » (2).

Inter doctrinas Sanctorum quæ sæculum nostrum tam laxum scandalizant, computanda est sententia omnino vera, scripturistica atque communis apud Sanctos et Doctores, *de paucitate salvandorum.*

Impugnatur hæc a Bougaud in *opere suo : « Le christianisme et les temps présents »*, Tom. V. cap. 16,

1. Encycl. *Magnæ Dei Matris.* 7 Sept. 1892.
2. Année Liturgique. — 21 Jan. fête de Ste Agnès.

et a R. P. Castelein, S. J., in scripto « *Le Rigorisme, le nombre des élus et la science du salut.* »

Hoc scriptum non vereor, post confratrem meum, R. P. Coppin, vocare « opus nullius valoris quoad doctrinam, » (1) — « sine ulla vel minima excusatione in lucem editum, (2) — et « animabus valde nocivum. (3) » — Etenim, quoad hoc ultimum :

1° Minuit reverentiam et submissionem prædicatoribus ac piis scriptoribus debitam.

2° Attenuat horrorem peccati.

3° Deprimit genuinam notionem vitæ christianæ.

4° Contradicit doctrinæ communi Ecclesiæ de mundo et de periculis mundi relate ad salutem animarum.

5° Minuit ideam Ecclesiæ catholicæ ejusque necessitatem.

6° Fideles decipit.

7° Eisque præsumptionem ingerit (4).

---

1. — « Ce livre, au point de vue de la thèse qu'il prétend établir, est *sans valeur*. — (*La question de l'Evangile*, etc. — *Considérations sur l'écrit du R. P. Castelein*, etc. pag. 292 et 309.)

2. — « C'est sans *aucune raison* que le R. P. Castelein a écrit son livre; car son but de combattre un rigorisme, un reste de Jansénisme, un terrorisme à la Mahomet... n'est qu'une ombre gigantesque que son imagination a formée. » (*Ibid.* p. 311.)

3. — « *Dans ses tendances diverses* il est de nature à *nuire* aux âmes... C'est un livre *funeste* aux âmes. » (p. 292, 308.)

4. — *Ibid.* pag. 308-330. — Nihilominus cantatur de pravo isto opere: « Cet ouvrage est capital. — Il redresse un grand nombre d'erreurs. — Il déblaie la voie.— C'est une éblouissante et réconfortante clarté sur la vie et sur la mort. Il est éminemment salutaire que des hommes de la compétence et de l'autorité du P. Castelein élèvent la voix ! Que de préjugés vont tomber devant les lecteurs du P. Castelein ! » Et ipse R. P. Castelein humiliter dicit de opere suo : » Un des principaux journaux catholiques d'Amérique l'a reproduit pour ses cent mille lecteurs.—*Mes*

2. — Ad refutandam, uti inaniter tentant adversarii, communem Sanctorum de paucitate salvandorum doctrinam, facili conatu refellunt celeberrimam Massillonis concionem : *Du petit nombre des élus*, — quasi ruente *demonstratione falsa* alicujus doctrinæ, ipsa quoque doctrina necessario ruere deberet. Sed ut optime animadvertit R. P. Coppin : « L'illustre Massillon n'est, — on me pardonnera l'expression, —que l'homme de paille sous lequel le R.P.Castelein veut atteindre ce qu'il appelle *les Rigoristes*. » (1) Idem fecit et Bougaud.

Jamvero concio Massillonis dudum refutata est, inter alios a Cl. Rohrbacher (2), qui ostendit eam exaggerationibus esse plenam ; insuper falso inniti dilemmati.

En istud falsum ratiocinium : Ad salvandam animam suam, oportet ut quis aut servet innocentiam baptismalem, aut pœnitentiam agat more Sanctorum, quorum pœnitentia fuit heroïca. Atqui pauci sunt qui servant innocentiam ; paucissimi vero qui pœnitentiam agunt heroïcam. Ergo paucissimi salvantur.

Sed nego dilemma *majoris* : etenim datur tertia positio, non tantum possibilis, sed vera : pœnitentia scilicet ordinaria quæ, omnibus fatentibus, est vere sufficiens.

---

idées sont vraies et justes. Elles sont le fruit d'une étude approfondie de l'Ecriture sainte et des enseignements de nos plus grands théologiens.— Je ne serai pas embarrassé pour répondre à mes contradicteurs. Je souhaite seulement que l'attaque soit savante et précise » (2e éd. avant-propos).

1. L. c. pag. 8.

2. *Hist. univ. de l'Égl. Cath.* Livre 89. Edit. Paris, 1852. T. 27. p.361.

Nunc, refutato falso ratiocinio Massillonis, nihilominus mole sua stat communis Sanctorum doctrina « de paucitate salvandorum. »

Insuper refutato uno Massillone, non ideo jam refutati sunt innumeri illi concionatores qui, tacente, imo approbante Ecclesia, hanc eamdem veritatem quam Massillon, licet solidioribus argumentis, probaverunt. Tales sunt, ut prædicatores Gallos tantum nominem : Lejeune, Loriot, Houdry, Bourrée, Bretonneau, Dufay, Ballet, Surian, Jard, Collet, Griffet S. J., Girardot S. J., De la Tour, De Géry, Richard, Billot, de Bulonde, Doucet, Roy, Gamberd, de Rancé, Chenart, Chevassu, Brydaine, Card. Giraud, etc. (1) Eamdem materiam tractaverunt generatim prædicatores Itali in concionibus suis quadragesimalibus. Jamvero cum doctissimo P. Schrader asserere licet : « Ad magisterium ordinarium Ecclesiæ pertinere communem universalemque prædicationem quavis ætate exercitam. » (2)

3. — Refutato Massillone, minime refutata est celeberrima concio Sancti Leonardi à Portu-Mauritio de eadem materia. Fuit autem ille Sanctus, ut testatur Ecclesia, vir quem misericors Deus « in obstinatis peccatorum cordibus ad pœnitentiam flectendis, opere et *sermone* potentem effecit. » (3) Insuper sermo ejus, de *parva numero electorum,* habitus fuit Romæ, cum ingenti fructu, sub pontificatu

1. Cl. Migne, Or. sacr. et Villaume C. SS. R. Tables génér.
2. De Theol. gen. com. p. 102.
3. Or. Eccl. in festo ejus 28 Nov.

docti Benedicti XIV, qui sanctum missionarium magni faciebat ; fuit tandem iste sermo ab Ecclesia, saltem implicite, approbatus in examine operum Servi Dei prævio ad ejus Beatificationem.

Igitur de illo sermone minime dicere licet, quod de concione massilloniana asserit Bougaud : « Il fut question de mettre ce discours à l'Index. Il est regrettable qu'on ne l'ait pas fait. »(1)—Notare juvat, e contra in Indicem relatum esse caput quoddam (et opusculum) asserens majorem numerum electorum, uti postea videbimus, et omnino fuisse damnatum : « deleatur, » dicit sententia.

4. — Nec fucum faciat sibi pius Lector, videndo quædam scripta neotericorum de *magno numero electorum* approbationem præ se ferre Superiorum ; non judicet doctrinam ibi expositam ideo certo certius esse sanam, quia approbatam. Nam, ut scribit Sanctitas Sua, Leo XIII : « Nemo autem inducat in animum licere sibi illis promiscue opinionibus uti, quas forte deprehenderit in libris scriptorum Societatis Jesu *eisque de moderatorum permissu editis*... Ejusmodi libertati nunquam summi Præpositi non restiterunt, hoc præterea frequenter aperteque, *etiam sub hæc tempora,* testati, *in quibusdam librorum censoribus et diligentiæ plus et severitatis fuisse optandum* » (2).

1. *Le Christian. et les temps prés.* T. V, p. 378.

2. Litt. Ap. ad Soc. Jesu, *Gravissime nos*, 30 Dec. 1892. Acta Leonis XIII, ed. Vat. T. XII, p. 374. — Animadvertat insuper candidus Lector, editionem hanc libri Patris Castelein quæ inscribitur: « Seconde édition, revue et augmentée, » nullam ferre specialem approbationem. Prelum reliquit mense Martio 1899 et gerit approbationem Ordinis

Ut autem ad Sanctum Leonardum redeamus, — cujus concionem neoterici minime refutant, vel ad Indicem damnant, sed de qua prudenter altum tenent silentium, — nequaquam voluit genuinus ille Minister verbi Dei, ut auctor modernus : « faire œuvre de salutaire apostolat, en cherchant à éclairer la foi de mes lecteurs, pour la mettre en harmonie avec les exigences de leur raison et les besoins de leur cœur ! » — Sed modo plane huic contrario Apostolatum Christi intellexit ; et « ipsa saxea ac ferrea corda eo audito vehementer scindebantur ad pœnitentiam, ob miram sermonis efficaciam ac ardentissimum loquentis zelum, » (1) præsertim per concionem de parvo electorum numero. Neque eam materiam tractandam commisit profanis periodicis aut laïcalibus diariis, sed, prout decet, cathedræ veritatis.

Tandem hanc concionem zelans missionarius nequaquam ut mere speculativam, sed ut valde practicam habuit, quemadmodum e sequentibus luculenter patebit.

En pars celeberrimi hujus sermonis (2) :

« C'est la question générale du nombre des élus que nous avons à traiter ce matin ; question redoutable, qui a fait trembler les colonnes mêmes de l'Église, saisi de terreur les plus grands saints et

diei 18 Septembris 1898 et diocesanam 25 Septembris i. c. eamdem quam prima editio. Jubet tamen decretum Indicis anni 1896 : « Noverint Typographi et Editores librorum *novas* ejusdem operis approbati editiones, *novam* approbationem exigere. » (Reg. 44.)

1. Brev. Rom. 28 Nov. Lect. 6.

2. Saint Léonard de Port-Maurice, sermon XXIV, « Du petit nombre des élus ». Trad. Labis. T. 4, p. 175.

peuplé les déserts d'anachorètes ; question terrible, où il s'agit de décider si le nombre des chrétiens qui se sauvent l'emporte sur le nombre des chrétiens qui se damnent.

« Ce sujet bien médité vous inspirera, je l'espère, une crainte salutaire des jugements de Dieu.

« Mes chers auditeurs, je voudrais, à cause de l'ardent amour que je vous porte, pouvoir vous tranquilliser par des pronostics de bonheur, en disant à chacun de vous : Réjouissez-vous, le paradis vous est assuré, la plupart des chrétiens se sauvent, vous vous sauverez aussi !

« Mais comment puis-je vous donner cette douce assurance ?...

« Je laisserai les Théologiens et les Saints Pères décider seuls la question, et prononcer que **les chrétiens adultes, pour la plus grande partie, se damnent...**

« *Ce n'est pas curiosité,* mais prudence, d'agiter du haut de la chaire certaines vérités qui servent merveilleusement à réprimer l'insolence des libertins, lesquels, n'ayant jamais à la bouche que l'excessive miséricorde de Dieu, la facilité de se convertir, la fermeté de nos espérances, vivent, avec cela, plongés dans une entière sécurité au milieu du chemin de la perdition. Afin de les détromper et de les réveiller de leur torpeur, nous allons discuter cette grave question, de savoir si le nombre des chrétiens qui se sauvent est plus grand que celui des chrétiens qui se damnent. »

5. — Practicam hujus quæstionis utilitatem agnoscit etiam cl. Gonet ; « Quia sapientibus et insipienti-

bus debitores sumus, et aliunde hujus quæstionis resolutio utilis esse potest ad excitandum in nobis Dei timorem, qui est initium sapientiæ, ac fundamentum salutis, et, ut loquitur D. Ambrosius, « Clavus animæ fluctuantis, » placet ostendere sententiam quæ asserit, ex christianis et fidelibus, multo plures esse reprobos quam electos, Scripturæ, Sanctis Patribus et Historiæ Ecclesiasticæ magis esse consonam, quam aliam quæ numerum electorum docet excedere multitudinem reproborum » (1).

Quod et confirmat Estius, scribens : « Utilis est autem hæc doctrina, ut in tanta electorum paucitate quisque intelligat quanta sollicitudine bene vivendo salutem suam operari debeat, ut inter paucos illos inveniatur » (2).

Et inter eos quos impugnamus, ipse Bougaud : « Sera-ce le petit ou le grand nombre qui sera sauvé? Question obscure et qui paraît oiseuse! Cependant elle ne l'est pas ; c'est la question de l'utilité pratique du christianisme » (3).

Item P. Faber : « Si je pouvais me persuader que cette discussion n'a aucun but pratique, et aucune portée pour la vie chrétienne, ou qu'elle pût, en aucune manière, conduire à moins estimer les règles de perfection, j'éviterais avec soin de l'aborder. » (4)

Utilitas hujus disquisitionis patet etiam experientia

1. *Clypeus Theol. Thomist.* Tract. V, De Præd. disp. IV, Digr. II, Edit. Vivès. T. II, p. 363.
2. In lib. sent. Dist. 40, § 23. Edit. 1662, pag. 148.
3. *Le christianisme et les temps présents*, 4e Edit. T. V, p. 362.
4. *Le Créateur et la créature.* Trad. De Valette. — Edit. 1881. pag. 321.

quotidiana. Experimur etenim nos, confessarii missionarii, præsertim in magnis civitatibus et in locis parum piis, quam avide et quam perdite animæ arripiant omnem doctrinam quæ terrorem inferni minuit ; quam libenter « dicant videntibus : Nolite videre, — et aspicientibus : Nolite aspicere nobis ea, quæ recta sunt : loquimini nobis placentia ; videte nobis errores » (1).

6.— Inter molles et fallaces istos videntes, minime fuit oratorum christianorum in Gallia facile princeps, P. Bourdaloue, S. J. — Scripsit enim judiciose :

« *Il est constant que le nombre des élus sera le plus petit, et qu'il y aura incomparablement plus de réprouvés.*

« Or, c'est une question que font les prédicateurs, savoir s'il est à propos d'expliquer aux peuples cette vérité, et de la traiter dans la chaire, parce qu'elle est capable de troubler les âmes et de les jeter dans le découragement.

« J'aimerais autant qu'on me demandât s'il est bon d'expliquer aux peuples l'Evangile et de le prêcher dans la chaire.—Hé! qu'y a-t-il en effet de plus marqué dans l'Évangile que ce petit nombre des élus ? qu'y a-t-il que le Sauveur du monde, dans ses divines instructions, nous ait déclaré plus authentiquement, nous ait répété plus souvent, nous ait fait plus formellement et plus clairement entendre? *Beaucoup sont appelés, mais peu sont élus,* c'est ainsi qu'il conclut quelques-unes de ses paraboles. *Le chemin que mène à la perdition est large et spacieux,* dit-il

1. Isaias, XXX, 10.

ailleurs ; *le grand nombre va là. Mais que la voie qui conduit à la vie est étroite ! il y en a peu qui y marchent. Faites effort pour y entrer.* —Est-il rien de plus précis que ces paroles ?

« Voilà ce que le Fils de Dieu enseignait publiquement ; voilà ce qu'il inculquait à ses disciples. Sommes-nous mieux instruits que Lui de ce qu'il convient ou ne convient pas d'annoncer aux fidèles ?

« Prêchons l'Évangile et prêchons-le sans en rien retrancher ni en rien adoucir; prêchons-le dans toute son étendue, dans toute sa pureté, dans toute sa sévérité, dans toute sa force. Malheur à quiconque s'en scandalisera ; il portera lui-même, et lui seul, la peine de son scandale. »

Deinde illustris prædicator quibusdam tritis respondet objectionibus, hisce verbis :

« On dit : ce petit nombre d'élus, cette vérité fait trembler ! — Mais aussi l'Apôtre veut-il que nous opérions notre salut avec crainte et avec tremblement.

« On dit : c'est une matière qui trouble les consciences ! — Mais aussi est-il bon de les troubler quelquefois, et il vaut mieux les éveiller en les troublant, que de les laisser s'endormir dans un repos oisif et trompeur.

« On dit enfin : l'idée d'un si petit nombre d'élus décourage et désespère ! — Oui, cette idée peut décourager et peut même désespérer, quand elle est mal conçue, mal proposée, portée trop loin et surtout quand elle est établie sur de faux principes et sur des opinions erronées.

« Mais qu'on la conçoive selon la vérité, qu'on la

propose telle qu'elle est, qu'on la renferme en de justes bornes, qu'on l'établisse sur de bons principes; bien loin alors qu'elle jette dans le découragement, rien n'est plus capable de nous engager à faire les derniers efforts pour assurer notre salut, et pour avoir place parmi la troupe bienheureuse des prédestinés.

« Je l'avoue, il y a certaines doctrines suivant lesquelles on ne peut prêcher le petit nombre des élus sans ruiner l'espérance chrétienne. Par exemple, dire qu'il y aura peu d'élus parce que Dieu ne veut pas le salut de tous les hommes ; parce que Jésus-Christ n'a pas offert sa mort pour le salut de tous les hommes ; parce qu'il ne donne pas sa grâce à tous les hommes.... Aussi l'Église a-t-elle foudroyé de si pernicieuses erreurs.

« Si j'entreprenais de faire un discours sur ce petit nombre des élus, voici, ce me semble, quel en devrait être le fonds. Je poserais avant toutes choses les principes suivants :

« 1. Que nous devons tous espérer que nous serons du nombre des élus...

« 2. Que non-seulement nous sommes tous en droit, mais dans une obligation indispensable d'espérer que nous serons du nombre des élus...

« 3. Qu'il n'y a point même de pécheur qui ne doive conserver cette espérance...

« Ces principes supposés, j'examinerais ensuite, non point *s'il* y aura peu d'élus, puisque Jésus-Christ nous l'a lui-même marqué expressément dans son Evangile ; — mais *pourquoi* il y en aura peu ; savoir,

qu'il y en a peu et fort peu qui marchent dans la voie du salut, et qui veuillent y marcher.

« De là, prenant l'Evangile, et entrant dans le détail, je dirais à qui le salut est promis.

« Cette importante matière, traitée de la sorte, ne doit produire aucun mauvais effet, et en peut produire de très bons.

« Je dis plus : et quand il y en aurait quelques-uns que ce sujet désespérât, qui sont-ils ?

« Ceux qui ne veulent pas bien leur salut ;

« Ceux qui ne sont pas déterminés à tout faire pour leur salut ;

« Ceux qui prétendent concilier ensemble une vie molle, sensuelle, commode, et le salut : — une vie sans pénitence et le salut ; — ceux qui cherchent à élargir, autant qu'ils peuvent, le chemin du salut, et qui ne sauraient souffrir qu'on le leur propose aussi étroit qu'il l'est, parce qu'ils ne sauraient se résoudre à tenir une route si difficile.

« Quoi qu'il en soit, tout auditeur sage et chrétien profitera de cette pensée du petit nombre des élus ; et, saisi d'une juste frayeur, il apprendra :

« 1° à redoubler sa vigilance ; à se prémunir contre les dangers ;

« 2° à ne pas demeurer un seul jour dans l'état du péché mortel, mais à courir incessamment au remède ;

« 3° à se séparer de la multitude et par conséquent du monde ; à s'en séparer sinon d'effet,—tous ne le peuvent pas, — au moins d'esprit, de cœur, de maximes, de sentiments, de pratiques ;

« 4° à suivre le petit nombre de chrétiens, vraiment chrétiens, réglés dans leur conduite, fidèles à tous les devoirs ;

« 5° à prendre résolument la voie étroite, puisque c'est l'unique voie que Jésus-Christ est venu nous enseigner ; à s'efforcer, à se raidir contre les obstacles;

« 6° enfin à réclamer sans cesse la grâce du ciel, à recommander sans cesse son âme à Dieu par une excellente prière.

« Heureux le prédicateur qui renvoie ses auditeurs en de si saintes dispositions ! Son travail est bien employé ; et tout sujet qui fait naître de pareils sentiments, ne peut être que très solide et très utile » (1).

Talis fuit profecto ratio agendi et concionandi prædicatorum sanctorum ; hanc doctrinam ut saluberrimam habuerunt.

---

1. *Pensées sur le salut.* Petit nombre des élus. — Migne, Orat. Sacrés. T. 16. Col. 617.

Nota. Præter Bougaud et R. P. Castelein, datur tertius defensor opinionis majoris numeri salvandorum : D. Victor Mauran, parochus Massiliensis, qui, sine approbatione episcopali, edidit librum inscriptum : *Elus et sauvés*, de quo fusius postea. — Ab uno citato judicet Lector de valore novi hujus athletæ : « La logique de S. Thomas nous parait ici bien en défaut. Elle se réduit à une *pétition de principes*... Tout le raisonnement du Saint se réduit à dire : *ce qui n'est pas commun n'est pas commun*. L'argument n'est certes pas de première valeur. » (p. 239-240.)

Caput secundum.

Quamvis numerus electorum soli Deo sit cognitus, mens tamen Ecclesiæ videtur esse in favorem paucitatis.

1. — Prædestinatio arcanum profundissimum est, quod fugit humanæ mentis aciem.

« Deus, cui soli cognitus est numerus electorum, in superna felicitate locandus », — ait Ecclesia, in oratione secreta *pro vivis et defunctis* ; quæ forma precandi est profecto nobis norma credendi.

Attamen ipsa sponsa æternæ Veritatis videtur inclinare in favorem paucitatis electorum.

Etenim ex una parte, damnavit scriptum quoddam asserens, atque suo modulo probans, « verisimile esse, electos homines, respectu hominum reproborum, longe numerosiores esse ».

Ex alia parte approbavit scripta et conciones multorum Sanctorum, qui aperte paucitatem electorum docuerunt, etiam quoad catholicos adultos.

Frustra autem quæritur vel unus Sanctus qui docuerit majorem esse numerum hominum electorum.

2. — Scriptum hoc damnatum, de quo supra, caput est quintum operis posthumi P. Benedicti Plazza, S. J. inscripti : *Dissertatio anagogica, theologica, parænetica de Paradiso.* — Panormi, 1762. Caput autem illud, a P. Josepho Maria Gravina, ejusdem Societatis, compositum atque editum, inscribitur :

« De electorum hominum numero, respectu hominum reproborum », quod **omnino damnatur**, inquit Decretum S. Congregationis Indicis, diei 22 Maji 1772, et opus integrum proscribitur donec deleatur caput istud.

« Ibi, — aït cl. Hürter, — sine hæsitatione sic asseritur : *Verisimile est, electos homines, respectu hominum reproborum, longe numerosiores esse.* Id autem luculentissimis probationibus ostenditur, petitis hinc inde et undequaque argumentis e sacra pagina, e patribus, et theologis, qua scholasticis, qua asceticis, e cœlestibus revelationibus, e theologicis conjecturis *selectis* quidem ac propemodum innumeris. — Fatendum tamen est præcise hoc caput quintum damnatum fuisse. » (1) Ita cl. Hürter, qui alio loco scribit de eodem subjecto : « Ultimum caput, de electorum numero, quem auctor *admodum augere nititur*, prohibitum fuit. » (2)

Nonobstante suo probationum acervo, omnino ergo damnatum fuit præcise hoc caput, propter suam doctrinam.

3. — Sed hæc condemnatio, anno tantum 1772 prolata, nequaquam prima fuit quæ attigit laxistam Gravinam, *Benignistarum* ducem.

Etenim apud S. Alphonsum, in opere majori Lib. 1, Tr. 1. N° 85, videre licet theses circa laxum probabilismum, damnatas a Clemente XIII, anno 1761, tamquam continentes propositiones, « quarum aliquæ sunt respectivæ falsæ, temerariæ et piarum

1. *Theol. Dogm.* T. II n° 145. nota 2. — Edit. tertia p. 97.
2. *Nomencl. liter.* T. II. n° 521. — Edit. 1879, p. 1254.

aurium offensivæ. » — Jamvero Theses hæ, quamvis a parocho Avisii, diocesis Tridentinæ, anno 1760 promulgatæ, pleræque excerptæ sunt, et quidem fere litteraliter, ex opusculo a Gravina, Panormi edito, anno 1752, sub titulo : « Conclusiones de usu et abusu opinionis probabilis, » — et quod invenire licet in *Thesauro theologico* Zaccariæ, Tom. IV, pag. 335-350.

Attente præsertim perlegat benevolus Lector ea quæ nunc sequuntur. Dicit decretum præcitatum, damnans undecim Theses laxi probabilismi : » Illam vero excerptam a numero X, nempe *Probabilismum, qui Christo Domino summe familiaris fuit*, — proscribendam censuit (Sanctitas Sua), uti **erroneam** et **hæresi proximam.** » — En quomodo hic error, hæresi proximus, proprius est Gravinæ. Scribit enim iste Benignista in citato opusculo: « Sine ulla laxismi nota, *benignismum* utique profitemur, sed legitimum, seu quem affatim suadent utraque lex, cæsarea et Pontificia,.... sed denique christianum, seu *qui adeo Christo Domino* cordi fuit et *familiaris, ut nihil supra !* » (1)

4. — Eodem anno quo Roma damnavit doctrinam hanc benignistæ Gravinæ, — tacito tamen nomine ejus, — obiit in eodem Panormitano Collegio S. J. P. Benedictus Plazza. Hic octogenarius dissertationem inceperat de Paradiso, quam imperfectam, sed complendam et in publicam lucem producendam reliquit confratri suo Gravinæ. — « Equidem, scribit

1. Apud. Zaccar. Thesaur. Tom. IV. pag. 349. N° LIII.

iste, curis aliis, litterariis præsertim, distentus, abnuissem certe quidem, nisi... egomet annoso viro et infirmo, non modo sæpius auctor extitissem ad hunc eundem absolvendum librum, sed et instimulator et concitator etiam.

« Lucubratio tripartito divisa est... Multa desiderabantur in tertia parte ; ejus nonnisi primum caput numeros habebat suæ perfectionis. Ex auctoris mente quatuor fuerant addenda capita, primo illi confecto ; postremum (quod est famosum caput V, damnandum) de numero Electorum.... In animum induxeram illud omnino expungere, » etc. (1)

Non expunxit tamen Gravina ; sed post tria alia, primo addita, (p. 404 — 518) pag. 519, incipit exponere statum,arduitatem et utilitatem quæstionis.

Deinde opinionem suam *verisimilem* reddere conatur *conjecturis,* (ut ipse vocat argumenta sua) desumptis e Scripturis, e Patribus, ex Interpretibus, e Scholasticis, ex Asceticis, ex revelationibus Sanctarum Birgittæ, Catharinæ Senensis, Mechtildis, Gertrudis, Mariæ-Magdalenæ de Pazzis, Margaritæ Cortonensis et Venerabilis Mariæ de Escobar.

Tunc sententiam suam confirmat heterodoxorum vel rationibus vel erroribus.

Postea, p. 677 ut appendicem offert Problema theologicum :

« Utra ex opinionibus altera benigna, rigida altera, gloriosior Christi sit, utilior nobis ? — « Et concludit pro opinione benigna,præsertim «quoniam homo pro-

1. *Dissertatio anagagica,* etc. Introd. pag. III — VIII.

nior est ad desperationem quam ad præsumptionem. » (p. 682)

Tandem ad commendationem maximam sententiæ suæ tria subdit corollaria, quæ firmamento erunt non levi, splendori non exiguo sententiæ suæ.

« Primum illud est: sententiam nostram Hæreticis displicere, catholicis placere admodum debere.

« Alterum : sententiam nostram unis Rudibus displicere, Theologis placere admodum debere.

« Tertium denique : sententiam nostram Invidis nostræ salutis displicere ; ejusdem studiosis placere admodum debere.»

5. — Primum istud corollarium minime concordat cum doctrina ipsius Gravinæ. Is enim in § X suam sententiam roborat « rationibus heterodoxorum. » Citat librum Dialogorum, Basileæ editum anno 1554, et apostatam Vergerium. Opus prius, « utique damnatum ab Ecclesia et in odium auctoris, quia perfidus calvinianus, catholicæ Religionis transfuga fuit, et quia erroribus et hæresibus scatens, » inscribitur : *De amplitudine beati regni Dei.*

6. — Tribus potissimum utitur argumentis :

1° Quia secus Diabolus jactaret, se in perdendis hominibus potentiorem extitisse, quam extiterit in salvandis Deus :

2° Quia secus Scripturæ non commendassent exquisitissimis verbis divitias et thesauros divinæ Misericordiæ :

3° Quia ex communi Patrum Theologorumque consensu, præter Fideles patentes, quodammodo extant et *occulti.* (p. 637)

Uti postea videbus,tria hæc argumenta, seu potius sophismata heterodoxorum, adhibenter etiam a Bougaud, a Mauran et a R. P. Castelein tamquam probationes decisivæ.

7. — Quoad secundum corollarium, fatetur Benignistarum dux Gravina, Rudibus primo aspectu sententiam suam præseferre grave offendiculum ; ut quæ Ethnicos, Mahometanos, Hæreticos, Schismaticos, Hebræos turmatim salutem assequi sempiternam doceat. Sed id offendiculo esse putat Rudibus, Theologis non item, qui quasi conspiratione quadam docent, præsertim Juniores contra Jansenianos, præter explicitam, extare Fidem implicitam, sufficientem ad salutem. Concordiam autem Theologorum in hac opinione seu dogmate, a concordia putat derivari Patrum Sanctorum, quos somniat communi suffragio huic sententiæ subscribere. Quare scandalum hoc *Pharisaicum* arbitratur et pusillorum.

8. — Elucubrationem suam « de electorum hominum numero respectu hominum reproborum, » seorsum quoque, seu extra Dissertationem Plazzæ, edidit Gravina; (1) quapropter bis in Catalogo Indicis invenitur Gravinæ nomen: primo sub verbo *Dissertatio*, secundo separatim, in loco suo alphabetico. » (2)

9. — Gravina et asseclæ ejus, qui *Benignistæ* vulgo vocabantur, impugnati fuerunt, a Concina, (3) —

1. « Die Abhandlung erschien auch separat : J. M. Gravina, De electorum, etc... Palermo. 1764. » (Reusch. *Der Index der verbotenen Bücher*. vol. II. pag. 976.)

2. Edit. 1899. p. 116 et 169.

3. Theol. christ. contract. I. p. 12 Edit. 1769. — Apparatus T. I p.304. Edit. 1776.

ab Ant. Gardini, Camaldulensi, — qui opus suum evulgavit sub hoc titulo : « Dissertatio Theologica adversus novitates Patris J. M. Gravinæ S. J., cœli januas reserantis non solum hæreticis et schismaticis, verum etiam Hebræis, Mahomedanis, etc. Venetiis 1767, » — a Fr. Cari et ab aliis scriptoribus.

Fieri nequibat quin opus Gravinæ statim fuerit Romæ denuntiatum ; ita factum est regnante adhuc Clemente XIII ; sed anno tantum 1772 fuerunt in Indicem relata et opusculum ejus separatim editum et opus Plazzæ: « donec deleatur caput V et ultimum, ab editore P. J. M. Gravina compositum... quod omnino damnatur. » (1)

10. — Dicet candidus Lector : Ex hac condemnatione præsumitur mens Ecclesiæ in favorem minoris numeri electorum.

Minime rerum ! secundum neotericos. — « Qu'on n'allègue pas comme argument contre notre thèse la mise à l'Index de l'ouvrage du P. Plazza (i. e. Gravina) *de Paradiso*, à cause du Chap. V, où cette thèse est défendue. — Bien des motifs différents *peuvent* expliquer cette mise à l'Index, *par exemple* la foi qui est accordée à des visions peu sûres et peu probantes. » (2) — Non certo igitur doctrina hujus capitis damnata est ; sed forsan fides tantum adhibita

1. Damnatus quoque fuit ad Indicem liber a Marmontel scriptus, cum titulo *Bélisaire;* donec corrigatur: Decr. 25 maii 1767. Hic etiam propugnat opinionem minoris numeri damnandorum. « Est-il besoin qu'il y ait tant de réprouvés ? » — (Cf. Bulletin de N. D. de la S. Esp. — Avril 1899. p. 258).

2. R. P. Castelein 2e Ed. p. 285. *Note.*

revelationibus,quæ parum probant! Sed hæc est mera suppositio, non modo prorsus gratuita, verum etiam omni verisimilitudine destituta.

Etenim, mandat Benedictus XIV, Constitutione *Sollicita ac provida*, qua methodus præscribitur in proscriptione librorum servanda, n° 19 : « Quod si ambigua quædam exciderint auctori, qui alioquin catholicus sit, et integra religionis doctrinæque fama, æquitas ipsa postulare videtur, ut ejus dicta benigne, quantum licuerit explicata, in bonam partem accipiantur. »

Si itaque Gravina revera nimium extulisset argumentum ex revelationibus aut alio quovis capite desumptum, num credibile est ideo solum S. Congregationem tam severe perculisse auctorem catholicum, cujus *doctrinam* cæterum censuisset nulla censura dignam ? — Nonne postulasset simplicem *correctionem* potius quam *deletionem* capitis ? Num *deleri* caput jussum fuisset, si ullius bonæ interpretationis capax est ejus doctrina fundamentalis ? — Num fuisset opus *omnino*, i. e. prorsus et totaliter damnatum, si defendit thesim catholicam, licet forte argumentis satis imbellibus ?

11. — Præterea, fallitur prorsus R. P. Castelein in sua suppositione. Quantam fidem Gravina adhibuerit revelationibus privatis quas allegat, ipse in prologo ad hanc § IX edocuit. Non aliam quam ipsis possit adhiberi juxta doctrinam doctissimi, et in Theologia ascetica apprime egregii doctoris, Ven. P. Ludovici Blosii, in opere : *Monile spirituale divinis revelationibus, tamquam præclaris gemmis, exornatum,*

ubi disserit de auctoritate revelationum privatarum.

Porro, nec opus Blosii umquam fuit in Indicem relatum, nec doctrinæ ejus censura fuit inflicta. Quis credet ergo propter eamdem doctrinam damnatum fuisse opus Gravinæ ? Eo vel magis quod maxime innititur revelationibus earum Sanctarum quas præsertim commendat Blosius, scil. SS. Birgittæ, Catharinæ Senensis, Mechtildis et Gertrudis.

Illusus est ergo R. P. Castelein, et dubitandum non est quin caput istud, a Gravina, auctore religioso conscriptum, damnatum fuerit propter doctrinam quæ ibi defenditur.

12. — Similiter scribit E. T.,S.-J. in Ephemeride : *Le Patriote*, 19 Martii 1899 : « Signalons la note concernant la mise à l'Index d'un chapitre volumineux ajouté à un ouvrage du P. Plazza, traitant une thèse analogue, mais bien plus accentuée, au siècle dernier.

« Ce chapitre fut noté, c'est un fait : mais ce fait ne s'explique que trop bien pour qui parcourt les arguments peu théologiques, puérils même, disons le mot, qui l'appuyaient, le récit des visions plus ou moins contestables, dont l'auteur abuse et les conséquences exagérées qu'il prétend tirer de pareilles preuves. Cela n'a pas arrêté le P. Monsabré et ne devait pas arrêter notre écrivain, » — scilicet R. P. Castelein. —

Vana logomachia !

« *Un chapitre... traitant une thèse analogue.* » Thesis Gravinæ non solum est *analoga* thesi P. Castelein, sed prorsus *eadem*. Gravina vult

probare *verisimile esse electos homines longe numerosiores esse quam reprobi, si universum genus humanum spectetur*; id apertum est ex propositionibus quæ singulas paragraphos distinguunt, collatis cum n. 282-285. « Et quoniam, ait n. 284, primæ illi opinioni adhærebimus... » Jamvero, hæc prima opinio enunciatur n. 283 : « electos numerosiores fore quam reprobos ex omnibus hominibus. » — P. Castelein non analogam, sed eamdem thesim proponit. « La conquête de Jésus-Christ *l'emportera dans toute l'humanité de beaucoup* sur la conquête de Satan... Le Christ saura tirer de tout peuple et de tout milieu humain plus d'élus qu'il n'y laissera de reprouvés. » (2e édit., p. 267, 301).

« ... *Mais bien plus accentuée.* » Non solum Gravina ulterius non progreditur quam Castelein, sed hic istum prætergreditur in affirmanda certitudine suæ thesis. Gravina suam propositionem *verisimilem* vocat ; eam tamquam probabilem precatur haberi, conceditque *oppositam esse probabilem, imo probabiliorem* : n. 453. — Castelein vero, posthabita veneranda auctoritate Patrum et theologorum, scribit : « Les arguments tirés de l'Ecriture sainte et de la théologie catholique sont *incomparablement* plus expressifs en faveur du grand nombre des élus. Les textes si nombreux, si variés et si clairs que nous avons réunis, *doivent dissiper tout doute sur ce point... Je suis persuadé* que le Christ emportera... incomparablement plus d'âmes qu'il ne s'en laissera ravir.. » (2e éd., p. 266). Quæ thesis sit audacior, lectorem appello.

« *Ce fait ne s'explique que trop bien pour qui par-*

court les arguments peu théologiques, puérils même, qui l'appuyaient... » Gravina usus est auctoritate S. Scripturæ, Patrum, Interpretum, Theologorum Scholasticorum et asceticorum, revelationum privatarum necnon hæreticorum : quæ sane constituunt loca unde argumenta depromuntur theologica, multo veriori jure quam scripta philosophorum et poetarum ethnicorum. Si, uti revera est, argumenta inde quæsita futilia sunt ac vana; si thesim, in se bonam, nullatenus probant, quod sane contra mentem auctoris accidit, nonne hic potius dignus est cujus misereatur quam qui ignominiose ad Indicem damnetur ? Quid, si omnes scriptores qui thesim, non solum probabilem, sed et veram, stabiliunt aut defendunt argumentis impertinentibus, forent ad Indicem deferendi ? Verùm, S. Congregatio Indicis doctrinæ catholicæ, non regularum logicæ vindex est constituta.

... « *Le récit des visions plus ou moins contestables...* » Gravina citat revelationes S. Birgittæ, ab Ecclesia approbatas; necnon revelationes aliarum Sanctarum quæ ab omnibus authenticæ habentur, et omnium manibus feruntur, sciente et approbante Ecclesia.

.. « *dont l'auteur abuse...* » Illas simpliciter citat. In quo consistit ille abusus ? nisi forte in eo quod sequitur, scilicet:

.. « *les conséquences exagérées qu'il prétend tirer de pareilles preuves.* » Inde nihil aliud deducit quam thesim eamdem quam defendit Castelein ; et id quidem præter leges logicæ, cum textus citati nihil probent nisi misericordiam Dei. Sed, iterum dicam,

numquid S. Congregatio Indicis custos est regularum logicæ ?

13 — .. « *Cela n'a pas arrêté le P. Monsabré...* » Equidem vellem scire ubinam eloquens ille apologista sustineat thesim P. Castelein. De hac materia agit in oratione 102 : *L'autre monde : le nombre des élus.* Respondet ad hanc difficultatem : « On n'entend parler que du petit nombre de ceux qui se sauvent..., n'est-ce pas avouer que tout ce luxe d'interventions miséricordieuses est à peu près inutile,.. qu'une puissance ennemie triomphe de son souverain pouvoir et fausse la conclusion de son gouvernement ? » Ad hæc autem respondet conclusionem non debere admitti, eo quod præmissæ, de paucitate electorum, *non sint sufficienter certæ.* Etenim (1 pars) opinio est, paucos salvari *ex genere humano ;* sed opinio etiam probabilis est multos salvari, *absolute loquendo.* Nam probabile est majorem partem catholicorum salvari, si infantes infra septennium numerantur ; quibus adde infantes baptizatos hæreticorum, etc, ipsos hæreticos etc. in bona fide, infantes infidelium sine baptismo decedentes, infideles adultos qui bona fide servarint legem naturæ quosque Deus illuminaverit, et tandem impios quos gratia in articulo mortis attraxerit. « Il me semble qu'avec tous ces éléments de salut, nous pouvons composer *un nombre considérable*, capable de faire honneur à la miséricorde divine. » Ergo, *absolute loquendo*, multi homines salvantur, *saltem probabiliter;* quod certo sufficit ad scopum P. Monsabré, nempe *non certum esse paucos salvari.*

Porro, nunc accedit ad thesim *comparativam*

P. Castelein : « Prétendrez-vous, Messieurs, *que le nombre des élus, si grand qu'il soit, est inférieur à celui des réprouvés ?* — **Qu'importe !** Vous n'avez plus le droit d'accuser le gouvernement de Dieu d'avoir échoué. Dieu a voulu le salut de tous... N'ayant pas obtenu le triomphe de sa miséricorde sur ces rebelles, il est assuré du triomphe de sa justice...Si nombreux qu'ils soient, ces superbes, ils ne peuvent tenir en échec l'immense armée des élus. Une seule âme sauvée est un chef-d'œuvre auquel concourent toutes les perfections divines, de concert avec la liberté humaine ; une seule créature glorifiée et admise à la vision béatifique est une merveille de beauté, plus étonnante et plus ravissante que toutes les merveilles réunies de la terre et des cieux. Et l'on voudrait déshonorer celui qui l'a produite, en lui reprochant la quantité numérique des misérables qui se sont déformés eux-mêmes, par l'abus des dons divins et de leur liberté ? Autant voudrait dire qu'il n'y a plus de génie dans l'humanité, parce que les chefs-d'œuvre sont moins nombreux que les œuvres avortées, dont la maladroite ambition des esprits médiocres inonde le monde. Ici, Messieurs, il ne s'agit pas de compter, mais de peser. Un seul élu pèse plus dans la balance de la gloire divine que l'enfer tout entier. **Multo sunt plures** *gehennam ingredientes, sed* **majus** *est regnum cœlorum.* (S. Jean Chrysost.) »

Doctus apologista ergo non solum non tenet thesim P. Castelein, sed aperte admittit, e contra, *majorem* partem *generis humani* damnari, cum id proponat ut difficultatem incidentem, in se quidem veram, sed

quam nihil contra suam thesim probare ostendit. Et id præterea ostendit argumento quo futilitas unius ex præcipuis fundamentis P. Castelein luce evidentior apparet.

Deinde, (II pars) *prætergrediendo genus humanum*, propositionem suam: *non certum esse paucos salvari, absolute loquendo*, magis stabilit ex eo 1) quod probabile aut saltem possibile est, mundi finem nullatenus instare, et omnes gentes per longum tempus Christo fore humiliter submissas ; 2) ex eo quod certum est innumerabiles esse sanctos angelos, et possibile saltem multos esse electos qui stellas aut planetas inhabitant ; 3) ex eo quod præsens creatio forte non unica est. [Hæc non sunt nisi opiniones et hypotheses, sed quæ probant *nihil certi* objici posse contra divinam Providentiam ; nam « dans une question où l'honneur divin est intéressé, j'estime qu'il faut tenir compte de tout : du certain, du probable et du possibile. »

Ubinam igitur thesis P. Castelein asseritur ? Quid ergo significant quæ scribit E. T : *Cela n'a pas arrêté le P. Monsabré ?*

14. — Ecclesia — quæ in Breviario Romano legit : » Pusillum gregem electorum, vel ob comparationem majoris numeri reproborum... nominat, » (1) — nequaquam damnavit, quinimo approbavit, saltem indirecte, doctrinam S. Alphonsi, S. Leonardi a Portu-Mauritio, aliorumque sanctorum Doctorum ac Patrum necnon Theologorum, qui claris verbis, tam scriptis suis quam prædicationibus popu-

1. Com. Confes. non Pont. Lect. VII. 2o loco.

laribus, paucitatem docuerunt salvandorum. Quæ doctrina tenetur insuper ab omnibus SS. Patribus, ita ut jure merito ab optimis Theologis vocetur opinio *communis* ac certa ; et, ut merito observat Estius : « Nec omnino quisquam Patrum invenitur, qui diversum scripserit. » (1)

15. — Nunc, talibus innixus auctoritatibus, compello defensores opinionis laxæ, majoris scilicet numeri electorum, et instantissime peto ab eis, ut mihi ostendant saltem unum Sanctum canonisatum, qui eorum sententiam teneat ! Novi equidem Sylvester, Suarez, Steyaert, etc. salutem docuisse, non quidem majoris numeri hominum, — nam, cum opinione communi docebant eos damnari, — sed salutem majoris partis catholicorum tantum ; novi Bougaud, Mauran, Castelein et quosdam recentiores, salutem sperare *fere omnium* catholicorum, imo et majoris partis totius generis humani. Sed quænam est horum Theologorum auctoritas, comparata cum auctoritate Sanctorum ? Citetur nobis, iterum dicam, textus unus authenticus, desumptus e scriptis genuinis vel unius Sancti canonisati.

16. — Adversarii nostri proferunt quidem nomina duorum Sanctorum, cum vagis quibusdam prætensis dictis eorum.

Bougaud scribit de majori numero *catholicorum* salvandorum : « c'était l'opinion de saint François de Sales. On parlait une fois en sa compagnie, dit Mgr Camus, de cette redoutable parole de l'Evangile:

1. Vide textum integrum, infra. cap. IV.

Il y a beaucoup d'appelés et peu d'élus. Il répondit qu'il estimait qu'il *y aurait peu de catholiques qui fussent damnés*... qu'il s'en perdait fort peu.

» C'était l'opinion de saint Alphonse de Liguori, dont la grande maxime était qu'il était bien difficile à un catholique de se perdre. » — Ita Bougaud (1), qui, ad melius convincendum lectorem addit, in nota, ipsissima Sancti Patris nostri verba, et quidem in idiomate originali: *Difficilmenti si damna,* cum indicatione hac vaga : «Lettre 2e » (2) Quid evidentius quæri posset ? Et R. P. Castelein asserit de opinione majoris numeri damnandorum *in genere* : « Bien des Pères ont cru que le nombre des réprouvés l'emporterait sur celui des élus. Mais cette opinion, motivée *peut-être* (?) par leurs *conjectures* (?) sur l'histoire du monde telle qu'ils la connaissaient alors avec ses quarante siècles de paganisme, ne saurait faire loi. Deux illustres docteurs *de l'ère moderne,* S. François de Sales et S. Alphonse de Liguori *semblent* incliner à l'opinion opposée. S. Thomas d'Aquin, tout en suivant la *vieille* opinion, etc. » (pag. 283)

Nunc, quid sit de doctrina Sanctorum Ecclesiæ Doctorum recentiorum, et quo jure citentur a Bougaud et Castelein contra unanimem doctrinam Sanctorum omnium sæculorum, videat et judicet Lector.

17. — 1° — Quoad Patrem et Doctorem nostrum,

1. *Le christian. et les temps présents.* Qual. éd. T. V. p. 373. — Item E. T. S.-J. *Le Patriote,* 19 mars, 1899.

2. Videtur Bougaud hoc transcripsisse e Faber: *Le Créateur et la créature.* Edit. 1881 p. 315, quin eum citet. Sed doctus et fidelis auctor Anglus exacte mentem sancti Alphonsi reddit; eam e contra truncat et falsificat Bougaud.

S. Alphonsum, citantur initio capitis sequentis *octo* textus authentici in quibus Patriarcha noster expressis verbis contrarium asserit :

duo nimirum qui ita sonant : « communior opinio vult majorem partem, adhuc fidelium damnari » ; et

sex alii textus in quibus asserit in genere pauciores esse electos.

Et non obstante tanta claritate asserit Bougaud « S. Alphonse de Liguori, dont la *grande maxime* était qu'il était bien difficile à un catholique de se perdre : difficilmente si damna ! »

Quomodo tantus Doctor sibi adeo contradiceret ? — Adeamus ergo locum citatum « Lettre 2e. » — Est autem Epistola secunda a S. Alphonso scripta cuidam Episcopo, recenter consecrato, et in qua agit de utilitate sacrarum missionum. In ea, ad numerum 15, asserit Doctor zelantissimus, difficile damnari Fidelem hunc qui, rite auditis concionibus missionis, infra annum post missionem moritur : « Io tengo per certo, che di tutti coloro, che sono venuti alle prediche, se alcuno di loro muore fra l'anno, da ch'è stata la missione, difficilmente si danna. » (1)

Hinc concludit Bougaud opinionem Sancti Alphonsi, imo habituale ejus effatum fuisse, catholicum quemcumque difficile damnari, et consequenter majorem esse numerum fidelium electorum quam reproborum !

---

1. *Instr. pratica degli esercizi di mis.* Opere ascet. Edit. Taurin, 1831. Vol. X, parte II p. 86.

18. — 2° — Quoad **S. Franciscum Salesium**, duo sunt animadvertenda :

a/ — Non citatur textus quidam authenticus, desumptus e *scriptis* ipsius Sancti, sed *conversatio* tantum relata a Camus. Jamvero iste Camus auctor est dubiæ famæ.

b/ — Verba allata *nimis* probant, ergo *nihil probant*. Etenim secundum illa, nullus aut fere nullus inter catholicos damnaretur : « Il dit qu'il s'en perdait fort peu, selon cette remarquable sentence : *Il n'y a point de damnation pour ceux qui sont en Jésus-Christ*. Il est croyable que la vocation au christianisme, qui est une œuvre de Dieu, est une œuvre parfaite, et qui conduit à la fin de toute consommation, qui est la gloire. »

Videt ergo Lector quam fidem mereantur Bougaud et P. Castelein, quando audacter et leviter Sanctos Franciscum et Alphonsum « deux illustres docteurs de l'ère moderne, » opponunt Patribus et Doctoribus præteritorum sæculorum ; nequaquam patet eos recessise ab illa doctrina S. Thomæ quæ vocatur : « la vieille opinion. »

Deinde num logice citat P. Castelein S. Franciscum, qui dicitur locutus fuisse *de Christianis* tantum, pro opinione salutis majoris partis *totius humani generis?* Quonam jure audet et hæc scribere : « C'était bien là le sentiment de S. François de Sales, qui défendait même la pensée défavorable sur le salut de ceux qui, après avoir mal vécu, meurent sans témoigner leur repentir.... Et pour confirmer cette *vérité* (?) il racontait ce qu'il avait entendu dire à un

prédicateur sur la mort de Luther : Qui sait si, à l'heure de la mort, Dieu ne l'aura pas touché de sa grâce efficace ?... Et de là le charitable prélat concluait qu'il ne fallait jamais désespérer du salut de personne. » (2ª Ed. p. 264.)

Iterum dicam : Si hæc inveniuntur in scriptis authenticis S. Francisci Salesii, credam talem revera fuisse ejus opinionem; sin autem referuntur tantum a Camus, non credam. Sanctus enim Salesius erat, ut Doctor Ecclesiæ « divinæ Legis amator », et osor transgressorum ejus. — Scimus eum hæc scripsisse de salute æterna hominum in genere : « Les hommes se sont tellement pervertis, que dès leur adolescence ils ont quitté la voie du salut et ont pris le chemin de perdition. Estant parvenus à l'aage de raison ils prennent leur route à main gauche. » (1)

Et quoad conclusionem, quam ex opinione S. Francisci eruit R. P. Castelein : « L'Eglise catholique a ce même sentiment, » (ibid p. 265) difficile possum eam admittere, videndo piam hanc Matrem denegare sepulturam ecclesiasticam et preces publicas non tantum defunctis paganis, Judæis, et omnibus infidelibus, apostatis a christiana fide, schismaticis et publice excommunicatis, sed etiam catholicis seipsos occidentibus ob desperationem vel iracundiam, *nisi ante mortem dederint signa pœnitentiæ ;* manifestis et publicis peccatoribus, qui *sine pœnitentia* perierunt ; iis, de quibus publice constat, quod semel in anno non susceperunt Sacramenta confessionis et communionis, et *absque ullo signo contritionis obierunt,* etc.

1. *Serm, pour la Présent.* Edit. 1839. T. II. p. 381. col. 2.

19. — Sanctos ergo appello, non theologos quoscumque ; Sanctorum in re salutis æternæ desidero testimonium, non novatorum; Sanctis adhibeo libentissime fidem, eorumque auctoritati fidenter me submitto. Quare ? quintuplici de causa :

A/ — Quia missi sunt a Deo ad docendum nos viam salutis. Etenim, ut ait Pius IX, « Qui Ecclesiæ suæ numquam se defuturum spopondit, Christus Dominus, quum maxime in rem suæ immaculatæ Sponsæ esse perspexerit, insignes excitat *pietate* et *doctrina* Viros, qui, repleti Spiritu intelligentiæ, tamquam imbres mittant eloquia sapientiæ suæ » (1).

B/ — Quia Sancti in re salutis æternæ sunt Doctores optimi, qui, ad instar Magistri divini, cœperunt *facere et docere*. — Etenim eminent « inter eos qui fecerunt et docuerunt, quosque Dominus noster Jesus-Christus magnos fore vocavit in regno cœlorum. — Virtutum omnium exemplum præbentes, illuxerunt veluti lucerna super candelabrum posita, omnibus Christi fidelibus, qui in domo Dei sunt. — Quod autem sancta operatione compleverunt, hoc et verbis et scriptis docuerunt » (2).

C/ — Quia Sancti, melius quam multi critici hodierni, qui scientiam suam scripturisticam quærunt apud Rationalistas Germanos et Batavos, « Scripturarum ænigmata reseraverunt » (3), ope Spiritus Sancti, qui auctor est primarius Scripturarum quique habitabat in eis, cujus erant templa viventia ; quo

1. Litt. Ap. de S. Alph. titulo Doct. Eccl. aucto. 7 Julii 1871.
2. Cf. Decret. 23 Martii 1871 de eodem.
3. Ibid.

tandem agebantur, tanquam veri et genuini filii Dei.

D/ Quia Sancti « in Dei gloriam spiritualemque hominum salutem **unice** intendentes » (1), a contentionibus et a scholarum opinionibus præconceptis erant immunes. Hi etenim erant Sancti, elevati supra inanes et superbas cavillationes, appropinquantes ut aquilæ ad Lumen æternum, et omnia in claritate hujus Luminis considerantes, et recto ac sapienti judicio, secundum spiritum Dei, judicantes.

E/ — Tandem nobis Sancti videntur esse heroës, viri perfecti, generis humani capita quoad ingenium et scientiam.

Cum magna reverentia audiamus dicta Sanctorum, qui sunt familiares Dei. —

20. — Atque ita monitis obtemperabimus quæ dedit Sanctissimus Dominus Leo XIII die 30 Decembris 1892 Societati Jesu, *de doctrina S. Thomæ profitenda*. « Gravissime nos, pro apostolico officio, infesta Ecclesiæ tempora atque humanæ societatis in maximis rebus quasi naufragium, sub ipsa pontificatus exordia, reputantes, præcipuam tanti exitii causam in eo agnovimus quod certis iis *principiis* institutisque, quibus ad christianam fidem munitur via, neglectis passim et prope contemptis, *libido invaluisset novarum rerum,* quæ, *per speciem progredientis doctrinæ,* sapientiæ a Deo traditæ obsisteret et repugnaret. Neque ita laboriosum fuit opportuna indicare remedia, fontes nimirum *germanæ doctrinæ,* male desertos, repeti oportere ». Fontes autem

1. Pius IX. Litt. cit. 7 Julii 1871.

germanæ doctrinæ sunt profecto scripta Sanctorum.

21. — Hisce utentes etiam sequemur consilium S. Ignatii qui « multis constitutionum locis decrevit, sequendam doctrinam solidam et securam, atque etiam *securiorem et magis approbatam,* » (1) — imo qui in *Exercitiis Spiritualibus* hanc indicat regulam servandam, « *ut cum orthodoxa Ecclesia verè sentiamus* » : — « Undecima. — Doctrinam sacram plurimi facere, tum eam, quæ Positiva dici solet, tum, quæ *Scholastica*. — Sicut enim *Sanctis* Doctoribus antiquis Hieronymo, Augustino, Gregorio, et *consimilibus,* scopus fuit, ad amorem et cultum Dei amplectendum, animos movere ; ita peculiare est B. Thomæ, Bonaventuræ, Magistro sententiarum, et aliis recentioribus Theologis, dogmata ad salutem necessaria exactius tradere, atque definire, prout convenit suis temporibus, et posteris, ad errores hæresum confutandos. Siquidem Doctores hujusmodi, ut sunt tempore posteriores, non solum Scripturæ Sacræ intelligentia prædíti sunt, et veterum auctorum juvantur scriptis : sed etiam *cum influxu divini luminis,* conciliorum sanctionibus, decretis, et variis Ecclesiæ sanctæ constitutionibus, ad salutis nostræ subsidium feliciter utuntur. » (2)

---

1. Ita Leo XIII. — Acta. T. XII p. 368. Edit. Vatican.

2. *Exercitia spiritualia* S. P. Ignatii Loyolæ. Antverpia apud J. Meursium, 1635. pag. 140.

Caput tertium.

Sententiæ authenticæ multorum Sanctorum, necnon Patrum Ecclesiæ.

§ 1.

Sancti qui sunt Patribus posteriores.

— Seriem hanc incipiamus a recentioribus Sanctis, et quidem ab Ecclesiæ Doctore

1. — S. ALPHONSO DE LIGUORIO. († 1787.)

Mitis ac doctus hic Sanctus nequaquam fuit « Rigorista » aut « Terrorista »; sed, testantibus summis Pontificibus Pio VII, Pio IX et Leone XIII, mediam tenuit viam : « Obscura dilucidavit, dubiaque declaravit, *cum inter implexas Theologorum, sive laxiores sive rigidiores, sententias, tutam stravit viam.* (1) In Dei gloriam *spiritualemque hominum salutem unice intendens animum*, plurimos libros conscripsit, sacra eruditione et pietate refertos »... ita ut « prædicari verrissime possit, nullum esse vel nostrorum temporum errorem qui, maxima saltem ex parte, non sit ab Alphonso refutatus. » (2)

Jam ecce claræ quædam sententiæ, ex operibus

1. Pius IX. Decret. 23 Martii 1871.
2. Pius IX. Decret. 7 Julii 1871.

hujus præclari temporum hodiernorum Doctoris excerptæ.

A/ — « Communior opinio vult majorem partem, adhuc fidelium, damnari. » (1)

B/ — « L'opinion la plus commune prétend que la plus grande partie, même des fidèles, se damnent. » (2)

C/ — « Rappelons-nous ce que dit l'Evangile : *quam angusta porta*, etc. La route du ciel est étroite et, pour me servir d'une expression familière, les carrosses n'y passent pas; en sorte que vouloir aller au ciel en carrosse, c'est y renoncer. *Bien peu d'âmes y parviennent*, parce que bien peu veulent se faire violence pour résister aux tentations. » (3)

D/ — « Le nombre des réprouvés est beaucoup plus considérable que celui des élus. » (4)

E/ — « Nous lisons dans l'Ecriture que les élus sont en bien petit nombre comparativement aux réprouvés. » (5)

F/ — « Le nombre des réprouvés surpasse celui des élus. » (6)

G/ — « Nous savons que les élus sont en petit nombre. » (7)

H/ — « Je lis dans les Ecritures que les élus sont

---

1. *Theol. mor.* Lib. IV. Tr. 2. Cap. 2. nº 130.
2. *Prép. à la mort.* Consid. 17. — 2ePoint. Trad. Dujardin. Edit. 1872 p. 181.
3. *Sermon pour le 3e Dim. de l'Av.* Trad. Pladys. p. 38.
4. *Réfut. des Hérés.* Chap. XIII, Art. 2. Œuvres dogm. Trad. Jacques. T. V. pag. 505.
5. Ibid. pag. 507.
6. *De l'Espérance chrét.* Ibid. T. VIII. p. 501.
7. Ibid. p. 502.

en petit nombre, et qu'ils sont appelés le petit troupeau. » (1)

Insuper, sensus generalis omnium operum Doctoris zelantissimi nequaquam est, ut somniavit Bougaud, catholicum hominem difficile damnari, — sed e contra : viam cœli esse arctam ; eam a paucis tantum inveniri ; maximam partem catholicorum adultorum vix non continuo vivere in peccato mortali, hominem ordinarie mori in eo statu in quo habitualiter vivit, etc.

2. — S. LEONARDUS A PORTU-MAURITIO. († 1751.)

Post doctorem zelantissimum, S. Alphonsum, præstat audire coævum ejus, **S. Leonardum a Portu-Mauritio**, eamdem veritatem de paucitate salvandorum ita prædicantem :

« Pour résoudre le doute proposé, déroulons d'un côté tous les saints Pères, tant grecs que latins ; de l'autre les théologiens les plus savants... Puis faites attention, non à ce que moi je vais dire, mais à ce que vont dire ces grands génies qui servent comme de phares dans l'Eglise de Dieu pour éclairer les autres, afin qu'ils ne se trompent pas sur le chemin qui mène au ciel.

« Remarquez toutefois qu'il ne s'agit pas ici de la masse du genre humain tout entière, ni de tous les catholiques sans distinction, mais seulement des catholiques adultes.

1. Ibid. p. 503.

« Deux éminents cardinaux, **Cajetan** et **Bellarmin**, appuyés sur le savant **Jean d'Avila**, se prononcent d'un commun accord contre le sentiment des libertins et déclarent ouvertement que selon eux, la majeure partie des chrétiens adultes se damnent.

« Suarez, après avoir consulté toutes les autorités, après avoir tout pesé, a écrit ces mots : « Le sentiment le plus cummun tient que, parmi les chrétiens, il y a plus de réprouvés que d'élus. — *Communior sententia tenet ex christianis plures esse reprobos quam prædestinatos.* » (1)

« Que si, à l'autorité des théologiens, vous joignez celle des Pères grecs et latins, vous les trouverez pour ainsi dire tous unanimes. C'est le sentiment de **saint Théodore**, de **saint Basile**, de **saint Ephrem**, de **saint Jean Chrysostôme**.

« Bien plus, au rapport de Baronius, c'était une opinion commune parmi les Pères grecs, que cette vérité avait été expressément révélée à **saint Simon Stylite**, et que c'était pour assurer davantage l'affaire capitale de son salut qu'il s'était décidé à vivre pendant quarante ans consécutifs sur une colonne, exposé à toutes les intempéries des saisons, prodige éclatant de sainteté aussi bien que de pénitence.

« Consultez maintenant les Pères latins, et vous entendrez :

« Un **saint Grégoire** vous dire en termes clairs que beaucoup parviennent à la foi, mais que peu arrivent

1. Confer textum completum Suaresii infra, capite IV. Id asserit Suaresius de christianis generatim sumptis ; non vero de catholicis.

jusqu'au royaume céleste ; *ad fidem plures perveniunt, ad regnum cœleste pauci perducuntur,* » et **saint Anselme** lui faire écho en disant qu' « il en est peu qui se sauvent : *ut videtur, pauci sunt qui salvantur.* »

« **Saint Augustin** s'exprime plus clairement encore : « Il en est donc peu, conclut-il, qui se sauvent, en comparaison de ceux qui périssent : *Pauci ergo qui salvantur in comparatione multorum perituro-rum.* »

« Mais rien n'est plus terrible que la sentence proférée par **saint Jérôme**, sur la fin de sa vie en présence de ses disciples : « Sur cent mille chrétiens qui ont toujours mal vécu, à peine en est-il un qui obtienne son pardon : (1) *Vix de centum millibus, quorum mala semper fuit vita, meretur habere indulgentiam unus.* »

Dicta illorum Sanctorum confirmat divus Leonardus argumento terribili, quod nobis sacerdotibus salutarem incutiat timorem peccati occasionumque oportet, et maximum sanctitatis adipiscendæ zelum : « Examinons les divers états en particulier, et vous comprendrez qu'il faut ou renoncer à la raison, à l'expérience, au sens commun des fidèles, — ou confesser que la plupart des catholiques se damnent. Je vous le demande, est-il au monde un état plus favorable au salut que celui des prêtres? Et pourtant, j'entends le grand Chrysostôme qui, en considérant la vie si peu exemplaire des prêtres, en conclut, les larmes aux yeux, qu'il y en a peu qui se sauvent et beaucoup

1. S. Leonard. l. c. p. 177-179.

plus qui se perdent : *Non arbitror inter sacerdotes multos esse qui salvi fiant, sed multo plures qui pereant* (1). »

3. — VEN. JANUARIUS SARNELLI. C. SS. R. († 1744).

Ad memoriam et nomen egregii hujus servi Dei honestanda, hoc unum edicere sufficiat, quod meritorum et virtutum suarum laudatorem et præconem insignem Ecclesiæ Doctorem ac Patrem suum spiritualem, Sanctum Alphonsum invenerit.

Ardens fuit ejus zelus pro conversione peccatorum; quem ostendit quærendo oves maxime perditas, meretrices inquam, quæ et seipsas perdunt et alios quamplures ad peccatum alliciunt ; — ostendit quoque scriptis suis, quibus etiam longe dissitis et posteris prodest, secundum dictum suum : « volo prædicare usque ad diem ultimi judicii », et quorum lectione viri Apostolici edocti, continuo animas innumeras Deo lucrantur (2).

Zelantissimus et doctus hic Apostolus in opere suo « Il mundo santificato » specialem habet meditationem de majori numero fidelium damnandorum :

« La maggior parte dei fideli si danna, » (3) et quæ ita incipit :

« Considera quomodo in æternorum tormentorum abyssum præcipites sese dant innumeri christiani.

1. L. c. p. 182.
2. Cf. Sac. Cong. Rit. Proc. beatif. ejus. Pos. super dub. nº 34 et 35.
3. Op. omnia. Edit. Neapol. 1888. T. II, pag. 216.

Doctorum græcorum et latinorum, qui Ecclesiæ oracula et sacrorum mysteriorum interpretes sunt, communior est sententia, divinis Scripturis et ratione fundata, *majorem partem fidelium, qui post usum rationis moriuntur, damnari.* Ut quis salvetur, a peccato abstineat oportet. Sed heu ! quot sunt male commissa ! Ut quis salvetur, bonum operetur oportet. Sed quam exigua sunt quæ aguntur bona, et quam male aguntur ! »

Deinde loquendo de fuco quem sibi faciunt tot catholici, male confitendo peccata sua, dicit, cum S. Chrysostomo : « talis confessio non est nisi *Pœnitentia theatralis* (1). »

Tandem ita concludit, lectores exhortando : « Recogitate quod viventes viatores nominamur, quia ad Patriam tendimus ; ad æternitatem beatam vel ad æternitatem damnatam iter facimus. Mente contemplemini omnes universi orbis homines simul vobiscum inter ambas æternitates incedentes. Innumeri ad æternitatem inferni cursu infreno feruntur ; *paucissimi christiani ad æternitatem paradisi gradum faciunt.* Et ad tam funestum spectaculum, damnationem deflete infelicium tot animarum. Inspicite tum ad quam æternitatem per majorem vitæ partem iter egeritis et nunc agatis. Si cum multitudine simul curritis, simul cum multitudine damnabimini. Macti animo iter flectite ; novam vivendi viam ingrediamini. Forte quum aliquando volueritis, non jam valebitis. *Contendite intrare per angustam portam, quia*

1. L. c. puncto 2e p. 217.

multi, dico vobis, quærent intrare et non poterunt. Quam diligentissime curate ut rite confessionem instituatis; multi damnantur, quia multi male confitentur. Confessiones pravæ, eheu ! quot animas in infernum dejicitis ! Christiani, cavete, rite confiteamini peccata vestra, operemini salutem vestram (1). »

4. — VEN. DE LA COLOMBIÈRE, S. J. († 1682)

Sanctis jam canonizatis adjungimus hunc servum Dei, cujus causa est introducta et cujus scripta, uti speramus, mox approbabit S. Ecclesia. Inter alia, hæc docet :

« Le petit nombre des élus ne doit point faire le sujet de notre crainte ; ce sont les péchés qui nous empêchent d'être de ce nombre.

« *Il y a peu de prédestinés parmi les chrétiens*, parce que la prédestination est nécessairement suivie du salut. Mais elle n'est pas moins nécessairement suivie des œuvres qui assurent le salut.

« Vous êtes effrayé quand on vous dit que de cent mille, à peine y en aura-t-il un seul de sauvé ! Que vous importe, pourvu que ce soit vous ? — Et si de ce nombre tous étaient sauvés à la réserve d'un seul, quel sujet de désolation serait-ce pour vous, si vous deviez être ce malheureux ?

« Mais, s'il y a plusieurs élus, j'ai plus d'espérance d'être de cette multitude. — Vous vous trompez ; votre espérance serait fondée, si, pour augmen-

1. L. c. p. 219.

ter le nombre, après avoir admis les bons, on recevait encore quelque méchant, ou si, pour diminuer ce nombre, on excluait des bons ; mais quelque petit que soit le nombre des prédestinés, les bons n'en seront jamais exclus ; quelque grand que soit ce nombre, les méchants n'y seront jamais compris.

« Si vous êtes bon, quand pour cent mille réprouvés il n'y aurait qu'un élu, ce sera vous ; si vous êtes mauvais, quand pour cent mille élus il n'y aurait qu'un réprouvé, ce serait vous.....

« Voyez si le chemin du ciel est un chemin fort battu ? Il faut que tous les élus aillent par la voie étroite, voie unique du salut... Aujourd'hui ceux mêmes qui embrassent la piété veulent avoir toutes leurs commodités...

« Pour assurer son salut, il faut vivre dans l'état où il faut mourir pour être sauvé. Or, combien en trouverez-vous qui soient habituellement en état de grâce, qui même, par intervalle, conservent durant quelques jours de l'année l'amitié de leur Dieu ? Il n'est pas bien sûr, disons qu'il est entièrement incertain, s'ils la reçoivent dans leurs confessions ; leurs rechutes si fréquentes me persuadent qu'ils ont eu peu de résolution, et qu'ils sont sortis du saint tribunal et de la table sacrée vides de grâces. Que peut-on se promettre pour le ciel de quiconque vit de la sorte?

« On compte beaucoup sur ce qu'on a dessein de faire à l'heure de la mort. On se confesse mieux alors, je le veux croire : mais combien s'en trouve-t-il qui alors ne se confessent point ? Outre que la vue de la mort n'ajoute rien aux dispositions ordinaires

que le trouble, l'effroi, et une crainte toute naturelle; ce qui le prouve, c'est que quand on revient de ce péril, et que la peur est dissipée, on continue de vivre comme on avait vécu.

« Vous vous étonnez que de cent mille chrétiens il n'y en ait pas dix de sauvés ? Et moi, au contraire, plus je considère la chose, plus je m'étonne que de cent mille il y en ait trois de sauvés.

« Ce qui fait ma surprise, c'est de voir les fortes inclinations qui nous portent au mal, l'horrible penchant qui nous entraîne dans le précipice, ce penchant secondé de tant d'ennemis qui nous invitent, qui nous poussent ; un monde si corrompu, des occasions si funestes, si fréquentes, si effrayantes ; une négligence si constante dans l'affaire du salut: à la vue de tant d'obstacles que nous ne bravons pas, est-il possible, me dis-je à moi-même, que de cent mille chrétiens il y en ait dix qui se sauvent ? » (1)

Terribilia hæc protulit, non extemplo, non in æstu repentinæ orationis, sed scripsit pacato animo piissimus et doctus vir, moderator conscientiæ B. Margaritæ-Mariæ Alacoque et amicus mitissimi Cordis Jesu. Profecto P. La Colombière non fuit Benignista ; sed quis auderet vocare eum Rigoristam, Terroristam vel Jansenianum ?

5. — S. VINCENTIUS A PAULO. († 1660)

Dilectus Deo et hominibus, cujus memoria in benedictione est, amabilis hic Sanctus aperte asserit : »

(1) Migne. — Orateurs sacrés. T. VII. col. 1589-91.

« Ce qui est rare, et plus rare qu'on ne saurait le dire, c'est de persévérer. Et voilà d'où vient qu'*il y a si peu de prédestinés, si peu de gens qui se sauvent ;* c'est, comme nous en assure le Fils de Dieu, qu'il n'y aura que celui qui persévérera qui sera sauvé. »(1)

6. — VEN. LUDOVICUS DE PONTE, S.J. († 1624)

Novitius sub magistro Balthassare Alvarez, qui aliquando S. Theresiæ a confessionibus fuit, postea philosophiam et theologiam docuit, aliquoties Magistri Novitiorum et Rectoris munus gessit, dignus quem lumen illud theologiæ, Fr. Suarez, in spirituali vita moderatorem sibi elegerit.

« Perpendenda est altera illa sententiæ pars : *Multi sunt vocati, pauci vero electi.* — Ut enim inter omnes homines hujus universi, qui a Deo vocantur, ut fidem et gratiam ejus recipiant, *plurimi sunt peccatores,* qui huic vocationi resistunt, *pauci vero justi,* qui ei consentientes *eliguntur, ut ad cœlum perveniant;* ita etiam inter ipsos justos, qui vocantur ad vitam perfectam, multi huic vocationi resistunt, viventes in quadam tepiditate, et quadam mediocritate contenti, pauci vero sunt electi et perfecti ; quia semper quod est pretiosum, est rarum. O Deus infinite, qui omnes vocas, et, ut perfectionem sequantur, invitas : supplico tuæ Majestati, ut electorum numerum augeas, ut multi sint perfecti, sicut tu es perfectus. Fac etiam, Domine, ut unus ego sim horum, respondens

(1) *Sermon sur la persévérance.*

perfectioni meæ vocationis, ut in me et per me glorificeris in sæcula. Amen. » (1)

7. — VEN. CARD. BELLARMINUS, S. J. († 1621)

Quem etiam ut servum Dei aliquando beatificandum consideramus, Venerabilis hic Cardinalis, gloria Societatis Jesu, disertis verbis nostram asserit thesim : « Nemo autem existimet, ex eo, quod electi ex gentibus dicuntur numerari non posse, majorem fore numerum electorum, quam reproborum. Nam erit quidem longe major numerus electorum ex Gentibus quam ex Hebræis ; sed *omnino minor erit numerus electorum*, sive ex Hebræis, sive Gentibus. » (2)

Paulo post et hæc addit doctus ac devotus scriptor:

« Quod ipsum ex Isaïa confirmari potest, qui describens paucitatem eorum, qui in consummatione sæculi salvi invenientur, utitur duabus similitudinibus vineæ post vindemiam et oleæ excussæ, quæ omnino horrorem maximum incutiunt.

« Sic enim loquitur Isaïas de consummatione mundi : *Ecce Deus dissipabit terram, et nudabit eam.* (XXIV, 1.) Et infrà : *Hæc erunt in medio terræ, in medio populorum, quomodo si paucæ olivæ, quæ remanserunt, excutiantur ex olea, — et racemi, cum fuerit finita vindemia.*

« Itaque numerum reproborum similis erit multitudini olivarum, quæ cadunt in terram, cum primum excutitur olea ; paucitas autem electorum similis erit

1. *Meditationes.* Pars III. Med. 54. Edit. Lehmkuhl, S.J. T.III. p.495.
2. *De Gemitu columbæ.* Cap. VI. Edit. Vivès. T. VIII. p. 404. col. 2.

paucitati olivarum, quæ fugerunt manus excutientium et remanserunt in summitate ramorum, quæ postea separatim excutiuntur.

« Sic etiam multitudo reproborum comparabitur vindemiæ, in qua multa implentur vasa ex racemis uvarum, qui a multis agricolis colliguntur ; paucitas electorum camparabitur paucitati racemorum, qui, post finitam vindemiam, casu inveniuntur in vinea. » (1)

Et in alio opere non minus aperte scribit : « Cum numerus hominum *damnatorum* sit amplior quam numerus salvandorum » (2).

8. — BEATUS PETRUS CANISIUS, S. J. († 1597.)

Sanctus ac doctissimus ille vir, notas scribens in Evangelium Dominicæ Septuagesimæ : « Agnoscam, inquit, et prædicabo justum Dei judicium, qui summæ bonitatis gratiæque suæ contemptum in mortalibus ingratis ita vindicat, ut ex pluribus ad Ecclesiam vocatis, fidemque professis, *paucos* tandem ad gloriam eligat atque assumat. »

Et paulo post : « Quoniam vero Christus in Evangelio sæpe testatur multos vocatos sed paucos electos esse, etiam atque etiam cavebo mihi ab illorum exemplo, qui, licet vocati, in vinea persistant et credant cum Ecclesia, tamen vocationi suæ male respondent, atque idcirco, velut infrugiferi palmites, ejecti ac recisi, in flammas inferni abjiciuntur.

1. L. c. p. 405.
2. *De Arte moriendi.* Lib. II. cap. III. Ibid. T. VIII, p. 496, col. 2.

« Christus *ob paucitatem electorum* velut ingemiscens : *Quam angusta, inquit, porta et arcta via est, quæ ducit ad vitam, et pauci inveniunt illam.* Tantoque minus me commoveri sinam turba et multitudine peccantium, qui licere sibi quod libet arbitrantur. *Stultorum* enim *infinitus est numerus.* »

Hæc B. Canisius qui, ob sanctitatem suam cum solida doctrina conjunctam, inter maximos Societatis Jesu Theologos habetur.

9. — S. THOMAS A VILLA-NOVA. († 1555)

Misericors hic atque eloquens Evangelii Prædicator hunc in modum fideles alloquebatur : « Quantum cupimus omnes scire, an ex hâc communi vitâ christianorum multi salventur ? Veniunt ad ecclesias, audiunt Missas, accipiunt Sacramenta, fidem retinent inconcussam. An sufficiat ista communis vita ad salutem ? O quam terribilem sententiam Dominus protulit, quæ terriculamenta ! « *Contendite,* » inquit, *intrare per angustam portam.* » Proposuerunt olim istam quæstionem discipuli Redemptori : « Domine, si pauci sunt, qui salvantur ? » Quid eis responderit attendamus : « Contendite », inquit, « intrare per angustam januam. Nam arcta est via, quæ ducit ad vitam, et pauci ingrediuntur per eam. » Ecce responsionem : **Pauci salvantur.** Poterat quis putare, quod pauci salvantur, quia fideles respectu infidelium, et tunc, et nunc, pauci sunt. Sed attendite, quid de vocatis, quid de fidelibus modo proferat : « Multi sunt vocati, pauci vero electi. » Etiam ex vocatis non

solum ad fidem, sed ex quolibet genere vocationis. Hei ! hei ! ex multis vocatis pauci electi. Ex multis vocatis ad clericatum, ad religionem, pauci electi ! Quid igitur ? desperabimus ? Non ideo dicitur, ût desperemus, sed ut diligentius vigilemus. Nam si ex tantâ multitudine quanta hic sumus, solus unus esset salvandus, et id sciretur, contenderem esse ille unus. Verum, ut quid, cum Deus super omnia misericors prædicetur, patitur tantum multitudinem perire ? Respondeo : « hæc perversitas malorum est, culpam suam in Deum rejicere. » Grandis blasphemia ! Si multi damnantur, non est Ipse causa damnationis, sed salutis. Sicut ipse ait per Prophetam : « Perditio tua ex te Israël, tantummodo ex me auxilium tuum »

— « Notandum est et valde timendum, quod « multi sunt vocati, pauci vero electi. » Multi operarii, et pauci consequuntur mercedem. O quam timenda sententia, et quam expavescenda ! Quis hoc dicit, nisi ille procurator, cui commissum est præmiare operarios ? Credite mihi, fratres, credite quod sæpius admonui, sæpius clamavi : Nisi viriliter laboraveritis, ultro plebeiam et communem vitam, non recipietis præmium. Væ miseris qui laboraverunt, et labores suos perdiderunt, et pro labore invenient ignem. Recordemini, fratres, quod operarii estis ; quod ad vineam vocati estis. Operarius, qui totâ die ludit et saltat, comedit et bibit, et non laborat, quam mercedem in nocte accipiet a Domino suo, nisi verbera et fustes ! Operarius est rex magnus, episcopus,

religiosus, femina, et omnis homo (1) » Ita ille eloquens et tam misericors Præsul.

10. — VEN. DIONYSIUS CARTHUSIANUS. († 1471)

In Job. cap. XXI, 33. « *Et post se omnem hominem trahit* », — « id est, inquit, pœna infernalis de omni hominum statu, gradu et genere, plurimos acquirit atque involvit ; imo tam multos, ut alii comparative sint pauci, et illi præ multitudine *omnes* dicantur, sicut Apostolus loquitur : « *Omnes quæ sua sunt, quærunt.* » (Tim. II, 21). (2)

Item in opere « *De arcta via salutis ac mundi contemptu,* in Matth. VII, *pauci sunt qui inveniunt eam :* » Christus, inquit, locutus est verba hæc ; et quid utique nobis his horribilius dici potuit, aut quid tam terribiliter sonat ? Certe ad perterrendum corda nostra sufficere potuit, si aliud nihil Christus dixisset, nisi quod arcta est via salutis, spatiosa vero damnationis ; quo pateret quam facile sit damnari, difficile autem salvari. — Jamvero, dicendo quod pauci inveniunt viam arctam salutis, multi autem ambulant viam latam perditionis, *evidenter insinuat quod pauci salventur, plurimique damnentur.*

« Quod et alibi clarius protestatur : *Multi,* inquit, etc. Quis, audito hoc verbo, non expavescat et con-

1. Conc. I. in Dom. XIX post Pentec. Punct. 3—Et conc. II in Dom. Septuag. Punct. 2.

2. Opera omnia *Enarr. in Job.* cap. XXI, Artic. 47 Edit. Monstrolii 1897. Tom. IV, pag. 580.

tremiscat, si tamen vere fidelis est et illuminatam sortitus est fidem ? Talis namque et tanta, et tam alta, et ardua est fides christiana, ut, licet certissime sciremus omnes homines, qui unquam fuerunt, erunt aut sunt in mundo, esse salvandos, uno excepto, merito viatorum unusquisque vehementer timeret, ne forte ipse esset ille damnandus, et insuper cum metu et reverentia Deo serviret...

« Ex his advertere potes, carissime, quam vere angusta et arcta sit via salutis... Dicit enim Apostolus : *Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis.* — Ergo qui vitia et concupiscentias non extinguunt, *nec corpus suum castigant,* ad Christum non pertinent. »

« Rursus : *Vidua,* inquit, quæ in deliciis vivit, vivens mortua est. Vivens quidem vita naturæ, mortua est morte culpæ. Si ergo deliciose vivere peccatum mortale est viduis, quanto magis *clericis, monachis et canonicis!*...Quæ quidem idcirco commemoravi... ne tibi de divina misericordia inaniter blandiaris ; neque his qui spaciosam viam ambulant, conformeris. » (1)

11. — S. ANTONINUS. († 1459.)

« *Beatus, quem elegisti et assumpsisti ; inhabitabit in atriis tuis.* Ps. 64. — Signanter autem dicit in singulari : *Beatus, quem.* Nam, ut dicit Salvator Matth. 20, et iterum 22 : *pauci sunt electi.* » — Et jam refutat argumentum R. P. Castelein : « Il

1. *Opera selecta* Dion. Carthus. Edit. Leod. 1854 T. I. pag. 21 et 36.

est dit au chapitre VII de l'apocalypse de S. Jean, que les élus forment une multitude immense, que personne ne pouvait compter. Or, rien de semblable n'est dit au sujet des damnés. (1) » — « Nec est contra hanc sententiam illud, quod Joannes dicit de electis, Apoc. 7. *Vidi turbam magnam,* etc. Nam electi, etsi in se præ multitudine a nobis quasi innumerabiles sint, respectu tamen reproborum pauci sunt ; e. g. saccus arenæ in se quasi innumerabilis est ; respectu tamen totius arenæ maris quid paucum est. Sic et electi respectu pravorum pauci sunt, et isti demum beati, juxta illud quod dictum est per Ps. 64 : *Beatus quem elegisti et assumpsisti ; inhabitabit in atriis tuis !* » (2) Ita Sanctus Archiepiscopus Florentinus.

12. — S. LAURENTIUS JUSTINIANUS. († 1455.)

Sanctus ille Patriarcha in libro suo *de compunctione et complanctu christianæ perfectionis:* « Sunt pauci numero, inquit, qui interiori exercitio mentis vacent, quoniam carnis operibus atque curiositati sensuum oppositum est. Arcta quippe est via spiritus, quæ ducit ad perfectionem et possidere facit Christum ; verum illa, quæ carnis voluptatibus indulget, lata est, et *innumeri per eam gradiuntur.* » (3)

1. Op., cit. 2e Ed. 267.
2. Summa theolog. P. I, Tit. IV. cap. VII. Edit. Veron. 1740. T. I. col. 267.
3. Oper. Ed. Colon. 1675. pag. 395.

13. — S. BERNARDINUS SENENSIS. († 1444.)

Zelans ille Apostolus Nominis et amoris Christi Jesu, sermone 23 ita aperte loquitur :

« Patet igitur quare multi sunt vocati, scilicet ad fidem, vel ad gloriam, vel ad gratiam, sed pauci sunt electi, scilicet respectu multitudinis vocatorum.

« Licet enim granum areæ sit multum, tamen est paucum respectu multitudinis aristarum et palearum, quæ significant malos, quos Dominus male perdet. » (1)

Et in Tractatu qui inscribitur : *De speculo peccatorum* hæc scribit : « Ratio, quare multi intrant ad perditionem æternæ damnationis per latam portam et spatiosam viam, hæc est, prout scribitur Eccl. I : *perversi difficile corriguntur, et stultorum infinitus est numerus ;* — qui, heu ! magis respiciunt vitam præsentem, quam terminum sequentem... Ex quibus elicitur unum, quod est : in sæculo jam currunt multi, quorum *pauci erunt de numero salvandorum* (2). »

14. — S. VINCENTIUS FERRERIUS († 1419).

Maximus hic concionator auditores suos ita interrogat : « Quomodo dicit Christus *pauci electi*, cum sint innumerabiles secundum Joannem (Apoc. VII) ? »

Et ita respondet : « Hoc concordatur sic per distinctionem, quoniam de electis possumus loqui dupliciter, scilicet absolute vel comparative.

« Si volumus loqui absolute, sic sunt multi, sicut dicit Joannes.

1. Oper. Edit. Lugdun, 1650. T. II. pag. 138.
2. Ibid. T. III, p. 464.

« Si autem volumus loqui de electis, comparando ipsos ad damnatos, sic *pauci sunt electi respectu* damnatorum. — Sicut de manu plena arena, in qua sunt multa grana absolute, et pauca respectu illorum, quæ sunt in littore ; sic genus humanum, propter multitudinem comparatur arenæ, ut patet ex promissione facta Abrahæ, cui dixit Dominus : « Multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, et sicut arenam, quæ est in littore maris. » (Gen. XXII). De qua Deus accepit manum plenam, quia justorum animæ in manu Dei sunt, qui absolute sunt innumerabiles, ut dicit S. Joannes, sed *respectu damnatorum quasi nihil sunt.* » (1)

— « Dicit Christus (Matth. VII) : Intrate per angustam portam, quia lata est porta et spaciosa via quæ ducit ad perditionem. Arcta autem et stricta quæ ducit ad vitam, et pauci inveniunt eam. Pauciores qui inventam teneant. Paucissimi qui eam perficiant. Quilibet vult ire ad libitum. Angusta porta paradisi voluntas Dei est. Ad istam oportet se restringere, qui paradisum vult intrare. Lata porta est voluntas propria. Arcta via quæ ducit ad vitam est afflictio pœnitentialis, via spaciosa inferni, conversatio mundanalis, et bene comedere, bene bibere, luxuriari, delectari, vindicare se de injuriis, etc. » (2)

Deinde eloquentissimus idem Sanctus ita solvit consuetam objectionem ex infinita Dei misericordia quæsitam.

« Cum ergo quælibet res operatur naturaliter

1. Domin. Sept. Serm. I. Edit. Antverp. 1570. pag. 295.
2. Ibid. Serm. VI. — Pag. 318.

secundum suam virtutem etc., sitque Deus infinitæ misericordiæ, debet salvare animas infinitas. Quomodo ergo sunt multi vocati, pauci vero electi, cum deberent esse infiniti? Pro responsione notandum, quod Deus est infinitæ misericordiæ, pietatis et bonitatis, et ut omnes salvarentur, fecit quicquid debuit facere et potuit, etiam infinite. Quare ergo non omnes salvantur, quia non omnes volunt salvari, immo pauci sunt qui volunt recipere suam salvationem. Nota similitudinem de Rege, qui abundantissime solvit pretium redemptionis pro captivis, qui erant in Barbaria, et paravit naves et galeras, ut possint ad patriam suam redire, qui tamen nolebant inde exire. Sic in proposito, Dominus Jesus Christus abundantissime solvit pretium redemptionis pro hominibus, etiam si essent infiniti homines, et paravit naves, scilicet innocentiæ baptismalis, pœnitentiæ sacramentalis, obedientiæ generalis. Sed gentes nolunt exire de captivitate, quoniam Judæi nolunt exire de carcere Moysi, nec Agareni de carcere Machometi, nec superbi de carcere superbiæ, et sic de aliis. » (1)

15. — B. ALBERTUS MAGNUS. († 1280)

« In Matth. XX, 16 : multi vocati, etc. — I Cor. IX. 22. Omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium. » — In Matth. XXII, 14, clarius adhuc : « Discipulos informat, quia unum tantum adjecerat, propter hoc illius formam indicat potius quam per-

1. Ibid. p. 319.

sonam. Quicumque enim vocati sunt, gratiæ electionis non concordantes per vitam, sicut ille abjectus est. — Pauci vero electi. — Eccli. I. 15 Stultorum est infinitus numerus.

« In Luc XIII. 23. Ipse ad illos. — Unus pro omnibus quæsierat et V. 25 Christus dat primam rationem (cur pauci salvi fiant) « Multi vocati, pauci vero electi : — multi vocati, i. e. fidem confitentes, factis autem abnegantes. — Eccli I. 15. »

16. — S. THOMAS AQUINAS. († 1274.)

Reverenter nunc, prout decet, doctrinam audiamus Doctoris Angelici, qui est, ut dicit Ecclesia « Theologorum princeps et Philosophorum norma, præclarum christiani orbis decus et Ecclesiæ lumen. » (1)

« Discedere inconsulte ac temere a sapientia Doctoris angelici, res aliena est a voluntate Nostra, — mandat Summus Pontifex Leo XIII, — eademque plena periculi. Eo neglecto, in tanta ingeniorum licentia pronum esse in opinionum portenta dilabi nimium jam res et facta testantur. Sanctum itaque sit apud omnes Thomæ nomen; vereanturque non sequi ducem, quem bene scripsisse de se Jesus Christus testabatur. » (2)

Tantus autem Doctor disertissimis verbis docet, quidquid obmurmurent Neoterici, quod « pauciores sunt qui salvantur. »

---

1. In or. ad S. Thom. scholar. cath. Patron. indulg. 200 dierum ditata a Leone XIII, die 13 Julii 1895.

2. Litt. ad Minist. gen. ord. Fratr. Minor. — 25 Nov. 1898.

Etenim examinando « utrum numerus prædestinatorum sit certus, » sibi prius objicit, more methodi scholasticæ : « Videtur quod non ; nam... tertio : Operatio Dei est perfectior quam operatio naturæ. Sed in operibus naturæ bonum invenitur ut in pluribus, defectus autem et malum, ut in paucioribus. Si igitur a Deo institueretur numerus salvandorum, plures essent salvandi quam damnandi ; cujus contrarium ostenditur Matth. VII, ubi dicitur : « Lata et spatiosa est via quæ ducit ad perditionem et multi sunt qui intrant per eam : angusta est porta et arcta via, quæ ducit ad vitam, et pauci sunt qui inveniunt eam. » — Non ergo est præordinatus a Deo numerus salvandorum.

« Sed contra est, quod Augustinus dicit in libro de correptione et gratia, cap. 13 : « Certus est prædestinatorum numerus, qui neque augeri potest, nec minui. »

« *Ad tertium* dicendum, quod bonum proportionatum communi statui naturæ, accidit ut in pluribus, et deficit ut in paucioribus ; sed bonum quod excedit communem statum naturæ, invenitur ut in paucioribus et deficit ut in pluribus. Sicut patet quod plures homines sunt qui habent sufficientem scientiam ad regimen vitæ suæ, pauciores autem qui hac scientia carent, qui *moriones* vel *stulti* dicuntur ; sed paucissimi sunt, respectu aliorum, qui attingunt ad habendam profundam scientiam intelligibilium rerum. Cum igitur beatitudo æterna in visione Dei consistens, excedat communem statum naturæ, et præcipue secundum quod est gratia destituta per corruptionem

originalis peccati, **pauciores sunt qui salvantur.** Et in hoc etiam maxime misericordia Dei apparet, quod *aliquos* in illam salutem erigit, a qua *plurimi* deficiunt secundum communem cursum et inclinationem naturæ. » (1)

Præterea, in Expositione in Mathæum XXII, hæc scripsit Angelicus : « Deinde concludit : *Multi sunt vocati, pauci vero electi,* quia quidam nolunt venire, quidam non habent vestem nuptialem. Unde supra VII, 14 : *Arcta est via quæ ducit ad vitam, et pauci sunt qui inveniunt eam.* » (2)

Et in caput XII Epistolæ ad Romanos, Lect. 2 : « Quamvis enim sint *pauci* per comparationem ad infructuosam multitudinem damnatorum, secundum illud. Matth. VII, *pauci inveniunt eam,* tamen absolute loquendo sunt multi. » (3)

Item in I Cor. IX : « Nescitis quia qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium ? » — « In primo, inquit Angelicus Doctor, notatur conditio viatorum, in secundo multitudo vocatorum, in tertio *paucitas electorum.* »

Auctoritas principis Theologorum, S. Thomæ, haud parum gravat Neotericos ; ideoque eam extenuare conantur.

« S. Thomas d'Aquin, *tout en suivant la vieille opinion,* ne l'a pas jugée assez fixe et sûre pour en faire un article de sa somme théologique, où il aborde

---

1. Summa. 1a P. quæst. 23, art. VII. ad 3m.
2. Edit. Parm. 1861. T. X. 200. col. 2.
3. Ibid. T. XIII. pag. 123.

pourtant *presque tous* les problèmes de la théologie. » Ita R. P. Castelein. (1)

Primo itaque fatetur S. Thomam docere antiquam et traditionalem sententiam de minori numero electorum.

Deinde, videtur nobis sanctum Thomam non tractasse hanc quæstionem in integro articulo, non quia eam considerabat tamquam minus fixam aut certam, sed quia locus ejus non est in compendio, seu *summa* Theologiæ. Etenim divus Doctor Summam suam scripsit pro tironibus in re theologica, ut ipse fatetur in Prologo hujus Operis : « Propositum nostræ intentionis in hoc opere est, ea quæ ad Christianam religionem pertinent, eo modo tradere, secundum quod congruit ad eruditionem *incipientium*. »

Demum, innumeræ sunt veritates, eæque maximi momenti in re theologica, quas Thomas, docet non in corpore articulorum, sed tantum in responsionibus ad objectiones. Quis unquam possit sibi fingere S. Thomam hanc solam doctrinam ut certam et inconcussam tradere quam in corpore articulorum

---

1. Edit. 2ª p. 283. — D. Mauran alio modo auctoritatem Divi Thomæ flocci facit.

« Il est bien douloureux de voir une pareille opinion enseignée par saint Thomas d'Aquin. (Introd. p. IX.)

« Il ne faudrait point laisser entièrement à S. Thomas la responsabilité de cette dure et sévère doctrine. Le saint Docteur ne fait que se conformer à l'enseignement de son temps.

« Il faut bien le reconnaître, le moyen-âge avec ses grandes et terribles luttes, ne pouvait pas être bien favorable à des idées *libérales*.

« Du reste, la logique de l'illustre Saint nous parait ici bien en défaut. Elle se réduit à une *pétition de principe*. Nous avons le droit de nier.

« L'argument n'est certes pas de première valeur. » (p. 239.)

His satis inconsiderate scriptis parcere placet.

proponit ; eam vero quam in responsionibus exhibet, ut dubiam habere et incertam ?

Sat mire ergo scribitur de S. Thoma : « Dans la solution d'une troisième objection faite par les tenants de la *vieille opinion* sur le nombre plus grand des réprouvés, il se contente de prouver que cette opinion peut se concilier avec sa thèse sur la prédestination. S. Thomas ne traite donc nullement la question « ex professo » : il laisse entendre incidemment que cette opinion peut être tenue *pour vraie, rien de plus.* » (1)

Si Angelicus nostram opinionem permittit haberi ut veram, ergo opinionem neotericorum ipse habet ut *falsam;* nam certe non permisisset *ut veram* haberi opinionem, quam ipse talem non existimasset. Ergo prorsus dicendus est S. Doctor ut verum admittere factum quod sibi objicit, majoris scilicet numeri hominum damnatorum, quodque tam lucide cum divina misericordia conciliari demonstrat ; secus enim ipsum fundamentum objectionis simpliciter negasset.

Præterea, audivimus supra P. Castelein confitentem quod S. Thomas hanc veterem opinionem amplexus est.

Insuper, uti patet ex tribus aliis locis jam citatis, *Summa* non est unicus locus in quo Doctor Angelicus suam manifestat opinionem circa paucitatem electorem.

1. Ibid. pag. 284. note 1.

17. — PSEUDO-DOCTOR ANGELICUS, PROBABILITER THOMAS ANGLUS.

Paucitas salvandorum egregie asseritur in commentario antiquo, de quo dubitatur utrum S. Thomæ Doctori Angelico, an vero Thomæ Anglico, ejusdem ordinis, adscribendum sit. Est nimirum « Expositio in septem Epistolas canonicas, » — in qua ad hæc verba I Petri, III : « *Octo animæ salvæ factæ sunt* », leguntur sequentia :

« Notandum, quod per arcam significatur Ecclesia,.... *in qua pauci, respectu damnatorum, salvantur,* quia Matth. VII dicitur : Arcta est via quæ ducit ad vitam, et **pauci** *inveniunt* eam ; » **pauciores** *ambulant* per eam, sed **paucissimi** *perseverant* in ea.... In arca pauci salvati sunt, scilicet tantum octo animæ, per quod signatur paucitas salvandorum : Matth. XXII : « Multi sunt vocati, pauci vero electi. »

« Unde nota quod paucitas salvandorum præfigurata fuit tempore *legis naturæ,* quando scilicet omnes perierunt exceptis octo, qui salvati sunt in Arca diluvii, sicut habetur hic.

« Item fuit præfigurata tempore *legis Mosaicæ,* ubi legitur Num. XIV de omnibus, quos eduxit Dominus ex Ægypto, fere sex centis millibus per desertum (per quod significatur pœnitentia), non intrarunt nisi duo terram promissionis, scilicet Josue et Caleb.

« Item fuit præfigurata *tempore Prophetarum,* quando filii Israël ducti sunt in captivitatem, et pauci relicti sunt in terra promissionis.

« Sed *tempore gratiæ* fuit *actu* expressa et annun-

tiata, Matth. XXII : « *Multi sunt vocati, pauci vero electi.* » (1)

18. — S. BONAVENTURA. († 1274.)

Doctor Seraphicus ita de Deo prædestinante loquitur : « Cum ergo damnat et reprobat, operatur secundum justitiam; quando vero prædestinat, secundum gratiam et misericordiam, quæ non excludit justitiam. — Quia ergo *omnes*, secundum quod de massa perditionis erant, debebant damnari, ideo *plures reprobantur quam eligantur*, ut ostendatur quod salvatio est secundum gratiam *specialem*, sed damnatio secundum justitiam *communem*. — Nullus ergo potest conqueri de divina Voluntate, quia omnia agit rectissime ; imo in omnibus debemus gratias agere et honorificare regimen divinæ Providentiæ. » (2)

— « Multi enim præficiuntur mali et reprobi ; et utinam non sint plures mali quam boni.

» Conclus. I. Et hæc (electio) differt a vocatione, quia multis datur gratia, qui non perseverant ; ideo dicuntur *vocati*, sed non *electi ;* et de his dicitur Matth. XXII : « Multi sunt vocati, pauci vero electi. » (3)

Idem, sermone 2° de conversione S. Pauli : « Duplicem electionem legimus in Scriptura, unam æternalem, alteram temporalem.

---

1. Edit. Parmæ. 1869. T. XXIII. pag. 268. col. 2.

2. *Breviloquium.* Pars I. cap. IX.— Edit. Quaracchi. 1891. pag. 218. —

3. *Lib. sent.* Distinct. 40. a. 3. q. 2. Ed, Lugdun. 1668. — T. IV. pag. 328.

« Per primam semper ad gratiam præparamur et gloriam.

« Per secundam vocamur ad gratiam, sed non semper ad gloriam.

« Prima electio est idem quod prædestinatio, per quam in libro vitæ conscribimur.

« Secunda enim electio est idem quod temporalis vocatio, quæ, etsi ad tempus fiat ad gratiam, non tamen semper ad gloriam ; quia non omnes, qui temporaliter sunt vocati, æternaliter sunt electi. *Multi enim*, dicit Dominus, *sunt vocati, pauci vero electi.* » (1)

19. — S. ANTONIUS PADUANUS. († 1231.)

In sermone de cœna Domini, vocationem comparat prandio, ad quod multi sunt vocati ; salutem autem æternam assimilat cœnæ, ad quam pauci tantum sunt electi. En ejus verba : « Ultimo repræsentatur cœnæ, quæ fit in Beatis, quos ad refectionem vitæ æternæ, post bonum exitum Dominus introduxit, de qua dicitur Luc. XIV : *Homo quidam fecit cœnam magnam,* etc.

« Secreta est cœna, quia ibi non admittuntur, nisi pauci et familiares, iis, qui ad matutinum prandium fuerunt, exclusis.

« Prandium est fides : fercula, articuli et Sacramenta, ad quæ admittuntur multi, qui non remanent in cœna.

« Unde *multi sunt vocati*, scilicet ad prandium

1. Ibid. T. III p. 240.

(fidei), pauci vero electi ad cœnam (vitæ æternæ.) Matth. XX, et XXII. » (1)

20. — INNOCENTIUS III. († 1216.)

In parabolam operariorum in vinea, de electis ait: « Dicuntur pauci respectu malorum, quia « stultorum infinitus est numerus et perversi difficile corriguntur. » — Insuper addit de aliis : « Non omnes Christi Evangelio credunt. Qui vero non credit, jam judicatus est ; unde *cum plures sunt increduli quam fideles, absque dubio « multi sunt vocati, pauci electi »*, *cum et de fidelibus multi damnentur,* hi scilicet, qui fidem operibus abnegant ; quia « melius est viam veritatis non agnoscere, quam post agnitionem retroire. » (II Pet. II.) Ab istorum ergo numero nos excipiat Dispensator vineæ, Jesus Christus ! » (2)

Ergo viginti Sancti, Beati aut venerabiles Servi Dei, Patribus Ecclesiæ proprie dictis posteriores, aperte nostram tenent sententiam. Citent nunc neoterici Bougaud, Mauran aut R.P. Castelein saltem unum qui eorum docuerit opinionem.

Sed ad PatresEcclesiæ audiendos gressum faciamus.

§ II.

PATRES ECCLESIÆ.

Incipit series testimoniorum sanctorum Ecclesiæ Patrum. Quapropter utile est in limine revocare in

1. Oper. compl. pag. 418.
2. Sermon. X. in Septuag. Pat. Lat. T. CCXVII. col. 357.

mentem ea quæ de Patrum auctoritate nuper edixit sanctissimus Dominus Leo XIII : « Sanctorum Patrum, — « quibus post Apostolos, S. Ecclesia plantatoribus, rigatoribus, ædificatoribus, pastoribus, nutritoribus crevit, » (1) — summa auctoritas est, quotiescumque testimonium aliquod biblicum, ut ad fidei pertinens morumque doctrinam, *uno eodemque modo explicant omnes :* nam ex ipsa eorum consensione, ita ab Apostolis secundum catholicam fidem traditum esse, nitide eminet.

« Eorumdem vero Patrum sententia tunc etiam magni æstimanda est, quum hisce de rebus munere Doctorum *quasi privatim* funguntur : quippe quos, non modo scientia revelatæ doctrinæ et multarum notitia rerum, ad apostolicos libros cognoscendos utilium, valde commendet, verum Deus ipse, viros sanctimonia vitæ et veritatis studio insignes, amplioribus luminis sui præsidiis adjuverit. Quare interpres suum esse noverit, eorum et vestigia reverenter persequi et laboribus frui intelligenti delectu. » (2)

Jamvero, uti attento Lectori superabunde patebit, veterum Ecclesiæ Patrum quoddam constituitur veluti concilium, in quo unanimi consensu statuitur : ex humano genere plures esse, qui ad æterna supplicia damnantur, quam qui salutem æternam assequuntur ; — res terribilis dictu, sed utilis scitu, ne quis erret, et quæ etiam maximo esse potest solatio illis qui cum paucis vivere satagunt ; est enim

1. S. Aug. contra Julian, II. 10. 37.
2. Encycl. *Providissimus Deus.* De studiis scrip. sacr. 18 nov. 1893.

prædestinationis nota insignis ad vitam paucorum Bonorum vitam suam conformare.

Liceat interim ad monendos Sacerdotes et Seminaristas uti verbis Epistolæ cujusdam Synodicæ Episcoporum Galliæ et Germaniæ ad Episcopos Hispaniæ et ita concludere :

« Tenete vos intra terminos Sanctorum Patrum, et nolite novas versare quæstiunculas; ad nihilum enim valent, nisi ad subversionem audientium. Sufficit enim vobis Sanctorum Patrum vestigia sequi et illorum dicta firma tenere fide. Illi enim in Domino nostri extiterunt Doctores in fide et Ductores ad vitam. » (1)

21. — S. BERNARDUS. D. E. († 1153.)

Hic sententiam communem esse notissimam, supponit in suo sermone tertio in Vigilia Nativitatis Domini : « Quis enim nesciat, vel nominetenus fidelis, quia veniet Dominus, quia venturus est judicare vivos et mortuos et reddere unicuique juxta opera sua ? Non omnium ista est scientia, Fratres mei, sed nec multorum : paucorum est, — *quia revera pauci sunt, qui salvantur.* » (3)

22. — HONORIUS AUGUSTODUNUS. († 1152.)

Vel Gerhohus præpositus Reicherspensis.

« Omnes in deserto prostrati sunt, et duo tantum cum multitudine filiorum Israel intraverunt... Qui in

1. Harduin. Tom. IV. col. 895. Ed. Paris.
2. Patr. Lat. T. C L XXXIII. — col. 96.

deserto prostrati sunt, sunt *multi vocati, qui venire noluerunt ;* duo, qui intraverunt, sunt activi et contemplativi, qui gemina dilectione animati, requiem Domini intrabunt. » (1)

23. — RUPERTUS TUITIENSIS. († 1135.)

« *Multi enim sunt vocati, pauci vero electi,* i. e. multi in præsenti Ecclesia, nomina sua dando, in libro confessionis conscripti, sed *pauci*, quod valde pavendum est, judicii diluvium evasuri sunt. » (2)

24. — CARDINALIS GODEFRIDUS VINDOCINENSIS. († 1132.)

« Post resurrectionem suam Christum soli boni, et pauci, et modico tempore viderunt. Soli etenim boni futuræ resurrectionis gloriam habebunt... et pauci erunt ad comparationem malorum. Nam, sicut ipse in Evangelio dicit : *Multi vocati, et pauci electi sunt.* » (3)

25. — VEN. HILDEBERTUS. († 1130.)

Pius hic Archiepiscopus Turonensis in sermone suo in Septuagesima ita exponit celebre dictum S. Pauli : « Nescitis quod ii qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium ;

1. Comm. in Psalm. XCIV, v. 11 Pat. Lat. T. CXCIV, col. 580.
2. In Exod. Lib. IV. cap. 29. — Patr. Lat. Tom. CLXVII, col. 730.
3. Serm. 5. Patr. Lat. T. CLVII. col. 257.

sic currite ut comprehendatis. » (1) —« Stadii siquidem situs, qui illis ad currendum metitus erat, præsentis vitæ terminum significat, qui ad cursum salvationis nostræ nobis datus est, dicente et monente Domino: » Curre, miser, curre, festina, dum tempus habes, ne incidas in mortem...

« Quod autem *ex magna juvenum frequentia, unus bravium capiebat,* cæteris incassum currentibus, quantum ad nos pertinet, fratres charissimi, *valde timendum est, scilicet ne ab uno omnes superemur*, qui pro corona currere disposuimus. Unde monet Apostolus: *Sic currite ut comprehendatis.* » (2)

26. WERNERUS ABBAS. († 1126.)

Qui eruditione non minus quam eximia vitæ integritate sæculo XII claruit: « Multi enim sunt vocati, etc. » — « Hoc, inquit, non ad superiores sanctos, sed ad gentes pertinet, quia plures ad fidem veniunt, plures Ecclesiæ parietes implent, sed *ad regnum pauci perducuntur*.... Quod multi tam novissimi quam primi reprobentur, terribili sententia subditur: « Multi enim *sunt vocati* » ad fidem, « pauci vero electi « ad regnum. » (3) Hæc habet in *libro I Deflorationum sive excerptionum ex melliflua diversorum Patrum, aliorumque doctorum orthodoxorum doctrina;* et in eo auditur tota venerabilis traditio duodecim priorum sæculorum.

1. I Cor. IX. 24.
2. Patr. Lat. T. CLXXI col. 420.
3. Patr. Lat. T. CLVII. col. 846.

27. — S. BRUNO ASTENSIS, SEU SIGNENSIS. († 1125.)

Abbas Montis Cassini et Episcopus, sequentia habet in suo Commentario in Matth. P. II. C. VII. « Quasi aliquis diceret : Arcta via est ista, valde difficilis observatu sunt ista mandata, subdidit dicens : *Intrate ergo*, etc. Et via, inquit, arcta est et porta angusta ; ideoque a paucis invenitur : verumtamen hæc est illa via et illa porta per quam ad æternam vitam pervenitur. *Pauci enim sunt illi qui salvantur, ad comparationem illorum qui damnantur.* Unde et alibi Dominus ait : « Multi enim sunt vocati, pauci vero electi. » Illa autem via et illa porta quæ ducit ad perditionem, lata valde et spatiosa est, et ideo multi intrant per eam.

« Jejunare enim, vigilare, a carnis desideriis et cunctis voluptatibus abstinere, propriam voluntatem non facere, cui non videatur angustum et arctum ?

« At vero abundanter et deliciose manducare et bibere, cunctis carnis desideriis et voluptatibus obedire, suæque voluntati in nullo contradicere, cui non videatur latum et spatiosum ?

« Multi igitur per hanc viam ambulant, multi per hanc portam intrant. Sed quo intrant ? — Civitatem utique perditionis, collegium mortis, carcerem angustiarum et lacum omnium miseriarum. » (1)

Et in Matth. cap. XX : « Quod autem sequitur : « Multi enim sunt vocati, pauci vero electi, » — *valde*

1. Migne — Patr. Lat. — T. CLXV col. 129.

paucos esse ostendit eos qui salvantur, ad comparationem eorum qui per singulas horas vocantur. » (1)

Necnon in Matth. XXII : « Multi autem sunt vocati, pauci vero electi : » — inquit « *multi enim vocantur ad nuptias, pauci vero introducuntur in Regis thalamum et gloriam.* » (2)

Libro autem primo sententiarum, cap. 2. de Arca Noe : « Hæc arca sancta Ecclesia est, extra quam nemo salvatur ; in qua, qui in die ultionis inventus fuerit, non peribit. Multi enim nunc in ea esse videntur, qui tunc extra eam invenientur... Multo plures sunt mali, quam boni ; plures qui terrena, quam qui cœlestia petunt. Angusta via est, quæ ducit ad vitam; ampla est, quæ ducit ad perditionem. » (3)

28. — EUTHYMIUS. († 1122.)

Capite suo XLII, de *mercede conductis operariis,* exponit parabolam modo omnino generali, et non de Judæis et Gentilibus Christianis.Et tandem sic loquitur: « Multi quidem ad fidem vocati sunt, *pauci vero acquiescunt.* »

Ibi agit de fide viva, cui comitatur observatio præceptorum usque in finem et de retenta veste nuptiali, seu baptismali, usque ad diem judicii.

« Audiamus, inquit, et horreamus, quotquot post divini Baptismatis ablutionem, animam, perdita vita, sordidavimus, eo quod non tantum a nuptiis ejiciendi

1. Ibid. col. 239.
2. Ibid. col. 253.
3. Ibid. col. 879.

sumus, verum etiam in miserrimum supplicium detrudendi. Habenda est igitur cura de stola interiori et non de exteriori. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi. Hoc etiam dixit in fine parabolæ de operariis mercede conductis. » (1)

29. — S. ANSELMUS CANTUARIENSIS. D. E. († 1109.)

In Epistola sua ad Odonem et Lanzonem : « Quoniam namque inter multos vocatos *pauci sunt electi, certi sumus omnes*, Veritate dicente ; sed quam pauci sint, incerti sumus cuncti, Veritate tacente. Quapropter quicumque nondum vivit ut pauci, aut vitam suam corrigendo, inter paucos se colligat, — aut cum certitudine reprobationem timeat. Qui vero se de paucis esse jam judicat, non statim de securitate electionis confidat. Quippe quoniam nemo nostrum scit in quantam paucitatem redigantur electi, nullus utique novit si jam sit inter paucos electos, licet jam paucorum sit similis inter multos vocatos. » (2)

Hæc idea tam familiaris fuit Sancto Doctori ut eam identidem, ac iisdem ferme verbis, repetat. Ita ad quosdam Monachos Beccenses : « Quoniam namque inter multos vocatos pauci sunt electi, *certi sumus omnes,* Veritate dicente », etc. (3)

Et ad comitissam Idam : « Amica charissima in Deo ! Dominus dicit : *Multi sunt vocati, pauci vero*

1. Migne. Patr. Græc. T. LXVI. col. 253-255.
2. Lib. I. Epist. II. Migne. Pat. Lat. T. CLVIII col. 1065.
3. Ibid. col. 1114.

electi. Numquam ergo secura sis te inter electos computari debere, donec ita vivas, ut pauci sunt quibus vita ut tua debeat comparari: et cum te in numero paucorum esse cognoveris, adhuc time, quia adhuc dubium erit, si inter paucos electos fueris, donec te de illis paucis videas, de quorum electione nulla manet dubietas. Qui enim dixit : *Pauci sunt electi,* non utique dixit *quam pauci :* ut quantumcunque nobis videamur profecisse, semper judicemus nos nondum nisi ad initium proficiendi pervenisse. » (1)

30. — PSEUDO-ANSELMUS.
(Forsan Honorius Augustodunus.)

Auctor Elucidarii, Lib. II. cap. 18 et 19 *De Variis Laicorum Statibus*, — quod invenitur inter opera S. Anselmi.

« **Discipulus.** — Quid sentis de militibus ?

Magister. — Pauci boni.

D. — Quam spem habent mercatores ?

M. — Parvam ; nam fraudibus, perjuriis, lucris omne pene, quod habent, acquirunt.

D. — Quid sentis de variis artificibus ?

M. — Pene omnes pereunt ; nam quidquid faciunt, cum maxima fraude agunt.

D. — Quid dicis de publice pœnitentibus ?

M. —Noli dicere « pœnitentibus », sed « Deum irridentibus » ; Deum enim irrident et seipsos decipiunt, qui lætantur cum male fecerint et exultant in rebus possimis.

1. Lib. III Ep. XVIII, Pat. Lat. T. CLIX, col. 43.

D. — Quid de agricolis dicis ?

M. — *Ex magna parte salvantur*, quia simpliciter vivunt, et populum Dei suo sudore pascunt.

D. — Quid de parvulis ?

M. — Quotquot non loquentes, ut sunt triennes, dumtaxat baptisma consecuti, salvantur. Qui vero quinquennes sunt et supra, quidam pereunt et quidam salvantur.

D. — Ut videtur, pauci sunt qui salvantur.

M. — *Arcta est via, quæ ducit ad vitam, et pauci sunt, qui ambulant per eam.* Tamen ut columba grana pura eligit, ita Christus suos electos de his omnibus generibus latentes colligit » (1)

31. — OTHLONUS. († 1073)

In illa verba Apostoli, Cor. IX. 24 : *omnes quidem currunt :* « Hoc summopere pensandum est, animadvertit, quod dicitur *: omnes, unus.* Quid itaque per illum unum intelligere debemus, nisi quemlibet electum, qui et in unitate fidei et in cœteris virtutibus, quæ pro sui concordia unum sunt, perseverans, unus idemque esse contendit ? — Quid vero per illos omnes, qui simul currunt, sed ad bravii merita non perveniunt, nisi hos, qui ad fidem quidem sacram venientes, et bonorum operum initia arripientes, ad tempus credunt, sed in tempore tentationis recedentes, in bonis persistere negligunt. » (2)

Et infra : « Dominus et Salvator noster... vel ali-

1. Pat. Lat. T. CLXXII col. 1148.
2. *De cursu spirituali.* Cap. I. — Patr. Lat. T. CXLVI. col. 141.

quos de damnandis salvare volens, deterrendo profert sententiam dicens : *Multi sunt vocati, pauci vero electi,* ac si diceret : multi quidem sciunt benefacere, sed pauci sunt qui benefaciant. » (1)

32. — RADULPHUS FLAVIACENSIS. († XII sæculo.)

« Cum igitur in tanta ignorantiæ caligine simus constituti, ut viam civitatis supernæ vix aliquis queat invenire : *pauci sunt enim* ait Dominus, *qui inveniunt illam,* — nullus de simplicioribus, et minus de eruditis, aut credendi formam, aut normam vivendi a seipso debit suscipere, sed respicienda Majorum auctoritas, et quod illi credendum seu agendum docuerint, hoc semper tenendum. » (2)

33. — S. PETRUS DAMIANUS. D. E. († 1072.)

Non pro Judæis tantum, ut arbitrantur quidam neoterici, sed pro christianis omnibus, omnium sæculorum, prolatam fuisse putavit a Domino celebre monitum de ingrediendi angustam viam : « Licet varia sit diversitas transeuntium, una tamen est via, per quam transitur ; illa nimirum quam Veritas se sequentibus sternebat, cum diceret : « Angusta est via quæ ducit ad vitam, et pauci sunt, qui ingrediuntur per eam. » Hanc viam ipse Dominus tenuit,

1. Ibid. cap. XIX. col. 211.

2. In Levitic. Lib. V, cap. 4. — Cf. D. Ceillier — *Auteurs Sacrés.* T. XIV p. 739.

et per hanc quicumque eum sequi voluerit, incedere jussit. » (1)

34. — THEOPHYLACTUS. († 1070)

In illud Matth. XXII « Ingressus autem Rex, etc.

« Ingressus ad nuptias sine dijudicatione fit, dicit; gratia enim sola omnes vocati sumus, tam boni quam mali ; at vita eorum, qui ingressi fuerint, posthac non indisquisita erit ; sed examen valde magnum faciet Rex eorum, qui post ingressum ad fidem in sordido habitu invenientur.

« Horreamus igitur cogitantes, quia nisi quis vitam habeat puram, nihil ei proderit nuda fides ; non solum enim e nuptiis ejicitur, sed et in ignem mittitur....

« Multi igitur, se ipsos vana spe dicipientes, putant quod Regnum Cœlorum assequentur, et se ipsos simul immiscent discumbentium choro, sentientes de se ipsis magna....

« Multi autem sunt vocati ; multos enim, vel potius omnes vocat Deus ; pauci vero electi ; *pauci enim qui salvantur* et qui digni sunt ut eligantur a Deo. » (2)

35. — RATHERIUS, EPISC. VERONENSIS. († 974)

In Sermone primo de Ascensione ita prædicavit : « Sunt, qui fidem, quam verbis adstruunt, moribus

1. Serm. 32. De S. Apollinare. Pat. Lat. T. CXLIV. col. 677.
2. Patr. Græc. T. CXXIII. col. 387.

destruunt. Verendum enim omnino ne de talibus quoque dicatur a Domino, Luc. XI, 24 : « Cum immundus spiritus, » etc... « et fiunt novissima hominis illius pejora prioribus. » — Hæc tam veracia, si in nullo caderent illorum, qui se credere profitentur, et sunt baptizati, ubi esset sententia Domini illa, qua continetur : *Multi enim sunt vocati, pauci vero electi ?* Qui enim sunt vocati, nisi per Baptismum Ecclesiam ingressi ? Qui pauci electi, nisi qui sacramentum vivendo tenuerunt, quod fide perceperunt ? — Qui non electi, nisi qui non servaverunt, quod promiserunt ? Quid autem promiserunt ? Recurrat quis cogitando ad id, quod aut promisit, aut est vice illius promissum antequam baptizaretur. » (1)

36. — REMIGIUS ANTISSIODORENSIS. († 908.)

In Psalmum XXXIX : 15 : *Annuntiavi, et locutus sum, multiplicati sunt super numerum :* « Ego, Christus, *annuntiavi,* scilicet opere, *et locutus sum,* ore : *Pœnitentiam agite,* appropinquavit Regnum *cœlorum,* — *Multiplicati sunt super numerum,* venientes ad fidem ; creverunt super numerum electorum, quia *multi vocati, pauci vero electi.* Multi implent parietes Ecclesiæ, qui ad vanitates hujusce sæculi facile relabuntur. » (2)

37. — PASCHASIUS RATBERTUS. († 865.)

Lib. IV. Commentariorum in Matth : *Intrate per angustam portam.* « Quamvis caritas lata dicatur,

1. Pat. Lat. T. CXXXVI. col. 737.
1. Pat. Lat. T. CXXXI. col. 354.

angusta tamen est, quam *pauci* inveniunt ; et si invenerint *pauciores* contendunt intrare per eam...

« *Quia lata porta et spatiosa via, quæ ducit ad perditionem.* Hanc igitur, licet nemo quærat, omnes inveniunt, quia in ea nati, et si se inde abstulerint, ultronea se offert. Unde *rarus*, qui ad virtutes manus mittat ; voluptas vero omnes, quasi importuna meretrix, suis oblectamentis invitat. Et ideo *multi intrant per eam.*

« Ceterum quam angusta est porta et arcta via, quæ ducit ad vitam ! Unde sponsus et sponsa miratur in canticis : *Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, quasi virgula fumi ex aromatibus myrrhæ et thuris?* — Ac si dicatur : Quæ est ista, quæ ascendit viam, quam *pauci inveniunt ?* etsi invenerint. Quomodo ergo sic dirigitur et attenuatur, ut fumi virgulæ comparetur, et non qualicumque, sed ex aromatibus myrrhæ et thuris ? Quæ nimirum aromata Christus supra docuit ut mortificationem ejus in corpore nostro circumferentes, sacrificium thuris Deo simus, ita extenuati, ut virgulæ odoramentorum jure comparemur. Hanc quippe deserti viam *pauci* reperiunt, sed eam, in qua frequentia est populi, plures ambulant. Deserti autem viam, in quo Christus pugnavit, *pauci* aggrediuntur. *Pauci* autem ad comparationem eorum dicuntur, qui per latam ambulant. Et ideo satis angusta est porta et via, quæ nonnisi *paucos* recipit. » (1)

Et Lib. X in eumdem : « *Multi autem sunt vocati, pauci vero electi.* Non igitur paucitas invitatorum

1. Pat. Lat. T. CXX. col. 322.

narratur, sed paucitas *electorum;* quia in invitatione, absque ulla exceptione, immensæ bonitatis est magnitudo, in invitatis vero discretio est judicii et probitatis electio.

«Quæ nimirum sententia omnes has parabolas comprehendit, et concludit de opere vineæ, et de ædificatione domus, necnon et istam, in quibus omnibus *non initia quæruntur operum, sed finis.* » (1)

38. — EP. HAYMON HALBERSTATENSIS. († 856.)

Homilia XXI. Dominica in Septuagesima hæc prædicat :

« Matth. XX : In illo tempore: dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc : simile est regnum cœlorum homini Patrifamilias etc...

« Ergo regnum cœlorum in hoc loco præsentem significat Ecclesiam, quod simile dicitur Patrifamilias, ut per rem cognitam, incognitam credere discamus... Hujus ergo Pratrisfamilias vinea, sancta est Ecclesia, quæ ab initio mundi usque ad finem sæculi, quot sanctos profert, quasi tot palmites generat. Hæc vinea primum in populo Judæorum fuit plantata, sed post Domini incarnationem usque ad fines terræ est dilatata...

« *Sic erunt novissimi primi et primi novissimi* »... unde rara Judæorum fides reprobatur, cum adhuc subjun-

1. Ibid. col. 749.

gitur : *Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.* » *Quod specialiter ad populorum populum pertinet,* ex quibus multi vocati, sed qui Domino crederent pauci sunt inventi.....

Sed qui in hac parabola duplicem intelligentiam sequimur, moraliter sero unicuique nostrum fit terminus vitæ præsentis, et licet nonnulli, autequam ad maturam ætatem perveniant ab hac vita vocentur, si non habent sero per ætatem, habent tamen per exitum. Sero ergo operarii ad recipiendam mercedem vocantur, quia pro bonis operibus tunc electi remunerationem accipiunt, cum ob hac vita vocantur.....

Sic erunt novissimi primi et primi novissimi, quotidie in Ecclesia fieri cernimus, quia nonnulli tardius ad Dominum conversi, per mentis fervorem et piam devotionem plures eorum antecedunt, qui tepide et negligenter vivunt. *Quod autem finita similitudine dicitur « multi sunt vocati, pauci vero electi » magis timendum est quam exponendum.* Omnes enim, quod vocati sumus, novimus ; utrum vero electi, adhuc ignoramus. Multis enim modis nos vocat Deus, per fidem.... etc. Sunt autem nonnulli qui cum fide polleant et doctrinæ verbis luceant, tamen quia a bono opere torpent, ab electione Dei reprobantur, quia ut ait Jac. Apost. fides sine operibus mortua est. De talibus Paulus Tit. I. — Et Dominus in Evangelio : « Non omnis qui dicit mihi Domine,Domine, intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit voluntatem Patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum. » — Tales namque in die judicii dicturi sunt : *Domine in nomine tuo prophetavimus, etc.* Quibus res-

pondetur : *Non novi vos ! Discedite a me, operarii iniquitatis.* » (1)

39. — CHRISTIANUS DRUTHMARUS. († 850.)

Expositione in Evangelium S. Matthæi, capite XIII : « *Intrate per angustam portam.* Allegoria est hic, quia per portam, via mandatorum Christi intelligitur.

« *Lata via est, et spatiosa, quæ ducit ad perditionem :* hoc est voluptas sæculi, quæ se sponte offert, quia corpus hoc delectat ; non est necesse quære, nec discere ; et propterea multi sunt qui intrant per eam.

« *Quam angusta porta et arcta via, quæ ducit ad vitam!* Id est, valde angusta, per jejunia, per patientiam, per dilectionem inimicorum, sæculum transire et ad vitam æternam pervenire. *Arcta via est.* Unde et Psalmus dicit : *Ego custodivi vias duras.*

« *Et pauci sunt qui inveniunt eam.* Paucos dicit invenire:nec tamen omnes, qui inveniunt, per eam gradiuntur...

« Similiter in alio loco Dominus dicit : *Multi vocati, pauci electi. Vocati,* christiani facti ; *pauci electi,* quia opere Deum negant. » (2)

Idem in Evangelium S. Matthæi, capite XLIIII : « *Multi enim sunt vocati.* Videlicet et de Judæis et dè gentibus. *Pauci autem electi.* Timenda sententia, quod pauci sunt, qui Deo incontaminate serviant, et in multis offendimus Deum, quæ non perspicimus.

1, Pat. Lat. T. CXVIII, col. 154 — 163.
2. Pat. Lat. CVI, col. 1320.

« Potest quoque hoc quod dicit, *multi vocati,* de Christianis solummodo intelligi, qui vocati sunt per prædicationem, sed tamen per opera non sequuntur. De quibus major pars viam latam ambulat. « (1)

40. — JONAS AURELIANENSIS. († 842.)

Libro I, de institutione laicali, cap. 20, cujus titulus est : « Quod multi Christianam professionem verbis teneant, sed operibus negligant. »

« Amatoribus mundi, inquit, lata et spatiosa via est, quæ ducit ad mortem ; amatoribus vero Christi arcta et angusta via est, quæ ducit ad vitam. Majoris quippe numeri sunt hodie in Ecclesia, quod valde lugubre est, qui per latam et spatiosam viam, quæ ad mortem, ambulare, quam qui per arctam et angustam viam, quæ ducit ad vitam, contendant intrare. Et hoc idcirco fit, quia videtur illud impletum esse, quod Apostolus ad Timotheum scribit : *Hoc autem scio inquit, quod in diebus novissimis instabunt tempora periculosa, et erunt homines seipsos amantes,* etc. — Et idem alibi : *Omnes enim sua quærunt, non quæ Jesu Christi.* Perspicue sane animadverti quod professio christiana modernis temporibus a plerisque non sic devote ac religiose colitur, sicut a priscis colebatur Christianis. » (2) — Contrarium arbitratur esse verum, R. P. Castelein, qui fervorem christianorum hodiernorum præfert statui primævæ Ecclesiæ, uti infra videbimus.

1. *Ibid.* col. 1423.
2. Pat. Lat. T. CVI, col. 166.

41. — AMBROSIUS AUTPERTUS. († 778)

Libro IV. in Apocal. ad 15 : *Hi sunt, qui venerunt de tribulatione :* « Hinc omnino, hinc certe omnes, qui electi sunt, magna tribulatione quatiuntur, cum nesciunt, utrum amore an odio digni sint : et hinc lugent, hinc mœrent, hinc semetipsos quotidianis lamentis officiunt. — *Rari* sunt, qui tales sunt. — Ad hæc, non ego, sed Dominus respondet : *Quia multi sunt vocati, pauci vero electi.* »

Idem Lib. VII, ad 25 : *Quis non timebit :* « Quia pietate sua Dominus multos vocat, sed, justitia exigente, *paucos eligit,* sicut Ipse dicit : *Multi sunt vocati, pauci vero electi,* quis non expavescat, utrumne ad electorum numerum non transeat ? Et quidem, quia vocati sumus, et quia inter sanctos vivimus, scimus ; utrum autem electi, et ad electorum numerum pertineamus, omnino nescimus, Salomone testante, qui ait : *Nescit homo utrum amore, an odio dignus sit.*

Et Libro *De Cupiditate* n. 14, ita jam respondet objectionibus neotericorum nostrorum : « Dicunt fortasse tales, pro quibus talia ex divinis eloquiis proferimus : *Ecce, terruisti nos, et jam pene desperationi succubuimus.* Si hæc ita se habent, quis nostrum salvabitur ? Quid agendum est nobis ?

« Respondeo, non meis, sed Domini verbis : *Intrate per angustam viam,* etc... Dominus duas tantum portas, ac duas vias proposuit. Per latam et spatiosam viam multos dixit tendere ad perditionem; per angustam portam et arctam viam *paucos* intrare

ad vitam ; nec tertiam portam, nec tertiam viam ostendit.

« Quærite vos tertiam, sicubi invenire potestis, et ambulate atque intrate per eam; sed nolite vos fallere; non est amplius, non superest alia ad vitam ; intrate per eam. » (1)

43. — THEOPHYLACIAS, ARCHIDIACONUS S. SEDIS. († 752.)

In Epistola quæ est 83 inter Epistolas S. Bonifacii Archiep. Moguntini :

« Hactenus non sine gravi tristitia Davidica illa ex intimo cordis mœrore compulsus sum cantica decantare : *Annuntiavi et locutus sum : multiplicati sunt super numerum ;* et quod *multi* ad fidem veniunt, et *pauci* ad electorum numerum perducuntur, hoc ipsum Domino promulgante : *Multi sunt vocati, pauci vero electi.* » (2)

44. — VENERABILIS BEDA. († 745)

In Matth. XX, 16 : *Multi enim sunt vocati,* etc., « Quia, ait, ad fidem multi veniunt et ad cœleste regnum pauci perducuntur. » (3)

Item in VII. *Intrate per angustam portam :* « Lata via est, quæ tendit ad sæculi voluptates, cujus inquisitione aut inventione opus non est, quia sponte se offerunt ; angustam vero viam non omnes inveniunt,

1. Pat. Lat. LXXXIX, col. 1289.
2. Pat. Lat. T. LXXXIX, col. 782.
3. Migne, Pat. Lat. T. XCII. col. 88.

nec qui inveniunt statim ingrediuntur per eam ; siquidem multi, de medio itinere veritatis, sæculi voluptatibus capti, revertuntur. » (1)

Et in Lucam lib.V. cap. 18 : « In die judicii, quod trementi est corde retinendum,cum idem Conditor in forma Filii hominis apparuerit, *tanta erit raritas electorum,* ut non tam ob clamorem Fidelium injuste damnatorum, quam ob eorum torporem juste damnatorum, totius jam mundi sit acceleranda ruina. » (2)

45. — S. ISIDORUS HISPALENSIS, D.E. († 636)

In Libro Quæstionum in Numeros, quæstione 42 : « Porro quod sexcenta millia armatorum de Egypto numerantur egressa, et ex ipsis non sunt amplius quam duo terram promissionis ingressi, hæc figura demonstrat,multos per Baptismum ad fidem transire, sed *ad patriam cœlestem paucissimos pervenire,* secundum figuram illam in Evangelio, in qua multi vocati, *pauci* vero inveniuntur *electi.* » (3)

46.— ANTIOCHUS, MONACHUS PALÆSTINUS. († VII sæculo)

Homilia 94 : « Multo est præstabilius degere cum paucis, qui boni sint, quam cum crebra multitudine inutilium, ut et divinæ tradiderunt Scripturæ....

« In consummatione exibunt angeli et separabunt

1. Migne, Pat. Lat. T. XCII. col. 37.
2. Ibidem, col, 551.
3. Pat. Lat. T. LXXXIII, col. 358.

malos de medio justorum, et mittent eos in caminum ignis ardentem ; ibi erit fletus et stridor dentium ; *multi enim sunt vocati, pauci vero electi ; lata enim est porta et spatiosa via, quæ ducit ad perditionem, et multi sunt qui gradiuntur per eam.*

« De *paucis* proinde piis ac bonis ait : *Quia angusta est porta,* et tribulationum spinis septa undique via, quæ ducit ad vitam, et *pauci* sunt, qui ingrediuntur per eam. Iterum : « Noli timere *pusillus grex,* quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. » (1)

47. — S. GREGORIUS MAGNUS, D.E. († 604)

Præclarus hic Ecclesiæ Doctor ita locutus est Hom. 38 in Evang. n° 8 et 14 : « Terrere autem vos non debet, inquit, quod in Ecclesia et multi mali, et pauci sunt boni. Arca in undis diluvii,... ibi lata extitit, ubi bestias habuit ; ibi angusta, ubi homines servavit ; quia nimirum Sancta Ecclesia in carnalibus ampla est ; in spiritualibus angusta.... Quod *sæpe dicendum est, et sine oblivione retinendum :* « *Multi sunt vocati, pauci vero electi.* » (2)

Patet quanti momenti S. Doctor censeat hanc veritatem. Quare et diversis aliis locis eam fidelibus inculcat. (3)

Addemus hic unum ex Homil. XIX n° 5 in Ev. ubi ad verba : *Multi sunt vocati,* etc. : « Quia, inquit, et ad fidem plures veniunt et ad cœleste regnum

1. Patr. græc., T. LXXXIX, col, 1719.
2. Migne : Pat. Lat. T. LXXVI, col. 1280 et 1290.
3. Verschuren : *Arcta via,* p. 79. (Vide infrà).

pauci perducuntur. Ecce enim ad hodiernam festivitatem, quam multi convenimus, Ecclesiæ parietes implemus ; sed tamen quis sciat, quam pauci sunt qui in illo electorum Dei grege numerentur. » (1)

Non verebatur ergo D. Gregorius populo suo aperte prædicare paucitatem salvandorum ; toto cœlo distabat a prudentia carnali neotericorum.

48. — CAESARIUS ARELATENSIS. († 542.)

Duas habet conciones *De duabus viis, arcta et lata*. In ea quæ numerum gerit 68, postquam adhortatus est auditores ad capescendam viam arctam, qua possent conscendere in Paradisum, ita depingit utriusque viæ sectatores, ut inspectis communiter hominum studiis, palam fiat, *plures in lata esse quam in angusta, et proin plures damnari*.

Et quia Christianis prædicat et parabolam ipsis applicat, toto cœlo distat a falsa et laxa interpretatione R. P. Castelein : « Le texte si terrible sur « la voie étroite » et le « petit nombre qui la trouve » a en vue une situation déterminée et exceptionnelle, l'état de décadence et de corruption qui caractérisait le peuple juif à l'avènement du Messie. (p. 35.) — Suit-il de là qu'après la prédication évangélique et dans le royaume visible du Messie, cette voie étroite ne verra passer qu'un petit nombre de fidèles, tandis que la foule ira à la mort par ce large chemin de ses vices opiniâtrement retenus ? » (p. 36.)

3. Pat. Lat. T. LXXVI. col. 1157.

Inquit ergo Cæsarius « Sed forte aliquis dicit, vellem scire qui sint illi, qui cum periculoso gaudio per latam descendunt ; qui autem sint illi, qui per arctam et angustam cum labore conscendunt.

« *Omnes enim amatores mundi,* superbi, avari, raptores, invidi, ebriosi, et adulteria committentes, stateras dolosas et mensuras duplices habentes, odium in corde reservantes, malum pro malo reddentes, spectacula vel cruenta et furiosa vel turpia diligentes, *per latam et spatiosam descendere comprobantur.* — Casti vero et sobrii, misericordes, justitiam tenentes, secundum vires suas eleemosynas prompto et hilari animo facientes, contra nullum hominem odium in corde servantes, per arctam et angustam viam ad superna ascendunt. Et licet adhuc hic in corpore habitare videantur in terris, tamen secundum Apostolum, conversatio illorum in cœlis est, ut sacerdote dicente : *Sursum corda !* securi respondeant se habere ad Dominum. » (1)

Et sermone 67 : « Viæ arctæ et angustæ præsidet Christus ; viæ latæ et spatiosæ præest diabolus. Christus invitat ad regnum ; ille sollicitat ad infernum... Si solum oculus corporis aperitur, decipit nos lata et spatiosa : si vero oculis cordis attendimus, securos nos reddit dura et aspera. » (2)

49. S. HORMISDAS. († 523.)

Epistola 23, quæ est ad omnes Catholicos orientales, et quæ lecta est act. 2. Synodi quintæ, ut refert

1. Pat. Lat. Inter op. S. August. T. XXXIX. col. 1876. nº 3.
2. Ibid. col. 1874. nº 2.

Baronius ad annum 518, num. 2. « Quis locus erit remunerationi, si nulla est causa virtutis ? Angusta porta, sed regna diffusa ; *paucis aditus*, sed probatis. Nonne hæc sunt ad eos prævia verba, quos docent : *Persequentur et in synagogis suis flagellabunt vos.* » (1)

50. — RURICIUS SENIOR. († 504.)

Epistola XVI ad Turencium : « Sicut quod bonum est, rarum est, ita arduum, quod æternum. Proclivis namque, juxta Domini sententiam, et trita via est, quæ præcipitat in gehennam, arctior vero et difficilior, quæ sublimat ad gloriam. Quæ causa ? nisi quia illa *multi* gradiuntur, hac *pauci*. » (2)

51. — SALVIANUS. († 464.)

Libentissime concedimus adversariis nostris, pium hunc presbyterum fuisse quasi Jeremiam sui temporis. Licet aliquid demere de nubilis coloribus ejus ; verissimum tamen manet et evidens, eum nequaquam sperasse salutem majoris numeri hominum, sed, nequidem catholicorum adultorum, saltem sui sæculi ; quod sufficit thesi nostræ. Scribit ergo Lib. III *De Gubernatione Dei:* » Grave et luctuosum est, quod dicturus sum. Ipsa Ecclesia Dei, quæ in omnibus esse debet placatrix Dei, quid est aliud quam exacerbatrix Dei ? Aut præter *paucissimos quosdam*, qui mala fugiunt, quid est aliud pene omnis cœtus christianorum, quam sentina vitiorum ?....

1. Pat. Lat. T. LXIII, col. 416.
2. Pat. Lat. T. LVIII, col. 98.

« Plus multo dicam. Facilius invenias reos malorum omnium, quam non omnium ; facilius majorum criminum quam minorum ; id est, facilius qui et majora crimina cum minoribus, quam qui minora tantum sine majoribus perpetrarint. In hanc enim morum probrositate prope omnis ecclesiastica plebs redacta est, ut in cuncto populo Christiano, genus quoddam sanctatis sit, minus esse vitiosum. » (1)

52. — S. LEO MAGNUS, D. E. († 461.)

Sequentia habet, sermone XLIX, capite II: « Impletur itaque per omnia sententia Veritatis, qua discimus: angustam esse et arduam viam quæ ducit ad vitam ; et, cum latitudo itineris ad mortem trahentis, *multis frequentetur agminibus,* in salutis semitis *paucorum intrantium sunt rara vestigia.*

« Unde autem populosior est via læva quam dextera, nisi quia ad mundana gaudia, et corporalia bona, multitudo proclivis est?...Ita cum *innumeri* sint qui visibilia concupiscant, *vix* inveniuntur qui temporalibus æterna præponant. » (2)

53. — S. ISIDORUS PELUSIOTA. († sæculo V.)

Ad Eusebium presbyterum scribit: « Si, ut scribis, Regum erga Deum pietas, Episcoporum quorumdam irreverentiam redarguit, nimiusque ipsis exhibitus honos eos enervat, ingens quoque illorum honoris

1. Pat. Lat. T. LIII. col. 66.
2. Pat. Lat. T. LIV. col. 302.

studium, deliciarumque, epularum materiam suppeditavit, tu tamen cave ne offendiculo tibi res ea sit. Non enim omnes pariter prædictis laborant morbis, sed sunt, qui apostolico vivere charactere desiderant. Si dixeris : Demus, sed rari admodum sunt ; non enim inficias ivero, sed et Salvatoris admiremur præscientiam dicentis : *Multi sunt vocati, pauci vero electi.* » (1)

Si hæc dicta sunt de Episcopis, à fortiori valent pro universalitate fidelium.

54. — S. PETRUS CHRYSOLOGUS, D. E. († 450)

« Flores multi multitudinem fructuum pollicentur, sed exanimati ventorum flabris ad fructum *paucissimi perseverant.* Sic credentes in Christo multi Ecclesiæ videntur in pace ; ubi autem persecutionis procella perflaverit, *pauci martyrii reperiuntur in fructu.* » (2)

55. — S. CYRILLUS ALEXANDRINUS, D. E. († 444.)

In Isaïam, Lib. 2. in illud: XXIV, 6. *Propterea pauperes habitabunt in terra et relinquentur homines pauci.*

« Cum enim, inquit, execrabilis facta sit terra, propterea quod summa sit in ea iniquitas, hinc inopinata etiam mendicitate onerati vix salvi evadent ; relinquentur enim *pauci* et numeratu faciles. Et

1. Epistol. Lib. V. Epist. 89. Pat. græc. T. LXXVIII, col. 1378.
2. Serm. 97. Pat. Lat. T. LII, col. 472.

hactenus quantum ad litteram attinet, et ad historiæ externam superficiem. De interiori vero intelligentia illud rursus dicimus quod... relinquentur *pauci*, id est, qui per justitiam Deo placuerunt, et ex præclare fortiterque gestis divitias adepti sunt. Sunt autem hi *pauci*, juxta Servatoris vocem, quoniam *multi quidem vocati, pauci vero electi.* » (1)

56. — JOANNES CASSIANUS. († 434.)

Celeber hic Abbas Massiliensis, quem S. Castor Episcopus coævus « Sanctitatis speciali gloria decoratum, atque per omnia memorandum dicebat, in Libro IV *De cœnobiorum institutis*, cap. 38, hæc mandat *de paucis imitandis :* « Per multas enim tribulationes oportet nos introire in regnum Dei. Angusta namque est porta et arcta via quæ ducit ad vitam, et pauci sunt qui inveniunt eam. Considera ergo te de paucis electis effectum, et ne exemplo ac tepore multitudinis refrigescas ; sed *vive ut pauci, ut cum paucis inveniri merearis in regno Dei*. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi, et pusillus est grex, cui complacuit Patri hæreditatem dare. » (2)

57. — S. NILUS ABBAS. († 450.)

« Angusta janua et arcta via est, quæ ducit in vitam, et pauci sunt qui deprehendunt. Si itaque, qui eam deprehendunt, *pauci* sunt, multo *pauciores*

1. Patrol. Græc. T. LXX. col. 539.
2. Pat. Lat. T. XLIX. col. 196.

erunt, qui introire valeant; non introeunt vero ob propriam negligentiam. » (1)

58. — S. AUGUSTINUS, D. E. († 430.)

Maximus hic Doctor Ecclesiæ pluribus in scriptis suis disertissime opinionem nostram asserit. Sic Lib. XIII contra Faustum Manichæum, cap. 16, ubi agit de homine gentili ita catechizando, ut propter malorum in Ecclesia mores, non vereatur fidem amplecti catholicam : « Sciret, — inquit S. Doctor, — *cum paucis* hæreditatem Dei, *cum multis* autem signacula ejus participanda ; *cum paucis* communicare sanctitatem vitæ, *cum multis* autem sanctitatem Sacramenti ?...

« Eosdemque paucos, in comparatione multitudinis malorum, paucos dicit ; esse autem per se ipsos consideratos in magno numero, diffusos toto orbe terrarum, crescentes inter zizania et cum palea usque ad diem messis et ventilationis. » (2)

— Contra Cresconium, Donatistam, Lib. III. Cap. 66:

« Mare plenum est amaris fluctibus, plenum est et dulcibus piscibus... Adhibuisti ex Evangelio testimonium, *quoniam pauci sunt qui salvantur*. (Luc. XIII. 23). Solve ergo quæstionem, quomodo ipse Dominus dicat : *quam arcta et angusta est via quæ ducit ad vitam et pauci sunt qui inveniunt eam*. (Matth. VII. 14). Et idem alibi dicit : *Multi ab Oriente et Occidente venient et recumbent cum Abraham et Isaac et Jacob in regno*

1. Epistolarum Lib. I Epist. 159. — Pat. græc. T. LXXIX, col. 147.
2. Migne Patr. Lat. T. XLII, col. 291.

cœlorum. (Id. VIII. 11). — Quomodo etiam in Apocalypsi demonstretur eorum multitudo, quam numerare nemo poterat ?... Quomodo iidem sint pauci qui multi ? Neque enim alterum horum est verum, alterum falsum, cum sit utrumque divina veritate prolatum, nisi quia iidem ipsi boni verique Christiani, qui per se ipsos multi sunt, *in comparatione malorum falsorumque itidem pauci sunt*. Sic multa grana quibus horrea magna completur, pauca dicimus in comparatione palearum. » (1)

Ibidem Lib. IV. cap. 53, de electis aït : « Qui profecto et multi sunt per se ipsos, et iidem *pauci sunt* in comparatione longe plurium qui cum diabolo puniendi sunt. » (2)

Et in sermone CXI, alias de Verbis Domini XXXII :

« Certe pauci sunt qui salvantur. — Recolitis quæstionem ex Evangelio nobis modo propositam : *Domine, si pauci sunt qui salvantur ?* — Dominus ad hoc, quid ? Non aït : non pauci, sed multi sunt qui salvantur. Non hoc dixit. Sed quid dixit ? *Contendite intrare per angustam portam !* Quando audis ergo : *Pauci sunt qui salvantur,* confirmavit Dominus quod audivit. Per angustam portam pauci intrant. Alio loco Ipse aït : *Arcta via est et angusta, quæ ducit ad vitam, et pauci sunt qui ingrediuntur per illam : lata autem et spatiosa est via quæ ducit ad interitum, et multi sunt qui ambulant per illam.* — Quid gaudemus ad multitudines ? Audite me, pauci. Scio quia multi auditis, et pauci obauditis. Aream video, grana

1. Migne, Pat. Lat. T. XLIII, col. 537.
2. Ibid. col. 582.

quæro. Et vix videntur grana, quando area trituratur ; sed futurum est ut ventiletur. *Pauci ergo qui salvantur, in comparatione multorum perituroruni.*» (1) Nonne hæc luce clariora sunt ?

59. — S. HIERONYMUS, D. E. († 420.)

In cap. XXIV, 13-15 Isaiæ ait : « Tanto erit sanctorum paucitas, de quibus Dominus loquitur in Evangelio, *multi vocati et pauci electi,* ut eorum paucitas baccis olivarum rarissimis comparetur, quæ cum excussæ fuerint atque demessæ, vix paucæ remanent in ramorum cacumine. Et quomodo cum fuerit finita vindemia, solent pauperes, egestate cogente, vacuas circuire vites, et pauca uvarum grana colligere » (2).

Et Libro II contra Pelagianos, in verba Evangelii « *Pauci sunt qui inveniunt eam :* » — « Vis audire, sic rogat, facilitatem præceptorum Dei ? Ausculta quod dicitur : *Quam arcta,* etc... Non dixit : *qui gradiuntur,* per eam ; hoc enim difficillimum, sed : qui *inveniunt* eam. Pauci inveniunt, et *multo pauciores ingrediuntur per eam* » (3).

60. — PSEUDO-HIERONYMUS, PROBABILITER S. PAULINUS.

Antiquus quidam auctor (4) Celantiam, nobilem

1. Migne. Pat. Lat. T. XXXVIII. col. 641, 642.
2. Migne. Pat. Lat. T. XXIV, col. 294.
3. Migne. Pat. Lat. T. XXIII, col. 573.
4. Hæc Epistola invenitur inter eas quæ sub nomine S. Hieronyni circumferuntur. Vide Migne: Pat, Lat. T. XXII, col, 1204. — S. Paulino

matronam, instruens. « Nec *turbam* sequantur errantem, inquit, qui se veritatis discipulos confitentur. Duas certe, conversationis vias, et distincta in diversum itinera vivendi, Salvator in Evangelio ostendit...

« Vide quanta inter has vias separatio sit, quantumque discrimen. Illa ad mortem, hæc tendit ad vitam. Illa celebratur et teritur *a multis*; hæc *vix* invenitur *a paucis*... Si præsentia commoda futuris præferimus, per spatiosam viam incedimus. Habemus comitem *multitudinem*, et late similium stipamur *agminibus*... Si omni cupiditate calcata, solis studeamus divites esse virtutibus, per angustam viam nitimur : conversatio enim illa *paucorum* est ; estque *perrarum* atque difficile idoneos hujus itineris comites reperire (1). »

61. — S. JOANNES CHRYSOSTOMUS, D. E. († 407)

Mentem suam aperuit aureus ille et sanctus Orator in celebri homilia XXIV in Acta Apostolorum, ad populum christianum Antiochenum habita : « Hæc dico, non quod multitudinem vestram oderim, sed quod velim omnes esse probatos, nec multitudini fidere. *Multo plures sunt* qui in gehennam incidunt...

« Quot putatis in urbe nostra esse, qui salutem consequentur ? Molestum quidem est, quod dicturus

adscribi posse arbitrantur Erasmus, aliique ; nonnullis Sulpitio Severo placet addici. Quidquid sit, est vetus documentum, non spernendæ auctoritatis.

1. Ibid. col. 1209.

sum ; dicam tamen. In tot millibus (facile Antiochiæ erant centum millia et plura, notat Cornelius a Lapide) (1) *non sunt centum, qui salutem consequantur ; sed de illis etiam dubito.* — Quanta, quæso, nequitia in adolescentibus, quanta desidia in senioribus (2) ! »

De notissimo hoc Sancti Doctoris loco, nonnulli dicunt cum Auctore Theologiæ ad usum Seminarii Mechliniensis : « Hoc exaggerative dictum est, et non absolute, sed si sequantur spectacula vana, libidines, vitia, etc. prout patet ex ipsis verbis (3). » — Alii homilias omnes S. Chrysostomi in Act. Apost. ut dubias habent, propter parvam styli elegantiam et propter speciem quamdam contradictionis. Sed eas ut genuinas agnoscunt Editores Benedictini. (4) Insuper audivimus supra n° 4. Ven. P. de la Colombière etiam dicentem : « Je m'étonne que de cent mille il y en ait trois de sauvés. »

Ipse S. Chrysostomus alibi sacerdotes ita alloquitur: — « Illos requiro, et illorum causa lugeo, dum mihi venit in mentem, quanta pereat eorum multitudo, qui salvi erant ; quantam faciam fratrum jacturam, quam *exiguum in numerum redigantur, qui salutem adipiscuntur, ut major pars corporis Ecclesiæ, mortuo et immobili corpori assimiletur.* Quid illud ad nos attinet, dicet aliquis ? Ad vos quidem certe maxime attinet, qui non eos curatis, non adhortamini, non consilio juvatis ; ad vos, qui necessitatem non imponitis,

1. In VII. Matth. 13, 14.
2. Migne, Patr. Græco-Lat. T. LX, col. 189.
3. Tract. *De Deo*, N. 50.
4. cf. Van Steenkiste in Matth. 3a ed. T. I p. 385.

neque vi pertrahitis, et ab illa summa negligentia revocatis. Non tantum nobis prodesse nos debere, sed et multis, ostendit Christus, cum salem nos, ac fermentum, ac lucem vocavit. » (1)

Tandem in scripto suo *Adversus oppugnatores vitæ monasticæ* Lib. I § 8 : « *Angusta est janua et arcta via, quæ ducit ad vitam, et pauci sunt qui inveniunt eam.* » — Si vero pauci sunt qui inveniunt, sane longe pauciores, qui ad finem ejus pervenire poterunt.

« Rursumque *multos* ait *esse vocatos, paucosque electos.* Cum itaque Christus *majorem esse pereuntium partem* dicat, in *paucis* vero salutem præfinitam esse asseveret, quid adversus me pugnas ? Idipsum enim facis (audiant hæc neoterici Benignistæ) ac si de Noe et de diluvio verba facientibus nobis admirareris, si omnes perierint, duo autem tantum tresve homines supplicium effugerint ; cum hac ratione nobis os obstruere posse putas, ut non ausuri simus damnare multitudinem. Id sane nobis persuadebitur ; neque multitudinem illam veritati præferemus. Neque enim iis, quæ tunc contigerunt, minora sunt hodierna : sed multo deteriora, eoque magis, quo gehennæ comminatio intentatur et ne sic quidem vitia exciduntur. » (2) Erat ergo S. Chrysostomus *Terrorista*, infernum et paucitatem electorum prædicans populo, quod neotericis minime placet.

1. Edit. Paris. 1721. T. III. pag. 158. In illud « Si esurierit inimicus. ».
2. Pat. Græc. T. XLVII. col. 330.

62. — PHILOCARPASIUS EPISC. (circa 400.)

Enarratione in Canticum cantic. LXXIII. vers. 2. *Surgam nunc et circuibo... et non inveni eum...*

« Ne nunc quidem, ait, se illum invenisse, etiamsi exsurrexerit, ut ita dicam, et per precationem ad ipsum profecta sit. Cur autem rursus eum non invenerit, causam ostendit in iisdem verbis. *Surgam,* ait, *et circuibo in civitate, in foris et in plateis ;* id est, inter mundi negotia, et in platea quæ ducit ad perditionem. *Propterea dicit se eum non invenisse ; angusta enim porta et arcta via quæ ducit ad vitam.* » (1)

63. — S. AMBROSIUS, D. E. († 397)

Inter alia, cultum Dei rariorem esse inter catholicos quam cultum hujus mundi, testatur, scribens in Psalmum XL, nº 7 ad verba : *In die mala liberabit eum Dominus.* « Quoniam amara videtur, inquit, quæ plures adjudicat pœnæ. Via enim virtutis angusta est ; lata delicti. Ideo rariores in virtute ambulant, plures in flagitio versantur. *Quo fit, ut inferior eorum sit numerus, qui præmia remunerationis accipient,* quam qui ob pretium gravium peccatorum, sortem adversam judicii reportabunt. » (2)

Deinde in apologiâ pro David, caput IX : « Quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis ascendet in montem Domini? — Non utique nullus, sed *rarus.* » (3)

1. Patr. Græc. T. XL. col. 78.
2. Pat. Lat. T. XIV. col. 1071.
3. Ibid. col. 868.

64. — S. GREGORIUS NAZIANZENUS, D. E. († 839.)

Oratione 42 ad 150 Episcopos, n° 7 et 8 quærit : « Illud autem quomodo intelligendum esse censes : *Si fuerit numerus filiorum Israël ut arena maris, reliquiæ salvæ fient?...* » Et respondet : « Non est ita, non, inquam, ita est. Non in pluribus beneplacitum est Deo. Tu quidem myriades numeras ; at Deus eos qui salutem consequuntur ; tu infinitum pulverem : ego electionis vasa. » (1)

Non hic de pulvere infidelium, sed orthodoxorum agebatur. Unde nihil potest inferri luculentius pro opinione nostra.

Ut interim sensus magis elucescat, observari meretur quod ponitur in *Scholiis* : « Hinc diximus paucos esse qui salutem consequantur. Proinde nihil est quod te moveat eorum, qui *piorum* nomine censentur multitudo. Multis siquidem Christi nomen inest : cæterum in *paucis* testimonium operum nomini fidem adstruit. » (2)

Et oratione 27, quæ est prima adversus Eunomianos, n° 8 « Cum audis viam unam esse, eamque *perangustam*, quid his verbis significari putas ? Unam sane esse, si virtutem spectes, verum angustam propter sudores et quia *non a multis teritur,* siquidem *multitudinem* eorum cogites, qui contrario itinere per vitium gradiuntur. Ita mihi quoque videtur. » (3)

1. Pat. Græc. T. XXXVI. col. 467.
2. Verschuren. *Arcta via.* p. 84.
3. Patr. Græc. T. XXXVI. col. 22.

65. — S. EPHRÆM. († 379)

Ter nostram docet sententiam, scribens :

1. — « Talem quippe Dominus constituit viam, quæ ducit ad vitam, angustam scilicet et arctam, sicut scriptum est ; ideo et pauci ingrediuntur per eam. » (1)

2. — « Dominus noster JESUS CHRISTUS, nosterque Deus, dicit in Evangeliis : *contendite intrare per angustam portam.* Per hanc viam, fratres, eamus ut vitam æternam hæreditate capiamus. Hujus incessus pœnitentia, jejunium, oratio, compunctio, vigiliæ, humilitas, paupertas spiritualis, contemptus carnis, cura animæ. Hi sunt incessus angustæ portæ, arctæque viæ, quæ beatam retributionem habet Regnum cœlorum. Lata autem porta et spatiosa via, quæ ducit ad perditionem. (2)

3. — « Dixit Dominus gloriæ : *Intrate per angustam portam,* etc. — Quid sibi vult angusta et arcta via, quæ ducit in vitam æternam, et *pauci* sunt, qui inveniunt eam ? Et quis est, qui invenit ipsam ; adnunciatque nobis viam ipsius ? Sancti omnes. » (3)

66. — S. BASILIUS MAGNUS, D. E. († 379)

Sermone *De Renuntiatione sæculi,* ita Religiosum alloquitur : « Æmulator esto eorum, qui recte vivunt, atque ipsorum actiones in tuo corde inscribe. *Opta*

1. *De Patientia.* Edit. Rom. 1743, Oper. T. II. pag. 331.
2. Ibid, *De Pœnitentia,* T. III, pag. 398.
3. De Parænes. 48. Tom. II. pag. 175.

esse ex paucorum numero. Nam rarum est bonum ; ob idque *pauci sunt qui ingrediantur in regnum cælorum.* Cave putes eos omnes fieri salvos, qui in cella degunt, tum malos, tum bonos. — Non enim res ita se habet. Multi quidem accedunt ad sanctum ac pium vitæ genus : sed pauci ejus jugum subeunt. *Violentorum enim est regnum cælorum, et violenti rapiunt illud.* Verba hæc Evangelii sunt. » (1)

67. — PSEUDO-BASILIUS.

Id est auctor anonymus, quem sæculo quarto floruisse constat.

Commentario in Isaiam, capite VIII. § 213 ait ; « Multi pereunt ob lenitatem viæ et latitudinem ; *pauci* vero ad regnum perveniunt, quippe qui acerbitatem laboremque ejus vitæ, quæ ex præscripto virtutis instituitur, haudquaquam ferant. » (2)

Ibid. cap. X § 246 : « Nemo, inquit, hic miretur, si ad paucos redigatur tantus Israelitici populi numerus. Multitudini ne attendas eorum, qui Dei cultores vocantur, quandoquidem Christi nomine insigniuntur multi, sed *in paucis* id cognominis constabilitur operum testimonio. « Si fuerit populus Israel quasi arena maris, reliquiæ eorum salvabuntur », dictum quidem est de priore populo, quod sita non sit salus in multitudine, sed in reliquiis, quæ secundum electionem gratiæ salutem consequuntur. » (3)

1. Migne, Pat. Græco-Lat. T. XXXI, col. 646.
2. Pat. græco-Lat. T. XXX, col. 486.
3. Ibid, col. 551.

68. — S. HILARIUS, D. E. (368.)

In Tractatu suo super Psalm. LXIV, ad vers. 5 : *Beatus quem elegisti et assumpsisti ; inhabitabit in atriis tuis,* communem sequitur interpretationem verborum Domini. Scribit etenim : « Omnis quidem caro veniet, id est, ex omni hominum genere congregamur ; sed beatus est quisquis fuerit electus. Multi enim secundum Evangelium vocati sunt, sed pauci electi. (Matth. XXII, 14) »(1).

Idem in Commentario suo in Matthæum, cap. 22. N. 7 : « Hic itaque tollitur, et in exteriores tenebras mittitur, quia *multi vocati* sunt, et *pauci electi*.Non est igitur paucitas in invitatis, sed *raritas in electis ;* quia in Invitante sine exceptione publicæ bonitatis humanitas est : in invitatis vero, de judicii merito probitatis electio est. » (2)

69. — VULGATUS ATHANASIUS.

In Epistola prima ad Castorem, § 13 : « Juxta divinam Scripturam, si accesseris ad serviendum Deo, præpara te ipsum, non ad incuriam, non ad otiositatem, sed ad tentationes, ad tribulationes. Nam, per multas tribulationes oportet nos intrare in Regnum Cœlorum, et *angusta porta et arcta via est, quæ ducit ad vitam, ei pauci sunt qui inveniunt eam.*

« Animum itaque *paucis illis bonis* adhibe, et ex eorum exemplo vitam institue tuam, nec attendas

1. Pat. Lat. T. IX, col, 415.
2. Ibid col. 1044.

pigris et contemptoribus, quantumvis multi numero sint. *Multi enim,* inquit, *vocati, pauci vero electi,* et parvus grex est, cui placuit Patri dare regnum. Ne parvum etenim existimes esse peccatum, perfectionem polliceri et negligentiores atque segnes imitari. » (1)

Idem Dialogo secundo contra Macedon. Confut. prima : « Adversus eos, qui ex sola multitudine veritatem dijudicant. — Annon audivimus Dominum dicentem : *Multi sunt vocati, pauci vero electi ?* — Et iterum : *Angusta est et stricta via quæ ducit ad vitam, et pauci sunt qui inveniunt eam ?* — Quis igitur, sana mente præditus, non malit in *paucorum* esse numero, per angustam ad salutem ingredientium, quam *multorum* per latam ad interitum ruentium. » (2)

70. — EUSEBIUS PAMPHILIENSIS. († 338.)

De Apostolo testatur in comment. ad Psalm. 60 : « Ingemiscebat Paulus..... *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus?*—Angustiatur autem, et quasi despondet animum ob humanitatis sensum, tantam cernens pereuntium multitudinem, siquidem *lata et spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem.* » (3)

71. — LACTANTIUS. († 317.)

Libro VI Institut. cap. IV et VII, de *via virtutis* et *via vitiorum* agens, et illi æterna bona, alteri vero

1. Pat. Græc. T. XXVIII. col. 867.
2. Ibid. col. 1342.
3. Pat. græc, T. XXIII. col. 578.

æterna mala præparata esse admonens, concludit pauciores esse qui viam virtutis ingrediuntur, et idcirco angustam dici ; et nos, jure merito, concludimus pauciores salvari.

« Itaque cum simul proposita sint homini bona et mala, considerare unumquemque secum decet, quanto satius sit, perpetuis bonis mala brevia pensare, quam pro brevibus et caducis bonis, mala perpetua sustinere. » (1)

« Hæc autem via, quæ est veritatis et sapientiæ et virtutis et justitiæ... est *angusta,* quoniam *paucioribus* virtus data est ; et *ardua,* quoniam ad bonum, quod summum atque sublime est, nisi cum summa difficultate ac labore non potest perveniri. (2)

72. — ORIGENES. († 294)

Commentario suo in Matthæum, de accersitis ad nuptias : « Quod autem invitentur plerique, digni autem nequaquam fiant (i. e. cœlesti convivio), toti parabolæ id subnectit : « Multi enim sunt vocati. » — At propter eos qui ad nuptias ingressi, et pauci numero cum essent, discubuerunt, illud : « Pauci vero electi. »

« Quod si quis numerosos Ecclesiarum cœtus considerat, quotque piam ac rectam vitam ducant, et reformati sint in novitate sensus, quotque segniter vivant et conformentur huic sæculo, tum demum

1. Pat. Lat. T. VI. col. 646.
2. *Ibid.* col. 659.

utilitatem comperiet dicti hujus, a Salvatore prolati: « Multi enim sunt vocati, pauci vero electi. »

« Alibi vero dictum est : « Multi quærent intrare, et non poterunt ; » et : « contendite intrare per angustam portam, quia pauci sunt qui invenient eam. » (1)

Et Homilia quarta in Jeremiam e diametro opposita docet figmentorum R. P. Castelein : « Vere quippe, si judicemus fidem et veritatem, non multitudinem, et respiciamus voluntatem hominum, non congregationem, videmus *in tanto numero Ecclesiarum, fidem difficile reperiri*. Tunc erant vere fideles, quando martyrum victimæ feriebantur, quando cruentas exequias prosecuti, tristes ad Ecclesiam revertebantur ; omnis erat multitudo lugentium, quando catechumeni in prima statim fide, pro ferendo martyrio ducebantur : quando mulierculæ et infirmus sexus usque ad mortem manebat intrepidus. Tunc vere signa de cœlo, tunc fiebant portenta de terra, tunc erant pauci quidem, sed vere fideles, angustam et arctam ingredientes viam, quæ ducit ad vitam. Nunc vero, quando facti sumus plures, quia difficile est plures esse bonos, neque enim mentitur Jesus dicens : *Multi vocati, pauci vero electi* : ex tantis, christianam fidem pollicentibus, *pauci* sane reperiuntur, qui habent fidem et veritatem, *et beatitudine digni sint.* » (2)

1. Migne, Pat. Græc. T. X. col. 848, sed præsertim col. 952.
2. Pat. Græc. T. XIII. col. 287. nº 3.

73. — TERTULLIANUS († 245)

In libro *De Fuga in persecutione*, cap. 14 : « Non potest, inquit, qui pati timet, ejus esse, qui passus est ; at, qui pati non timet, iste perfectus erit in dilectione.... Et ideo *multi vocati, pauci electi.* Non quæritur qui *latam* viam sequi paratus sit, sed qui *angustam.* » (1)

74. — S. IRENÆUS. († 177.)

In libris contra Hæreses, Lib. IV. capite 15 :

« Si quidam, propter inobedientes Israelitas et perditos, infirmum dicunt Legis doctorem, invenient *in ea vocatione, quæ est secundum nos, multos quidem vocatos, paucos vero electos,* et intrinsecus lupos, a foris vero indutos pelles ovium. » (2)

Et paulo post, cap. 27 : « Sic et hic, *vocati multi, pauci vero electi,* quemadmodum *ibi* injusti et idololatræ, et fornicatores vitam perdiderunt ; sic et *hic*, et Domino quidem prædicante, in ignem æternum mitti tales. » (3)

Demum et infra cap. 36 : « Quemadmodum enim in priori Testamento, *non in multis illorum bene sensit, sic et hic multi vocati, pauci electi.* » (4)

1. Pat. Lat. T. II, col. 142.
2. Pat. græc. T. VII, col. 1014.
3. Ibid. col. 1060.
4. Ibid. col. 1096.

CONCLUSIO.

Nunc ergo « nos, tantam habentes impositam nubem testium » (1) scilicet septuaginta quatuor Ecclesiæ Patrum, Doctorum, sanctorumque virorum, frustra petimus a contradictoribus nostris ut saltem vel unum citent Sanctum, vel Patrem, qui eorum teneat sententiam.

Id timide tentat R. P. Castelein, dicendo vago modo : « Deux illustres Docteurs de l'ère moderne, S. François de Sales et S. Alphonse de Liguori *semblent* incliner à l'opinion opposée. » (p. 283.) — Sed pervolvat eruditus Auctor opera horum Sanctorum ; quærat, inveniat tandem ac verbotenus citet eorum dicta. Quæstio inquisitione sollicita digna esse videtur.

Alio modo a jugo auctoritatis sese liberat D. Mauran : « Il faut bien le reconnaître, le moyen-âge avec ses grandes et terribles luttes contre les barbares du nord, les Sarrasins d'Espagne et de l'Orient, et ses démêlés avec les Juifs ne pouvait pas être bien favorable à des idées *libérales*. » (*sic* p. 239.) — Ergo doctrina catholica, veritas Domini quæ manet in æternum, pendet a statu belli vel pacis.

An magis sensatus est R. P. Castelein, dum, ad evertendum concentum unanimem Patrum, audet scribere : « *Bien des Pères* ont cru que le nombre des réprouvés l'emporterait sur celui des élus ? » (p. 283) — Dicat candide : Patres *omnes*, — et non : *Bien des Pères*, — quasi quidam saltem contrariam

1. Heb. XII. 1.

tenuissent opinionem. Nec dicat : « Mais cette opinion, motivée *peut-être* par leurs *conjectures* sur l'histoire du monde, *telle qu'ils la connaissaient alors,* avec ses quarante siècles de paganisme ne saurait faire loi. » (Ibid.) — Patres enim doctrinam suam fulciunt, non conjecturis plus minusve probabilibus, sed argumentis e Scriptura Sacra desumptis.

Insuper, ut ait Leo XIII, eos valde commendat « non modo scientia revelatæ doctrinæ, et multarum notitia rerum, ad apostolicos libros cognoscendos utilium, — verum *Deus ipse,* viros sanctimonia vitæ et veritatis studio insignes, amplioribus luminis sui præsidiis adjuvit. » (1)

Hujus veritatis obliviscuntur Neoterici,dum Patres vel negligunt, vel eorum scripta sine spiritu fidei et mente critica, quasi opera essent profana, pervolvunt. « Interpres suum esse noverit, — inquit adhuc in eodem loco Leo XIII, — eorum vestigia *reverenter* persequi. »

Jamvero ex admirabili et unanimi Patrum concentu, quem audivimus, liceat nobis quasdam deducere conclusiones.

1. — Constat quod Neoterici perperam dicunt liberæ adhuc esse discussionis, doctrinam quæ tenet : maximam hominum partem non esse æternam salutem consecuturam. Rectius hæc doctrina dicitur mens Ecclesiæ, cum omnes Ecclesiæ Patres et Doctores eam tradiderint *semper et ubique*.

2. — Constat eos longe a veritate aberrare et

1. Enc. *Providentissimus*. 18 Nov. 1893.

populum decipere, qui unanimi doctrinæ antiquæ anteferunt nova placita, nullo sat probabili rationum momento stabilita.

3.—Constat Patres unanimi consensu ita interpretatos fuisse, *quoad paucitatem salvandorum,* celeberrimos textus Scripturæ, ut ex iis conclusionem hanc deducerent : *viam cœli arctam esse ; eam a paucis inveniri, paucosque esse electos,* comparative ad reprobos.

4. — Patres non solum ex auctoritate Scripturæ prædicunt damnationem futuram majoris numeri fidelium, sed tristem hanc veritatem demonstrare una simul contendunt ex eo, quod plerique eam vitam ducant, quæ christianum hominem minime decet, quæ contraria est Redemptoris exemplis et doctrinæ.

5. — Tot tantorumque Patrum collecta testimonia illud quoque ostendunt, doctrinam de paucitate salvandorum fuisse a prædicatoribus et a piis scriptoribus frequenter et sine metu propositam fidelibus. Ex quo sequitur neotericos sibi somnia fingere et umbras timere, dum mussitant hanc veritatem numquam esse docendam, ne fideles terreantur et in desperationis abyssum cadant. Terribilia futura non ideo evenient quia prædicantur ; sed prædicanda sunt quia evenient. Quod si in primæva ipsa Ecclesia, labentibus aureis fervoris sæculis, quum Sponsa Christi recenti adhuc martyrum sanguine tota madebat, sanctissimorum doctissimorumque virorum arbitratu bonum erat admonere Fideles, ne viam latam et communem tererent,sed cum paucis irent,ut certam

facerent vocationem suam; quare reticendum hoc esset nostra ætate, cum non solum mali mores, sed etiam opinionum laxitas numerum damnandorum auget ?

6. — Nec dicant adversarii Sanctos, utpote concionatorum munere fungentes, perpetuo doctrinam Christi exaggerasse et hyperbolice locutos fuisse. Etenim, multi Sancti doctrinam nostram non verbis tantum in fervore sermonis prolatis, sed et scriptis, pacato animo et in solitudine compositis, eamdem docuere semper veritatem. Insuper Ecclesia numquam recusat Patres, ut testes traditionis apostolicæ et interpretes Scripturæ, quia verbum Dei prædicaverunt cum magno zelo.

7. — Tandem memores simus, Sanctos non fuisse hypocritas. Quod aliis timebant, id timebant et sibi. Ut dixit quidam eorum : « Numquid ego id scripsi ? Numquid ego id delere possum ? — Si mea verba aliis afferunt timorem, non mihi minus quam cœteris offendunt. Si sermonibus meis alios perterrefacio, territus ipse terreo. » — Minime erant Pharisæi, sed ut S.Paulus, dicebant et faciebant :« Castigo corpus meum, et in servitutem redigo, ne cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar.»

Sanctorum simus auditores et imitatores sicut et ipsi erant Christi.

Caput quartum.

Hæc Sanctorum doctrina probatur a Theologis et Auctoribus asceticis uti communis et vera ; imo a nonnullis asseritur esse de fide.

Candide fatentur adversarii nostri se recedere a communi theologorum doctrina.

P. Faber : « Parmi les théologiens, le sentiment rigoureux relatif à la masse entière du genre humain, a une *écrasante autorité*. — Le sentiment rigoureux concernant la damnation de la majorité des adultes *catholiques*, a pour lui plus de théologiens que l'opinion plus douce. » (1) Hoc dicit pius Faber, qui, ut infra videbimus, abstrahit a tractanda quæstione quoad universalitatem generis humani.

Bougaud.—« De là l'opinion *si générale* des théologiens sur le petit nombre des élus dans l'humanité tout entière. On ne contredit qu'en tremblant une opinion si répandue. » (2)

Mauran. « Hélas ! nous sommes obligés de l'avouer, la grande majorité nous dit avec S. Thomas d'Aquin : c'est le petit nombre qui est sauvé ! — Quelle épouvantable doctrine. J'avoue qu'elle m'a toujours choqué. — Pourtant il est bien douloureux de voir une pareille opinion enseignée par tout le Moyen-Age. De nos jours encore les Traités de

1. *Le Créateur et la créature.* Trad. De Valette. Ed. 1881. page 320.
2. *Le Christianisme et les temps prés.* 4e Ed. T. V. p. 365.

Théologie qui sont *classiques* dans un grand nombre de Grands Séminaires enseignent la même opinion. En particulier les Théologies de Vincent et de Bonal. Le cardinal Gousset nous dit également *que le plus grand nombre des hommes se perdent*. Cependant une réaction se fait dans les esprits contre ces désolantes doctrines. » (1)

R. P. Castelein non tam absolute loquitur : « Plusieurs de mes idées sont, je ne le sais que trop, en désaccord avec l'opinion de *certains* théologiens. » (Intr. p. X.). Isti erunt profecto pauci numero, obscurioris nominis, et infimæ auctoritatis. Nam R. P. statim addit de *ideis suis :* « Elles sont le fruit d'une étude *approfondie*... des enseignements de *nos plus grands théologiens*. » (Ibid). Quinam autem sint maximi illi Theologi, difficile inveniet Lector, inspiciendo nomina Catalogi sequentis ; præsertim cum R. P. prudenter abstineat a citando vel ullo.

In memoriam revocemus genuinam doctrinam de auctoritate qua gaudent theologi et scriptores ascetici.

Uti omnibus notissimum est, quemadmodum Apostolis successere SS. Patres tanquam Ecclesiæ Doctores, ita Sanctos Patres, inferiori tamen auctoritatis gradu, Theologi scholastici, aliive majoris nominis Doctores catholici exceperunt, qui, dum ea docent quæ a Patribus acceperunt, eorum veluti in cathedram sunt subrogati.

Theologis speculativo-practicis adnumerandi sunt quoque scriptores ascetici ; est enim ascesis pars

1. *Élus et sauvés*. Préf. p. VIII et IX.

Theologiæ practicæ seu moralis ; potestque definiri « Scientia sanctificationis, » quia objectum ejus est hominem deducere ad perfectam sanctitatem.

In iis autem quæ ad fidei morumve principia pertinent, indeque indubitanter ducuntur, unanimis Theologorum sententia auctoritatem tantam habet, ut eidem contradicere saltem hæresi aut errori proximum videatur. (1)

Talis autem unanimis sententia datur inter Theologos in quæstione de paucitate salvandorum ex toto genere humano ; aliqua discrepantia oritur ubi agitur de salute minoris partis adultorum catholicorum.

§ I.

Theologi paucitatem salvandorum clare docentes.

1. — JOANNES TRITHEMIUS. († 1516.)

Hic pius ac doctus Abbas Spanhemensis unanimem Sanctorum doctrinam dilucide admodum, pie ac nervose adstruit, hisce verbis : « Vere pusillus est grex ad vitam æternam euntium, quia pauci per viam arctam ad excelsa virtutum contendunt ascendere. Via enim angusta est, vitiis et concupiscentiis carnalibus fortiter resistere, mundi sævientis nulla adversa formidare, vitæ præsentis blandimenta desiderio æternorum contemnere.

« Audi nunc viam perditionis et mortis, et utrius-

1. Schouppe. Elem. Theol. Dogm. Tr. I. nos 112, 34, 116.

que viatores considera. Spatiosa est via mortis, quoniam a multis dietim atteritur. Lata via est, carnis voluptates et concupiscentias adimplere, mundi adversa fugere, blanda præsentis vitæ quærere, et carnalibus desideriis abundare.

« Tu jam discerne, in qua sint plures viatores ? audi tamen. Nonne plures sunt mundi amatores quam Dei ? Nonne multi quærunt quæ sua sunt, pauci quæ Jesu Christi ? Nonne omnes, ut verbis Prophetæ utar, avaritiæ student, a minimo usque ad maximum ? Numquid non plures superbi, quam humiles ? Protervi, quam obedientes ?

« Pusillus est grex qui per arduum iter virtutum graditur, quia regnum cœlorum vim patitur, et pauci rapiunt illud. Duæ enim sunt viæ : ardua ad vitam, et spatiosa quæ ducit ad mortem.

« Per angustam viam pauci ambulant. Hi soli videlicet, qui carnalibus reluctando voluptatibus vim sibi noverunt inferre ; qui cunctis præferunt Dei amorem ; qui mundana fugiunt atque peccatum, et omni studio mentis sinceritatem custodiunt.

« Per latam viam multi ambulant ; omnes videlicet voluptatum amatores carnalium, qui de amore Dei parum advertunt, qui mundana diligunt, et cordis negligunt puritatem.

— « Non est via tertia, ut duabus omissis, per eam te ambulare possis contendere, quia via justorum ad vitam, et impiorum vergit ad mortem.

— « *Salvandorum ergo minor est numerus.* Multi enim sunt vocati per fidem, pauci vero electi per veram charitatem. Sed melius est ingredi cœleste

Regnum cum paucis, quam cum multis intrare gehennam. » (1)

2. — LANSPERGIUS. († 1539.)

Dilectus Deo et hominibus, Pater Joannes Justus Lanspergius, re et cognomento Justus, ita thesim nostram enuntiat :

« Quem non terreat verbum quod novissimum a Christo in hoc Evangelio dicitur : Multi sunt vocati, pauci vero electi ? Durum est hoc, et formidabile verbum, quod mirum est, quomodo non sæpius a nobis cogitetur expendaturque. Veritas enim hoc dixit, quæ mentiri aut imponere potest nemini. Electi sunt illi, qui ad dexteram in judicio extremo collocabuntur, audituri : *Venite benedicti,* etc.

« Hi, inquit, erunt pauci. Porro vocati sunt omnes, quotquot notitiam receperunt fidei....

« Ex multis itaque vocatis, *pauci tantum remanebunt electi, quia homines fere omnes magis diligunt tenebras, quam lucem;* magis diligunt vana ac mundana, quam æterna.

« Idcirco *mirum non est paucos esse electos.* Ecce, Charissimi, omnes sumus vocati. Quotquot nostrum electi fuerint, nescimus. » (2).

3. — ALVAREZ DE PAZ, S. J. († 1580.)

Sequentia proponit, quorum meditatio neotericis

1. Epistola 14.
2. Serm. de Temp. In Dom. Sept. — Ed. Monstrol. T. I. p. 144.

perutilis esse potest, quoad vias antiquas et confessarium :

« Si omnes viatores sumus, et viæ cujusdam carni et sanguini angustæ et a *paucissimis* frequentatæ, (nam *arcta via est quæ ducit ad vitam, et pauci sunt qui intrant per eam*), hujus viæ ductorem quæramus, ne a cupito termino insipienter aberremus. *State super vias*, dicit Dominus per Jeremiam, c. VIII, *et videte et interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, et ambulate in ea ; et invenietis refrigerium animabus vestris* (1).

« Non aliorum socordia nos a sancta institutione retrahat, quia *paucorum more vivendum est*, si eam dignitatem adepturi sumus, ad quam pauci, et selecti, et fortiter dimicantes perveniunt. Considera, inquit Cassianus (Lib. 4. de Instit. c. 38), te de paucis et electis effectum, et ne exemplo ac tepore multitudinis refrigescas ; sed vive ut pauci, ut cum paucis inveniri merearis in regno Dei. *Multi enim sunt vocati, pauci vero electi*. Et pusillus est grex cui complacuit Patri hæreditatem dare. (Luc XII.) (2)

4. — LUD. CARBO A COSTACIARO. (flor. 1580.)

« *Pauciores sunt qui salvantur,* quia beatitudo æterna excedit communem statum naturæ, præsertim ut est destituta gratia, per peccatum originale. Et in hoc maxima Dei misericordia apparet, quod aliquos ad illam salutem erigat, a qua plurimi deficiunt. » Ita habet hujus Professoris *Compendium absolutissimum*

1. De vita spirit. — Lib. V. P. II. c. XII. Edit. Vivès. T. II, p. 360.
2. Ibid. Lib. IV. P. III, c. XXXVIII. l. c. p. 276.

totius summæ D. Thomæ; et, uti patet, est doctrina Angelici, verbotenus reddita. (1)

5. — SALMERON, S. J. († 1585)

In textum : « Multi sunt vocati, pauci vero electi », apud Matth. XXII, 13 de nuptiis regalibus : « Cum illo, inquit, de convivio ejecto, conjungendi sunt omnes, qui primum vocati ad nuptias, indignos se illis reddidere ; ex quibus infertur ad litteram, multos esse vocatos ad regnum cœleste, et inter hos multos, *paucos esse electos, in comparatione vocatorum,* cum quidam veniant, quidam rejiciantur. » (2)

6. — LUDOV. GRANATENSIS. († 1588.)

In eodem sensu scribit « Partem eam, quæ Christianorum nomine celebris est, intuere, et vide quo loco res christianorum hoc exulceratissimo nostro sæculo sunt constitutæ, et fateberis, in hoc corpore mystico, *vix aliquod membrum sanum reperiri.* Cape quamcumque vis ex civitatibus celebrioribus, in quibus saltem aliqua doctrinæ extent adhuc vestigia ; discurre postea per minora oppida, pagos, vicos et castella, et invenies populos de quibus vere affirmari potest illud Jeremiæ, cap. V. « Circuite vias Hierusalem, et aspicite, et considerate, et quærite in plateis ejus, an inveniatis virum facientem judicium et quærentem fidem (id est : vere justum) et propitius ero ei. » (3)

1. In. I q. 23. a. 7. Edit. 1580.
2. Apud Knabenbauer, p. 248.
3. Tom. III. Lib. I. p. 3. cap. 27.

7. — ALPH. MENDOZA, O. S. A. († 1591)

Satis fuse errorem majoris numeri salvandorum refellit et ita concludit : « Adde hominum, etiam fidelium, majorem partem, imo et *maximam*, dum vivunt sani et incolumes, se citra timorem et scrupulum, multis sceleribus variisque peccatorum generibus involvere ; ita ut *paucissimi* sint, quorum, si conscientias æquo examine penses, non reperias semper et pro quolibet temporis articulo, saltem unius aut alterius peccati mortalis labe coinquinatos, præterquam uno aut altero die, cum tempore Paschali ad Sacramenta se utcumque præparant. » (1) — Quod et confirmatur experientia quotidiana Missionum.

8. — LUDOVICUS MOLINA, S. J. († 1600)

Qui dicitur ipse « homo tam laxus quam qui maxime (2), » laxistas neotericos confutat hisce verbis : « Ego, licet videam efficaciam passionis ac meritorum Christi et Sacramentorum, dum tamen multitudinem peccatorum considero, deinde quam parum curent homines suam salutem, et quam desides, ne dicam imparati accedant ad Sacramenta, *valde timeo, ne major pars Fidelium sit potius reprobatorum quam prædestinatorum*, præsertim cum vel unum lethale peccatum ad interitum æternum sit satis (3). »

1. Quæst. quodlibet. q. 1. proposit. 4.
2. Verschuren l. c. p. 110.
3. In. D. Thom. Part. I. q. 23, art. 7.

9. — GREGORIUS A VALENTIA, S. J. († 1603)

« *Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.* — « Deus (propter peccatum) tantam multitudinem hominum reprobat, hoc est *majorem numerum hominum.* » (1)

10. — VASQUEZ, S. J. († 1604.)

« *Plures esse reprobos quam prædestinatos.*

« Majorem esse numerum absolute reproborum et eorum qui damnantur, quam prædestinatorum et eorum qui salvantur, ex Scriptura liquido constat. Matth. VII : *Arcta est*, etc., et alibi sæpenumero.

« De fidelibus tamen est dubitatio, an major eorum pars damnetur.

« Sunt vero qui pie arbitrantur plures ex fidelibus salvari, quia plures, receptis Ecclesiæ Sacramentis, hac vita decedunt, de quibus probabiliter credimus, majorem eorum partem salvari. Idque confirmat parabola illa Matth. XII, in qua, ex omnibus invitatis ad nuptias, quibus fideles significantur, unus tantum inventus est, non habens vestem nuptialem.

« Alii vero putant majorem quidem partem fidelium damnari, quibus favet Gregorius, Augustinus, etc. Idipsum indicat illa parabola sementis, Luc. VIII, quod, cum in quatuor partes esset divisum, una tantum fructificavit. Cum una tantum fructum dederit, indicare videtur pauciores ex fidelibus esse sal-

1. Theol. Disp.

vandos. Huic sententiæ adstipulatur Lyranus et Glossa interlinearis in illa loca Matthæi » (1).

11. — FR. ZUMEL, O. B. M. V. DE MERC. (floruit 1607)

Hic S. Theol. professor et præpositus sui ordinis exstitit. Vir erat judicii purgatissimi et excellentiore doctrina, in magna æstimatione et pretio habitus, ait Hürter. (2)

En quam evidentissime aperit mentem suam circa textum S. Matthæi, loquens de electione seu prædestinatione Dei.

« Ad quid autem fuerunt electi, statim dicit S. Aug. « Electi autem sunt ad regnandum cum Christo » et iterum « Illos elegit ad obtinendum regnum suum » Ergo res est aperta, D. Augustinum loqui de electione ad gloriam : et juxta hunc sensum interpretantur plura S. Scripturarum testimonia, quæ non possunt de alia electione intelligi. Quale est illud D. Pauli ad Romanos VIII « Quis accusabit adversus electos Dei » et Matth. XX, 16 « Multi sunt vocati, pauci vero electi. » — Quid clariùs dici potest ? » (3).

12. — ESTIUS. († 1613)

Hic *Doctor fundatissimus,* uti merito vocatur, scribit : « Illud nec falso, nec temerarie, sed *nimis*

1. *Com. et disp. in* 1^m *S. Thomæ* q. XXIII art. VII. Disput. CI. cap. III. — Edit. Antverp. 1631. Tom. I. pag. 676.
2. Nomencl. Litt. T. I p. 272.
3. Disput. Var. T. I. p. 432.

quam vere dicitur, hominum reproborum numerum longe majorem esse quam electorum, si totum censeatur genus humanum.

« Quæ res evidenter patet. — Nam ab initio generis humani usque ad Christum, pauci admodum in toto orbe fuerunt cultores veri Dei, nec tamen ei omnes boni. Et quamvis post Christi adventum vera religio late diffundi cœperit, omnibus tamen sæculis atque omni tempore usque hodie, plures fuere infideles quam fideles.

« Cæterum inter *ipsos quoque fideles*, *plures* esse malos quam bonos, ac proinde plures reprobos quam electos, tam Scripturæ quam Patrum auctoritate docetur... *Nec omnino quisquam Patrum invenitur, qui diversum scripserit.* Quod si ita de Ecclesia senserunt Patres, jam nullum dubium est quin in universum, id est, in toto genere humano, multo plures sint reprobi quam electi.

« Probat autem hoc S. Thomas hujusmodi ratione: « quia licet bonum proportionatum communi statui naturæ accidat in pluribus et deficiat in paucioribus, secus tamen est in bono excedente communem naturæ statum. Hoc enim invenitur in paucioribus et deficit in pluribus.

« Huic rationi subalternatur altera, quæ sumitur ex difficultate boni perducentis ad salutem. Cujus difficultatis causa est pronitas ad malum et ignorantia boni, per peccatum primi parentis in humanum genus introducta. » (1)

1. Estius in IV Lib. Sent. Lib. I Dist. 30 § 24. Ed. 1662, p. 148. Addit etiam : « Lib. IV Esdræ c. 8 sic legitur : *Multi quidem creati sunt*

13. — JOANNES A JESU MARIA, CARM. EXCALC. († 1615.)

Vir singularis prudentiæ et eruditionis, simulque integritatis et innocentiæ, a Paulo V et a Bellarmino in magno pretio habitus. (1).

« Ex evangelica doctrina *certum est, quam paucissimos esse*, qui salventur.... Ipsa siquidem Dei Veritas ait : *Arcta est via quæ ducit ad vitam, et pauci sunt qui inveniunt eam.* Hæc porro Christi Domini assertio tantæ auctoritatis et ponderis est, nullum ut Christianum dari posse putem, qui illi queat refragari... Hinc colligere est, paucos admodum Christianos esse, qui ita mente compositi et erga divinam Majestatem affecti sint, quos prudenter dijudicare possimus de electorum numero esse.» (2)

14. — SUAREZ, S. J. († 1617.)

Doctor eximius, Tract. de div. prædest. et reprob. Lib. VI, Cap. 3. « Sitne major numerus prædestinatorum, an reproborum, » hæc habet :

« Plures comparationes hic fieri possunt.

» *Prima* est inter solos angelos. Ad quam theologi communiter affirmative respondent cum S. Thoma, 2. q. 63. art. 9 ad. 1.

---

pauci autem salvabuntur. — Sed vehementius est illud cap. 9 : *Plures sunt qui pereunt, quam qui salvabuntur, sicut multiplicatur fluctus super guttam.* — Et capite 10 : *Quod pene omnes in perditionem ambulant.* »

1. Hürter. Nom. Lit. T. I. p. 334.

2. Opera omnia. *Ars vivendi spiritualiter.* Edit. Florent. 1772. T. II. pag. 150.

« *Secunda comparatio* est inter homines, absolute de omnibus loquendo, qui a principio mundi usque ad finem fuerunt et futuri sunt.

» Et hoc modo est *communis* et *vera* sententia, *numerum reproborum esse majorem.*

« Quæ sumiter ex illo Matth. VII. *Arcta est via, quæ ducit ad vitam, pauci sunt qui intrant per eam.* Ob hanc enim causam solent in Scriptura electi *paucorum* nomine significari. Quo modo multi intelligunt illud Psalm. XVII : *A paucis de terra divide eos ;* et illud Eccles. XVII : *De negligentia purga te cum paucis.*

« Unde quarto libro Esdræ, C. VIII, dicitur : *Hoc sæculum Deus fecit propter multos, futurum autem propter paucos.* Et infra clarius : *Multi quidem creati sunt, sed pauci salvabuntur.* Qui liber, licet non sit canonicus, habet tamen magnam auctoritatem. Et ibidem declaratur exemplo : *Sicut terra,* inquit, *dat multam materiam ex qua fiant fictilia, paucam vero ex qua fiant aurum et argentum,* etc. Nam propterea fortasse in Scriptura electi dicuntur *vasa aurea,* et comparantur gemmis et lapidibus pretiosis, quia, sicut hæc sunt rara, ita etiam illi.

« Deinde quasi inductione id facile ostendi potest. Quia si consideremus statum hominum usque ad Christi adventum, in eo rara erat cognitio Dei et sanctificatio. — Post Christi autem adventum innumeræ nationes, vel non credunt, vel etiam nondum audierunt Evangelium ; et *ex his qui credunt magna pars condemnatur,* ut statim dicam.

« Ergo, pensatis omnibus, *sine dubio est multo major numerus reproborum.*

« Rationem autem reddit D. Thomas 1. q. 23, a. 7. et 1. 2. q. 72. a. 2. ad 3.

« Primo ex conditione humanæ naturæ, quæ composita est ex appetitibus quodammodo contrariis ; et objecta, quæ possint inclinare ad malum, sunt magis familiaria et proportionata.

« Ad quod accedit deordinatio relicta a peccato originali ; propter quod supra dicebamus, originale peccatum esse causam aliquo modo, vel occasionem reprobationis multorum hominum.

« Deinde sumi potest ratio ex altitudine et excellentia finis, ad quem consequendum homo ordinatur per media, quæ multum excedunt vires hominis, præsertim lapsi.

« Quæ rationes sunt optimæ ex parte hominis ; tamen ex parte Dei profundum est hoc consilium sapientiæ ejus, neque aliud dicere possumus, nisi per hoc ostendere voluisse Deum excellentiam gratiæ suæ in electis, ut Paulus significavit.

« *Tertia collatio. — Prima sententia. — Tertia comparatio* est inter homines fideles, seu christianos, an plures salventur, quam damnentur, vel e converso. Quidam pie credunt plures salvari ex his; quod tenuit Sylvester, in Rosa aurea, circa Dominicam Septuagesimæ in fine. Et solet ad hoc afferri parabola Matth.21ubi in convivio Patrisfamilias unus tantum inventus est carens veste nuptiali; Matth. autem 21, ex decem virginibus quinque fuerunt fatuæ et quinque prudentes.Congruentia vero esse potest,quia

ex christianis plures moriuntur, receptis sacramentis, quorum virtute facile justificantur: ergo verisimile est plures ex his salvari.

Posterior verior. — « Contraria sententia **communior** est, nimirum *ex christianis plures esse reprobos, quam prædestinatos.*

« Quod aperte affirmat D. Gregorius, hom. 19 in Evang. et Augustinus, Lib. 3 contra Cresconium, cap. 66 et lib. 4. c. 53, ita exponens parabolam de tritico et palea. Nam per aream, ut aït, significatur Ecclesia, et per paleam significantur reprobi : constat autem majorem esse multitudinem paleæ, quam tritici.

« Idem sentit Chrysostomus, hom. 40 ad populum, et 65 in Matth.

« Glossa et **expositores communiter**, circa illa verba Matth. 12 et 22 : *Multi sunt vocati, pauci vero electi,* et circa parabolam de semente, cujus tantum quarta pars fructum attulit, Luc. 8.

« Denique Cajetanus exponens dictam parabolam de Virginibus dicit, etiam ex illis, qui *in Ecclesia* mediocriter vivunt, et *aliquam curam habent conscientiæ suæ, dimidiam partem damnari ;* quod valde rigorosum est. Rationes, seu signa hujus excessus sumuntur ipsa experientia, et usu quotidiano et propensione ad pravos mores. Nam sine dubio plures ex Christianis male vivunt, et raro perseverant in statu gratiæ, et verisimile valde est ita mori, sicut vivunt.

« Res quidem dubia est. *Mihi autem, videtur distinctione utendum.*

« Possumus etiam Christianorum nomine intelli-

gere omnes illos, qui nomine Christi gloriantur, cum tamen inter eos multi sint hæretici et apostatæ, ac schismatici. Et loquendo in hac generalitate, probabile mihi est, majorem esse numerum reproborum : et hoc modo intelligo omnia, quæ in secunda opinione afferuntur.

« Confirmarique potest, quia hæretici et apostatæ semper fuerunt in magno numero, qui, *adjuncto numero impiorum fidelium male morientium,* plane excedit numerum *sancte morientium* (1).

« At si per Christianos intelligamus solos illos, qui intra Ecclesiam catholicam moriuntur, *verisimilius* mihi est plures illorum salvari, in lege gratiæ.

«Ratio est, quia imprimis ex his, qui moriuntur ante adultam ætatem, maxima multitudo decedit cum Baptismo ; ex adultis vero, licet major pars hominum sæpius mortaliter peccet, tamen sæpius resurgunt, et ita cadendo et resurgendo vitam transigunt. Tandem vero in fine pauci sunt, qui per Sacramenta non præparentur ad mortem et de peccatis doleant, saltem per attritionem : hoc autem sufficit, ut in eo tempore justificentur. Et postquam justificantur, facile solent illo parvo tempore perseverare sine novo peccato mortali : ergo pensatis omnibus *verisimile* est plures ex his Christianis salvari. »

Hæc ratio Suaresii infeliciter nostris diebus minime valet pro millibus hominum indifferentium.

(1) An igitur Suarez in his quæ sequuntur, excludit catholicos qui male moriuntur, quos apostatis adnumerat, eosque solos intelligit catholicos qui sancte moriuntur ?

Ut compendium præcedentis demus doctrinæ, doctissimus Suarez :

1. Vocat opinionem *communem* et *veram* eam, quæ tenet inter homines, universim sumptos, majorem partem damnari.

2. *Communiorem* dicit sententiam quæ docet ex omnibus baptizatis, simul sumptis, scil. una cum hæreticis, schismaticis, pravisque catholicis, etiam majorem partem perituram.

3. Inter catholicos, præcise sumptos, *verisimilius* est Suaresio plures salvari.

Interdum, omissa hac distinctione, opinio Suaresii male citatur.

15. — LESSIUS, S. J. († 1623.)

Pius ille auctor optime explicat unde fiat ut salvandorum numerus sit relative exiguus ; aït enim :

« Quod iste numerus sit tam exiguus, non provenit ex ipsius prædefinitione ; quivis enim numerus, isto major, est regno Dei aptus et proportionatus. Omnes possunt esse lapides in illo palatio, et membra in illo corpore, et cives in illa cœlesti Jerusalem, et convivæ in illis æternis nuptiis : nec idcirco excedetur vel palatii debita mensura, vel corporis illius congrua proportio, vel civitati proportionata multitudo vel convivii justus numerus. Sed quod tam exiguus sit futurus iste numerus, provenit ex hominum negligentia et amentia, qui viam latam, ducentem ad perditionem, ingredi malunt et frui commodis hujus vitæ, quam arctam ducentem ad salutem ; — et invitati ad cœlestes nuptias se excusant, humana

negotia et temporalia emolumenta vel blandimenta illis præferentes, ut expresse Dominus in Evangelio docet. » (1)

16. — BECANUS, S. J. († 1624)

« *Illud verisimile : plures esse reprobos quam prædestinatos :* Matth. VII, 14 : *Arcta est via, quæ ducit ad vitam, et pauci sunt qui inveniunt eam* et Matth. XX, 16 : *Multi sunt vocati, pauci vero electi.* Quod de solis fidelibus intelligit D. Gregorius. Unde ex sententia Gregorii, dicendum esset, inter ipsos christianos et fideles majorem esse reproborum numerum, quam prædestinatorum. » (2)

17. — SMISING, O. S. F. († 1626.)

Auctor ille morum suavitate, pietate ac eruditione Lovanii eluxit. Erat matura in illo virtus et suis sanctimoniæ radiis clarescebat. Unum illi opus : studere et orare. (3).

Jamvero in opere suo « Disputationum theologicarum de Deo » hæc præclara de nostra quæstione scripsit :

« Utrum homo viator ita cognoscat, Deo revelante, Providentiam divinam, ut sciat, quantus sit numerus electorum et reproborum ?

« Respondeo, ex divina revelatione constare,

1. *De Prædest.* Sect. 6 assert. 5. nº 160. Edit. Paris. 1878. p. 477.
2. Summa Theol. scholast. — Tract. I. cap, 14. Edit. Rothmag. 1652. pag. 95.
3. Hürter. Nom. Litt. T. I, p. 498.

quod licet magnus sit numerus electorum, ut patet Apoc. 7 et alibi, tamen minor pars hominum electa sit ad vitam æternam. Patet Matth. 7 : *arcta via,... pauci sunt...* et cap. 20 : *pauci electi.* — **Unde hæc conclusio est de fide....**

« Si ergo soli sunt salvandi, qui fidem et vitam rectam servant usque in finem, ut ex aliis Scripturis notum est, constat paucos admodum esse prædestinatos, si cum reproborum multitudine comparentur.

« Etiam colligunt probabiliter sancti Patres, facta comparatione inter ipsos homines fideles, minorem illorum partem esse salvandam.... Dixi « probabiliter, » quia res non est certa, nec desunt doctores (animadverte, non dicit Smising « Patres »,) qui censent majorem *Christianorum* numerum esse salvandum, ut Silvester in *Rosa aurea,* orat. 2. Super Evang. Dom. Sept. in quadam quæst. sub fin. — Franciscus de Christo in 1 dist. 41 q. ult. concl. 3.— Cartagena in quodam disc. de præd. — Suarez lib. 6 de præd.

«Tamen sententiam Patrum censeo probabiliorem, sive corruptissimos mores etiam Christianorum hominum spectemus, sive Scripturas adductas, quæ de fidelibus videntur loqui, quando paucitatem bonorum exaggerant.

«Quod si petas, unde fiat quod tam multi pereant, et a fine ad quem ordinati sunt deficiant, cum efficacia gratiæ sit major quam efficacia naturæ, et natura in paucioribus deficiat a suo fine ; respondet optime S. Thomas 1. part., quæst. 23. art. 7. ad 3. 1ª et 2æ,

quæstione 71 art. 2. ad 3. duplicem esse rationem: unam, quod ille finis sit supernaturalis et improportionatus humanæ virtuti sibi relictæ, quæ proinde ex se magis inclinatur ad bona inferiora, illaque prosequitur postposito illo fine ; alteram, quod in homine sit connaturalis pugna inter appetitum sensitivum et rationalem, in qua pugna tanto potentior est sensitivus, quanto magis similiaria sunt homini corporalia et sensibilia, non solum quia omnis cognitio naturalis a sensibilibus incipit, et cum sensibilium imaginatione continuatur, sed etiam quia corporalium et sensibilium usu ad sui considerationem indiget humana natura. Et quamvis illa improportio ad finem supernaturalem suppleatur per gratiam, et ista rebellio inferioris appetitus per eamdem gratiam vincatur, si efficax gratia sit, hæc tamen efficax gratia post Adæ lapsum paucis datur. Cujus ulterior ratio non alia est quam beneplacitum divinæ voluntatis, quæ cujus vult miseretur, et quam vult indurat, et ideo paucitas salvandorum in illud inscrutabile beneplacitum, ut causam radicalem, referenda est cum Apostolo ad Rom. 9. » Ita pius ac doctus Smising. (1)

18. — DIDACUS RUIZ DE MONTOYA, S. J. († 1632.)

Interpres S.Thomæ primis scholæ sideribus adnumerandus, inquit Hürter (2). Is audacter opinionem

1. Op. cit. T. I. De Deo uno. Tract. III. Disp. VI. De Provid. N° 803-805. Edit. antverp. 1626.
2. Nom. Litt. T. I. p. 518.

personalem Suaresii de salute majoris numeri catholicorum adultorum improbat, inquiens : « Hæc opinio magis optabilis quam probabilis, suos auctores invitavit magis *affectu voluntatis*, quam traxit *rationis et auctoritatis pondere*. Sed, ut Augustinus ait, opinio humana optando non efficit ut vel unus salvetur ; sed, blandiendo et placendo, efficit ut multi dormiant et damnentur. » (1)

19. — DREXELIUS, S. J. († 1638.)

In opere cui titulus; *Zodiacus christianus*, caput ultimum inscribitur : « De prædestinatorum *paucitate* coronis » ; et hæc ibi leguntur :

« Omnes quidem metam ad imam properamus, sed heu quam diversis semitis et imus, et currimus, et perimus ! Arcta via vitæ ; mollis, rosea, et *lata perditionis :* asperitas montium illic, hic vallium declivia. *Facilis descensus Averni*. Clamat Veritas; monet et adhortatur : *intrate per angustam portam, quia lata porta et spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem, et multi sunt qui intrant per eam : quam angusta porta et arcta via est, quæ ducit ad vitam, et pauci sunt qui inveniunt eam !* Idem denuo ingerit : *contendite intrare per angustam portam, quia multi, dico vobis, quærent intrare et non poterunt*. Verè angusta hæc est semita, quâ non nisi uni et sine comite licet incedere. *Unusquisque nostrum pro se reddet rationem Deo ; unusquisque onus*

1. Lib. IV de Prædest. Sect. 1. — Concinna. Apparat. T. I. Dis. III. cap. VII, § 1. nº III. Edit. 1776. p. 305.

suum portabit ; unusquisque propriam suam mercedem accipiet secundum suum laborem. Et hoc est quod ingemiscens Christus: *Multi sunt,* inquit, *vocati, pauci vero electi.* Hoc unicum verbulum *Pauci,* velut horrendum et inauditum tonitru, magnam orbis partem e vitiorum veterno excitavit ; ex urbibus in antra atque horridas solitudines non paucos expulit, et quot centena Martyrum millia in catastas et equuleos, in rotas atque rogos, in cruces et bestiarum fauces, in armatas tortorum manus egit? Vox una erat illorum omnium: mori nobis facile est, modo demum vivere liceat inter *Paucos* illos *Electos:* ludat gladius jugulis nostris, modo *Paucis* illis, sed *Beatis* annumeremur. Et quis eorum non ausus dicere ? Si unus ego vel centum cruces vestire possim, non abnuam : si unus ego possim vel centum cervices securi porrigere, nullam subtraham : centies mori, jocus mihi erit, tormenta pro fomentis habebo, modo *Paucorum* societatem in paradiso admittar. Hinc illa Ignatii martyris generosissima vox : *Ignis, crux, bestiæ, tota in me tormenta diaboli veniant, tantum ut Christo fruar.* Hoc idem ore Christi missum tonitru, hæc eadem vocula *Pauci,* tot impuræ vitæ homines e viridantibus luxuriæ pratis, in domum luctus et pœnitentiæ compegit ; satius illis visum est inter paucos servari, quam cum plurimis perire ; non enim minùs perit qui perit in turbâ..... Nullum Deus numerum curat nisi bonorum ; nec via ad inferos longa est; unico itur anhelitu, unico lethali crimine rei læsæ Majestatis efficimur et digni æternis rogis. Ita olim propter unicum libidinosum facinus, quadraginta millia Hebræorum, Benjaminitarum

quinquaginta millia.... et sexcenti jugulati sunt. Bethsamitæ arcam Domini curiosiùs tantum intuiti, quot millium strage hanc oculorum licentiam luerunt....

« Judæos mihi jam numera ab Abrahamo usque ad diem mundi ultimam, et in illa Apocalypsi centum quadraginta quatuor millia, vix pars erunt millesima omnium simul numeratorum, ita ut ex omni eorum numero millesimus Judæus inter prædestinatos non veniat numerandus. Et quod de Hebræorum, idem de omnium aliorum hominum numero, salva proportione, recte adstruitur. Nam quod Christus prædixit Judæis, et omnibus aliis commune est : nec enim paucos tantum ex Judæis arcto tramite ad vitam ituros, sed absque discrimine pronuntiavit : **Pauci** *inveniunt eam.* » (1)

Ita Drexelius jam olim refutavit opinionem R. P. Castelein, quod nimirum severa hæc prædictio Christi tantum respexerit Judæos, Christi coævos : « Ce passage serait bien alarmant s'il avait un sens absolu et une portée universelle. Mais le contexte prouve *clairement qu'il se restreint à l'entrée des Juifs contemporains de Notre Seigneur dans le royaume du Messie.* » (p. 34.)

20. — JOANNES A S. THOMA, O. Prædic. († 1644).

« De quantitate seu numero electorum præ reprobis, aliqui solliciti sunt, an sit major numerus prædestinatorum, quam reproborum. Quæ quidem

1. Edit. Antverp. 1660. — T. I. pag. 297.

difficultas, loquendo de hominibus, (nam de Angelis majorem partem salvandam esse videtur certius,) facile solvitur in genere loquendo, quod ex toto hominum genere, pauciores sunt qui salvantur : *Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.* Et iterum : *Quam augusta porta et arcta est via... et pauci sunt qui inveniunt eam* » — Et Angelus ad Esdram. (IV. Esdr. VIII.)

« Constat tamen electos dici paucos, non absolute, sed comparative ad numerum reproborum....

« Cæterum aliqui *ulteriùs* ad particularia descendunt, ut multitudinem electorum aliquomodo metiri possint.... Sed quis hominum scire poterit consilium Dei. Accipiamus ergo sobriam S. Thomæ sententiam hic art. VII, qui cum Ecclesia sentiens « Melius, inquit, dicitur, quod soli Deo est cognitus numerus electorum in superna felicitate locandus. »... Nolite solatium quærere pro vestra incuria et desidia, cogitando quod plures salvantur, etiam mediocri cura, sed valde solliciti ad contendendum intrare per angustam portam: quia multi quærunt intrare, et non poterunt, i. e. quia etiam ex his qui non omnino torpescunt, et jacent in suis vitiis, sed etiam solliciti sunt, et quærunt intrare in cœlum, non poterunt. Ergo nihil de pluralitate electorum anxiè in particulari quæramus, sed per electorum semitas ambulare solliciti simus. » (1)

21. — NAZARIUS, O. Fr. Præd. († 1646).

« Si igitur a Deo instituerétur numerus salvando-

1. Cursus theologicus in sum. D. Th. — Vivès — III p. 885, sqq.

rum, plures essent salvandi quam damnandi (quia Deus vult omnes homines salvos fieri,) cujus contrarium tamen ostenditur apud Matth. VII : *Lata est via*, etc. (1) »

22. — CONTENSON. († 1647.)

Pius hic auctor in sensu Patrum abundat et pro sacerdotibus ac religiosis quædam notat, seria meditione digna. Utinam hi, qui aliis prælucere tenentur, semper etiam et ipsi arctam sequerentur viam ædificationis christianæ et non sibi quærerent tertiam viam, Evangelio ignotam !

« Licet in particulari non possit numerus salvandorum definiri, id tamen ex Scripturarum et Patrum traditione *certum est,* paucos futuros salvandos, et longe pauciores his qui pereunt...

« Amabo, inter catholicos, quot sunt qui per arctam salutis viam incedant, ad Evangelii maximas vitam exigant suam, post concupiscentias non eant, innocentiam custodiant, post lapsum seriam pœnitentiam agant, nec frequenter recidant, mundum non ament et sanctitatem sectentur, sine qua nemo videbit Deum ? Sane rara avis in terris, qui hujusmodi est, cum de hoc sæculo verius dicere liceat, quam quod de suo deplorabat Salvianus, lib. 3 de Provid. *Præter paucissimos quosdam, qui mala fugiunt, quid est aliud pene omnis cœtus Christianorum, quam sentina vitiorum ? Id magis lacrymis eget, quam argumentis.*

1. In T. q. 23. a. 7. (696) item ad 3^m^, ubi sequitur S. Thomam.

« Quin etiam, proh dolor ! in ipso Ecclesiastico ordine, quot reperire licet Episcopos et Sacerdotes Sanctorum æmulatores, Apostolorum sicut autoritatis successores, ita et morum imitatores, quique modum illum vivendi teneant, quem Patres Concilii Carthaginensis quarti præscripsere, quemve Sacra *Synodus Tridentina renovavit, scss. 25. cap. 1. de reform.* verbis quæ Clerici quotidie lectitare, quotidie ad praxim reducere deberent ?

« Sed quid de Religiosis dicam, ego statu Religiosus, charactere sacerdos, licet immeritus ? Cum videamus tam multa monasteria a primitiva observantia collapsa, multiplicatis quidem Regularis vitæ professoribus, sed non magnificata lætitia ? Libenter et vere cum Bernardo in Apolog. ad Guillelmum Abbatem, scripserim : « *Quis in principio, cum ordo cœpit monas-* « *sticus, ad tantam crederet Monachos inertiam devenire?* « O quantum distamus ab iis qui in diebus Antonii « extiterunt Monachi ! Sic Macharius vixit ? Sic « Basilius docuit ? Sic Antonius instituit ! — Sic « Patres in Ægypto conversati sunt ? » — Quid ergo diceret modo Bernardus de tot Cœnobiis (excipio illa, in quibus Regula ad litteram servatur, qualia multa esse in Domino gaudemus) in quibus obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersique sunt lapides Sanctuarii, et a quibus reformandis se desponderelugens dicebat Clemens VII, ut refert Prosper Fagnanus. Veridice scripsit Augustinus se non vidisse meliores iis, qui in monasteriis profecerint, nec deteriores iis qui in monasterio defecerint : similis ficubus Jeremiæ, inter quas

bonæ, valde bonæ ; malæ vero, valde malæ. Et de vero religioso dici recte potest, quod de Origene aiëbat Hieronymus : « Ubi bene, nemo melius ; ubi male, nemo pejus. » — In illo vera est Philosophorum maxima : *corruptio optimi pessima.* Verum itidem commune Proverbium : *Ex generosiori vino asperius acetum.* —

« Audisti, Lector, paucos admodum esse electos. Audi quoque hujus veritatis radicem : Ideo innumeri æternum pereunt, qui **tertiam viam**, quam Evangelium non docuit, sibi confingunt. Testante Veritate, alia via lata est, quæ ducit ad perditionem, alia arcta, quæ ducit ad vitam ; et nos mediam commiscimur. Nolumus quidem flagitiis immanibus refertam vitam agere, sed interim nolumus etiam per arctas sanctitatis calles incedere, sed viam illam inimus, quæ nec nimium lata, nec multum angusta sit. Sed certe ejusdem periculi est **tertiam confingere viam**, ac triplicem terminum distinguere, qui duplex tantum pro adultis ultimate designatus est. Scriptum enim est, Matth. 25 : Quod alii ibunt in supplicium æternum, justi autem in vitam æternam. De hoc tertio tramite, a tepidis adinvento, dicitur Prov. 14 : « Est via quæ videtur homini justa ; novissima autem ejus deducunt ad mortem. »

« Eo majori in periculo versantur hujus tertiæ viæ sectatores, quo se tutiores arbitrantur ; quia tanto securiores se credunt, quanto atrocioribus sceleribus non serviunt. Rari etenim sunt homines omnino prostitutæ et perditæ conscientiæ ; quia, ut ait, August. serm. 30 de Verb. Dom. « *Sicut magna*

pietas paucorum est, ita et magna impietas multo minus paucorum est. »

« Sed plane, misereque falluntur. Nam per latam viam incedit, qui arctam non ingreditur ; qui aliter sentit, seipsum decipit, tantoque est insanabilior, quanto insensibilior; dumque se de numero electorum esse præsumit, in vasto reproborum numero concluditur. Mihi non crede, sed Patribus, a quibus ausculta quid sit arcta via. — *Arcta via, lex Dei* est, (inquit. Aug. in Ps. 1), *quæ cupiditates nostras arctat.* — Et ibid. Ambros. *Duæ sunt viæ : una justorum, altera peccatorum ; una æquitatis, altera iniquitatis ; Justorum via angustior est, injustorum latior : hic convivium, illic jejunium ; hic intemperantia gaudiorum, illic perseverantia lacrymarum.* — Et Greg. M. lib. 27 moral. cap. 22. *An non quædam via angusta est, in hoc quidem mundo vivere, sed de hujus mundi concupiscentia nihil habere ?* — Hac via qui incedit, pusillo electorum gregi annumerabitur. Nam ut præclare S. Paulinus, Epist. 50, expendens illud : *Quam spatiosa via quæ ducit ad perditionem,* ait ; « Omne quod agimus, omne quod loquimur, aut de lata, aut de angusta via est. Si cum paucis angustum iter et subtilem quandam semitam invenimus, ad vitam tendimus ; si vero multorum comitamur viam, secundum Domini sententiam, imus ad mortem. Si omni cupiditate calcata, solum studeamus divites esse virtutibus, per angustam viam nitimur ; conversatio enim ista paucorum est; estque perrarum atque difficile idoneos hujus itineris comites reperire. »

« Quare sapientissime monet sacrosancta Synodus

Tridentina, ut nemo sibi certe aliquid, absoluta certitudine, polliceatur, tametsi in divino auxilio firmissimam spem collocare et reponere omnes debeant ; quia Deus, nisi gratiam ipsius deserimus, sicut cœpit bonum opus, ita perficiet, operans velle et perficere.

« Itaque sub incerto hinc spe, inde timore permoti, vivamus, et cum tremore salutem operemur, in laboribus et vigiliis, in eleemosynis, in orationibus, in oblationibus, in jejuniis, in castitate, scientes quod in spem gloriæ, et nondum in gloria renati sumus, præsertim quia est nobis colluctatio cum triplici hoste, cui sæpe sæpius humana succumbit infirmitas ; quotidiana enim pugna, sed rara victoria, quam a solo Deo petere, ab ipso solo sperare possumus ; nam sive parvum, sive multum, sine illo fieri non potest, sine quo nihil fieri potest.

« Hæc cum ita sint, quis dabit oculis nostris imbrem lacrymarum, ut deflere valeamus Christianorum statum, quasi ad nihilum jam redactum ? Etenim terra nostra consiliis et exemplis Christi culta, ejusque tincta sanguine, spinas et tribulos germinat pro frumento ! Quis tam constanti, de parvo numero electorum, doctrina audita, non tremit ? Sed *væ* deterrimum illi imminet, qui in se effectus reprobationis experitur, et non gemit. *Quisquis ergo talis est, fratres mei,* verba sunt sancti Gregorii, Hom. 34, in Ev. *gemendus est valde quia non gemit.* Et quia gemituum suspiria interrumpunt, impediuntque verba, ut pro tuis meisque peccatis ambo, lector, gemamus,

sermonum hic finem faciam. » (1) — Ita Contenson et paucitatem salvandorum probat et simul conatur a Religiosis auferre pharisaïcam præsumptionem.

23. — TURLOTIUS. († 1651.)

Plures e Catholicis adultis damnari, quam salvari, solide docet et probat. Cum objecisset, quosdam sentire plures salvari, sententiam suam hisce verbis proponit : « Verum ex adverso, plures ex catholicis adultis damnari, quam salvari, suadere videtur ratio et auctoritas luculentius fundata in Scripturis et Sanctis Patribus.

« Ratio : quia longe major pars christianorum vivit in statu peccati mortalis : juxta regulam autem S. Augustini sicut quis vixit, ita et moritur ; ut raro qui male vixit, bene moriatur, et vice versa. » (2)

Hanc suam assertionem latius ibidem probat ex Scripturis et Patribus.

24. — MATHIAS FABRI, S. J. († 1655.)

Per totam concionem primam in Evangelium Dominicæ XIX post Pentecosten, ostendit, multos esse vocatos, paucos vero electos. — Citatis variis auctoritatibus : « Ex his patet, inquit, majorem etiam Christianorum partem vivere in statu peccati mortalis. Juxta regulam autem S. Augustini : qui bene

1. *Theol. mentis et cordis.* Lib. II Dis. VI. cap. II, spec. III. Editio Colon. 1687. T. I pag. 137-139.

2. Thesaur. Doct. Christ. p. I. cap. 13. Lect. 5.

vivit, bene moritur ; qui male vivit, male plerumque moritur. »

Et sermonem concludit hisce verbis : « Hæc cum ita sint, Auditores, quis non timeat sibi ? Certe si milleni dumtaxat ex universo mundo, vel ex nostra urbe unicus damnandus diceretur, nonne omnibus et singulis timendum esset ? Quando audierunt Discipuli : « *Unus vestrum me traditurus est,* » omnes timuerunt et seipsos interrogaverunt : « *Numquid ego sum ?* » Quando ergo non unus e duodecim, imo *longe plures* damnandi asseruntur, quis non magis timeat ? — Quare, seipsum quisque examinet, quam ad partem tendat : an cum multis vivat, an potius cum paucis ? » (1)

25. — SAINT-JURE. S. J. († 1657.)

« Comme le nombre de ceux qui se laissent aller à leurs passions, à leurs appétits déréglés, et qui transgressent les commandements de Dieu, est beaucoup plus grand, sans comparaison, que le nombre des chrétiens qui suivent le mouvement de la raison et obéissent aux lois de leur Créateur; que tous, comme dit Jérémie : *A minore ad majorem omnes avaritiæ student, et a propheta usque ad sacerdotem, cuncti faciunt dolum,* (VI, 13)— il n'est pas étonnant que le nombre de ceux qui se damnent soit *incomparablement* plus grand que celui de ceux qui se sauvent. » (2)

1. *Opus concion. tripart.* Pars æstiva. Edit. 1650. p. 904.

2. Connais. et am. de N. S. J.-C. — Liv. III. chap. XXIII. § 2. Edit. Lyon. 1847. T. III. p. 139.

« Si vous me demandez comment il est possible que Dieu, qui aime les hommes d'un amour si grand, qui a tant de désir de les sauver tous, qui a tant souffert pour leur salut, puisse consentir à les voir *presque tous damnés,* je vous répondrai qu'il a encore plus d'amour pour eux, plus de désir de leur salut que nous ne saurions le dire et le penser....

« Puisque le nombre des réprouvés est si grand, que celui des élus est si petit, qu'il en est tant qui se damnent et si peu qui se sauvent, quel est celui d'entre nous qui n'a pas sujet de craindre d'être compris dans cette prodigieuse multitude ? » (1)

26. — ENGELGRAVE, S. J. († 1670)

Pius et doctus ille vir, ut eum vocat De Backer, in egregio suo opere inscripto « Lux Evangelica, » ad Emblema 47, sic loquitur :

Multi sunt vocati, pauci vero electi. Matth. XXII. « E multis forsitan unus erit ! — Pauci per fructus bonorum operum, ad vitam æternam prædestinati sunt. (2)

Et in alia editione : « E millenis millibus sol iste justitiæ perpaucos excipit, uti e millenis consitis, vix unus melopepo ematurescit. Sublimioris mentis oculo universam orbis machinam, si lubet, contem-

1. Ibid. pag. 138 et 140. — Vide integrum textum infra, in calce cap. VIII.

2. Editio Colon. 1655 pag. 750.

plare ; annon vastissima Japonia, Molucensia, Chinesia regna, per sex et supra annorum millia in idololatriæ tenebris sepulta? Asiam, Africam, Americam, gentilitatis, hereseos, omniumque scelerum sentinam reperies. Ex ipsis vero, qui minimam hujus mundi partem, Europam, incolunt christianis, perpaucos omnino Electis adnumerandos quis non admirabitur? Horrendum illud, sed et verissimum aurei Oratoris oraculum, vix centesimum quemque etiam ex hortodoxis salvari. »

Deinde duas habet paragraphos, quarum hic est tenor :

« 1. Paucitas salvandorum expenditur, comparatione infidelium, hæreticorum, etc.

« 2. Inter fideles, seu catholicos, longe plures damnari quam salvari. » (1)

27. — PHILIPPUS A SS. TRINITATE, ORD. CARM. († 1671)

Præpositus generalis ordinis sui, laboriosissimam piamque vitam, non sine sanctitatis fama agens, plura edidit opera cedro digna, ait Gonetus, in quibus eruditio et pietas decertant. (2)

Ad quæstionem « Utrum numerus hominum prædestinatorum sit major quam reproborum », ita respondet ;

« *Conclusio.* — Respondeo dicendum quod si

1. Editio Antverp. 1657, pag. 276.
2. Hürter. nom. Litt. T. II p. 34.

loquamur de omnibus hominibus, multo major est numerus reproborum quam prædestinatorum.

« Si vero loquamur de solis christianis, adhuc probabilius est quod numerus reproborum sit major quam prædestinatorum. » (1)

28. — CARDINALIS BONA. († 1674.)

« Vir, ut aït Renaudot, (2) non tam dignitate, quam doctrina morumque sanctitate conspicuus. »

Hic in egregio suo tractatu cui titulus : *Principia et documenta vitæ christianæ,* doctrinam Patrum circa salutem compendiose, accurate atque nervose exponit. Utinam neoterici illud serio perpendere dignentur pro sua aliorumque salute æterna !

Inscribitur illud caput : « *Multi sunt vocati, pauci electi.* » — Deinde incipit sanctissimus vir : « Nullus acrior stimulus pravis moribus corrigendis, vitæque nostræ ad normam Evangelii instituendæ, quam illa horribilis et tremenda sententia : *multi sunt vocati, pauci vero electi,* si tamen ejus sensum intime penetremus.

« Nemo enim scit, an illa vocatione sit vocatus, qua secundum propositum illi vocati sunt, de quibus scriptum est : *quos vocavit, illos et justificavit ; quos autem justificavit, illos et glorificavit* (Rom. VIII, 30.)

« Nemo scit *utrum amore, an odio dignus sit, sed omnia in futurum servantur incerta* (Eccl. IX. 1).

1. *Cursus theologicus* juxta partes summæ D. Thom. Edit. Lugdun. 1564. T. I, p. 309.

2. *Liturg. orient. collect.* Præfat.

« Nemo scit, an ita vocatus fuerit, ut in vocatione sua usque ad finem perseveret.....

« In tanto igitur salutis discrimine, in tanta perseverantiæ incertitudine, continuo horrore concuti debet omnis christianus, satagens cum timore et tremore certam facere vocationem suam, ut in fide vivens, quæ per dilectionem operatur, bonis operibus ostendat se ad illorum exiguum et beatissimum numerum pertinere, quos misericorditer elegit Deus ante mundi constitutionem.

« Exiguum vero esse numerum electorum, et multo minorem quam sit numerus reproborum, *etiamsi de solis orthodoxæ fidei cultoribus,* exclusis parvulis qui ante usum rationis obeunt, sermo fit, infallibili Scripturarum testimonio multisque indiciis et rationibus, atque ipsa experientia evincitur.

« Nam ideo discipulos suos admonuit Christus, multi laboris esse et extremæ difficultatis viam salutis ingredi, ad quam, non nisi per angustam portam patet accessus.. *Intrate,* inquit, *per angustam portam,* etc. — Tum quasi admirans subdit ; *quam angusta porta.* » etc.

Deinde pergit pius Cardinalis interpretari notissimos textus tam veteris quam novi Testamenti.

De figuris ex historia Judæorum concludit : « Hæc autem in figura contingebant illis, ad ostendendum quam sit exiguus numerus electorum comparatione reproborum. »

Et quoad experientiam quotidianam valde differt a Suaresio et quidem merito : « Confirmari idem potest ex paucitate eorum, qui ex hac vita vere contriti

decedunt. Quamvis enim multi videantur hominibus bene mori, dolor tamen de peccatis ex metu mortis procedens ad veram pœnitentiam difficillime pertingit.

« Nam quomodo poterit bonam vitam inchoare peccator, cum ad ejus finem pervenit ?

« Quomodo poterit super omnia mala detestari peccata, suasque delicias abominari, quas totius vitæ decursu intensissime adamavit ?

« Quomodo ex animo pœnitentiam amplecti, a qua semper abhorruit ?

« Quomodo statuet efficaci decreto ea deserere, si vita supersit, quibus inveterato usu assuevit ?

« Quomodo intellectus, inter morbi et mortis angores, res supernaturales, a sensibus remotas, meditabitur, de quibus integris viribus aut numquam aut non nisi obiter cogitavit ?

« Quomodo vincet contrariis actibus anteactæ vitæ consuetudinem in tantis ægritudinibus, temporis et tentationum angustiis ?

« Experientia didicimus, vix aliquem reperiri, qui cessante periculo in proposito permanserit. Redeunt omnes ad assueta, et eorum, quæ metu mortis vel amicorum exhortationibus, aut humana prudentia agere decreverunt, statim obliviscuntur ; cum præsertim nemo fere sit qui, etiam in extremis constitutus, spem vitæ omnino abjiciat, qua fraude multos decipit et perdit dæmon.

« Accedunt languor animæ, exire de corpore trepidantis, et omnium facultatum deperditæ vires, quæ vix hominem sui compotem esse sinunt, adeo ut

adstantium verba, actus virtutum suggerentium, aut sonum dumtaxat vocis sine sensu percipiat.

« Bene quidem de illorum salute *sperare* licet, qui sub exitu vitæ signa dederunt pœnitentiæ ; sed in his *nulla securitas* est, cujus rei luculentum exemplum rex Antiochus præbuit. (II Mach. IX.)

« Cum enim ad extrema devenisset, sub potenti manu Dei humiliavit se orans, et promittens illata Judæis damna resarcire, templum exornare, spondens insuper se de suis reditibus pertinentes ad sacrificia sumptus præstiturum, et abnegato ethnicismo, se Judæum futurum, omnemque terram perambulaturum et prædicaturum Dei potestatem.

« Quis poterat e peccatore plura et certiora pœnitentiæ signa exigere ?

« Et hic tamen veniam non meruit, sicut dicit Scriptura : *Orabat scelestus Deum, a quo non esset misericordiam consecuturus*, quia nimirum ejus pœnitentia, ex metu mortis procedens, sincera non fuit. »

Deinde concludit piissimus Cardinalis, et omnes serio et practice perpendamus salutaria hæc monita :

« Quis hæc considerans non contremiscet ?

« Quis inter tot difficultates et discrimina, certam sibi salutem audebit polliceri ?

« Quis non trepidabit nesciens an amore, vel odio dignus sit.

« Quia igitur *pauci sunt electi*, **et fortassis multo pauciores quam putamus**, a multitudine recedendum est, et cum paucis sanctis, electis et innocenti-

bus vivendum, ut quisque possit vita peracta, testimonium sibi perhibente conscientia, justo Judici Deo dicere : Redde mihi mercedem quam promisisti, quia feci quod jussisti. » (1)

29. — FRATRES VAN WALENBURCH. († Had. 1669, Pet. 1675.)

Ambo Episcopi suffraganei, non tantum nobilitate et infulis, sed et eruditione theologica inclyti, ubi agunt de justificatione, de vocatione in genere ad gratiam et de efficaci vocatione ad gloriam, sic loquuntur, afferendo textum notissimum Matthæi XXII, 14 :

« Certum est quod dicit Apostolus ad Rom. VIII, 28 : *Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis qui secundum propositum vocati sunt sancti.* Unde patet Apostolum non agere de vocatione in genere, juxta quam legitur apud Matth. XXII, 14: *Multi sunt vocati, pauci vero electi,* sed eum loqui de vocatione *secundum propositum.* » (2)

30. — Fr. BONÆ SPEI. O. FF. B. M. V. DE M. CARM. († 1677.)

Diu philosophiæ ac Theologiæ Lovanii lector fuit. In opere cui titulus : Commentarii tres in Universam Theologiam Scholasticam, scribit : « Numerum

1. Bona. L. c.

1. Tract. Spec. de Controv. fidei. T. II. Tr. VII de Justif. c. 90, p. 525. — Item p. 535.

reproborum, majorem esse numero prædestinatorum, sequitur ex Evangelio, Matth. VII « Intrate per angustam portam », — et XX : « Multi sunt vocati, pauci vero electi. » (1)

31. — EP. HERINCKX. O. F. M. († 1677.)

« Numerus electorum simpliciter quidem magnus est... facta tamen comparatione ad numerum reproborum est exiguus... Quare electio salvandorum non immerito comparatur sorti, utpote quæ instar sortis raro, seu in paucis habet locum.

« Immo sive Scripturas, juncta Patrum expositione, sive corruptissimos christianorum seu catholicorum mores attendamus, non parum verisimile est, etiam minorem ex iis numerum esse electum. » (2)

32. — GONET. († 1681)

« *Certum et exploratum est apud omnes,* quod si loquamur de omnibus omnino hominibus qui sunt in mundo, multo major est numerus reproborum, quam prædestinatorum. Nam christiani pauci sunt, comparati infidelibus, et inter ipsos christianos plures sunt hæretici et schismatici. » — Citat deinde locum notissimum Libri quarti Esdræ ; demum sequentes addit rationes :

« Ratio etiam suffragatur : primo, quia prædesti-

1. *Comment. tres in Univers. theol. scol.* Vol. I disp. 18. Dub. 2. pag. 183. n. 23.

2. *Summa Theol. scol. et mor.* — Disp. VIII. Edit. Antverp. 1680. T. I. p. 154.

nati sunt amici Dei, et prædestinatio est specialis ac singularissima Dei amicitia : at una ex conditionibus ad amicitiam requisitis est, quod sit circa paucos, ut docet Aristoteles et D. Thomas. Ergo prædestinati, comparative ad reprobos, pauci sunt.

« Secundo, prædestinati sunt veluti Reges et Principes, reprobi vero uti ipsorum famuli et servi. Sed quilibet Rex multos debet habere servos, et semper sunt plures servi et famuli, quam principes et domini. Ergo et plures reprobi quam electi.

« Tertio, omne pretiosum solet esse rarum et non vulgare, ut constat in lapidibus pretiosis. Sed Prædestinati in Scriptura lapidibus pretiosis comparantur ; reprobi vero stercori et luto. Ergo Prædestinati pauci sunt, comparative ad reprobos. » (1)

« Hoc præmisso, restat difficultas et controversia inter Theologos, an ex Christianis, qui vere tales sunt et qui in fide Christi et S. Romanæ Ecclesiæ obedientia vivunt et moriuntur, plures sint prædestinati quam reprobi ?

« Partem affirmativam tenent Silvester, Suarez, Granado et Ruis, qui plures ex Catholicis salvari putant ; et inter hos Ruizius, devoto sexui favens, asserit plus feminas esse prædestinatas, quam viros.

« Sententia tamen negativa *communior* est inter Theologos, *ut fatetur Suarez ;* eamque docent Cajetanus super cap. XXV Matth ; Vasquez et Molina super S. Thom. P. I. q. cit. art. 7 ; Alvarez *De auxiliis* disp. 43 ; Philippus a S. Trinitate in S. Th.

1. Gonet. Clypeus theol. thomist. Tr. V. Disp. IV. Digres. 2. Edit. Vivès. T. II. p. 362.

l. c. disp. 17, dub. 4. — Et ex Scripturæ interpretibus Nicolaus de Lyra, Maldonatus, Cornelius a Lapide, Carthusianus aliique. »

« Placet breviter ostendere sententiam quæ asserit ex fidelibus, multo plures esse reprobos quam electos, Scripturæ, SS. Patribus et historiæ ecclesiasticæ, magis esse consonam, quam aliam. »

Deinde modo consueto exponit notissimos textus : *Multi sunt vocati, pauci vero electi,* et *Domine, si pauci sunt qui salvantur ? Contendite,* etc.; quam interpretationem confirmat Patrum textibus.

« Præterea, addit, Isaïæ XVII et XXIV, numerus electorum comparatur paucissimis spicis, quæ a messoribus relinquuntur in agro, et rarissimis olivarum baccis, quæ, excussa olea, remanent in ramorum cacumine, vel paucis uvarum granis, quæ remanent in vinea, finita vindemia.

« Quod potest confirmari ex Ep. ad Colos. I. 12, ubi loquens de electis, inquit Apostolus : « *Qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum.* » Et « *nos sorte vocati sumus.* » (Ephes. I. 11.)

« Ubi electos dicit esse *sorte* vocatos, ut eorum paucitatem designet. Nam sicut sortes, cum inter plura hominum millia mittantur, paucissimis tamen contingunt, ita paucissimis inter multa hominum millia sors prædestinationis contingit. »

33. — JOANNES BOSCO († 1684.)

Scotista, Ordinis Fratrum Minorum, in Academia Lovaniensi olim S. Theologiæ Lector jubilatus,

theologus profundissimus,dicit Hürter (1), in rebus summe arduis sæpe consultus, in sua Theologia Spirituali, Scholastica et Morali, ad mentem Doctoris subtilis, aperte tenet, æque ac Thomistæ, doctrinam communem Patrum.

« Conclusio : In libro vitæ 1°/ major pars Angelorum ; — 2°/ minor hominum ; — 3°/ maxima vere fidelium (non tamen adultorum) scripta est.

« *Minor pars hominum salvatur,* tametsi omnes sint ordinati ad salutem, et habeant auxilia sufficientia.

« Igitur disparitas inter homines et Angelos est, quod hi in via non habuerint tot et talia obstacula, quot et qualia habent homines.

« Porro maximum obstaculum est rebellio appetitus sensitivi. Illud autem impedimentum non fuit in Angelis, ut patet.

« Atque adeo secunda pars conclusionis nostræ, (i. e. minor pars hominum salvari) non repugnat primæ (scil. de majore parte Angelorum) ; neque ex prima sequitur oppositum secundæ.

« Favet secundæ parti Scriptura sacra. Matth. VII, 13, *Intrate per angustam portam*... XX, 16: *Multi sunt vocati, pauci vero electi.*

« Unde hæc pars conclusionis *est de fide* scilicet : minor pars hominum est in libro vitæ. — Etiam, inquit Smising, experientia confirmatur....

« Si comparatio fiat inter solos fideles adultos, satis probabile est, plures esse reprobos quam præ-

1. Nomencl. Litter. T. II p. 538.

destinatos. Quod suadet communis modus vivendi fidelium, et illud Matth : « Arcta est via ad vitam, et pauci sunt qui inveniunt eam. » (1)

34. — P. GERVASIUS BRISACENSIS. (FL. 1690)

1° — « Si loquamur de omnibus hominibus, tam infidelibus quam fidelibus, certum est plures esse reprobos quam electos. Patet expresse Scriptura sacra.

2° — « Sola difficultas est de catholicis. Circa hos duæ sunt sententiæ. Prima est, ex his plures esse electos....

« Ratio est, tum quia plurimi infantes ante usum rationis cum Baptismo decedunt.

« Quod si quæras quid ego sentiam ? *Resp.* mihi de bonitate Dei sentienti, primam sententiam quidem magis placere. Vel potius dicam, hoc nobis omnino incertum esse.

« Tu igitur qui, ex misericordia et gratia Dei, pusillo gregi es adscriptus, cave, ne gratia ejus in te vacua sit, ac ne Episcopatum tuum accipiat alter. Satage, ut per bona opera certam vocationem tuam facias. Quidquid enim de gratuita electione speculemur, certum est de fide, quod non nisi bene agentibus vita æterna retribuatur. » (2)

1. L. c. T. I. De Prov. div. Disp. III. Sect. 3. conclus. 8. p. 115.

2. Curs. Theol. Tr. 3. D. 3. N° 154-159. Edit. Colon. 1716. T. I. p. 266 et seq.

35. — SALMANTICENSES. (FL. 1630-1712.)

« Inquiri posset, an sit major numerus reproborum, quam electorum ? — Et rursus, an *ex fidelibus* major pars sit ex electis, an vero ex reprobis ?

« De primo *constat* ex Matth. XX et VII et ex Isaiæ XXIV, ubi paucis olivis, et racemis remanentibus post vindemiam, comparat electos collatos cum magno numero reproborum.

« De secundo vero, quia non potest certa ratione vel auctoritate diffiniri, dixit D. Thomas, rem hanc soli Deo esse cognitam ; propterea speciale dubium circa illud non excitabimus. (1)

36. — CARDINALIS DE LAUREA. († 1693)

Olim Brancatius, Consultor S. Officii, Congregationis Rituum, et Examinator Episcoporum, a Summis Pontificibus Alexandro VII, Clemente IX, Clemente X et Innocentio XI, tam propter eminentem virtutem quam propter profundam scientiam magni habitus ; in opusculo suo *De Prædestinatione* cap. XIX rogat « an prædestinatorum numerus major sit numero reproborum ? » — Respondet : « Adverte quod comparatio hæc fieri potest tripliciter :

« Primo inter fideles et infideles.

« Secundo inter ipsos fideles.

« Tertio inter homines et angelos, cum infidelibus solis, vel cum hisce et dæmonibus.

1. *Cursus theol.* (dogm.) : *De prædestin., disp. X, dub. II, annot. circa artic. VII.*

« Dico 1°, si comparatio fiat inter fideles seu *christianos* tantum, *fauciores sunt prædestinati quam reprobi*. Probatur ex clarissima Christi attestatione Matth. XXII, 16 et XX, 14 : *Multi sunt vocati*, etc.— Inquit Lyranus, moraliter hanc parabolam significare, quod a principio mundi, vocati fuerunt homines ad fidem, ut Adam, filii ejus, etc. — Sic in prosecutione Enoch, etc. — Postea Noë cum filiis, etc. — Et sic prosequente, de Abraham et aliis in lege Moysi, et tandem omnes Christiani, in lege Christi, et ex hisce omnibus, in omni lege vocatis in vinea Domini, id est in Ecclesia, ac cœtu fidelium, pauci sunt electi. Et utinam ita non esset !....

« In secundo loco Matthæi « *multi sunt vocati* », Interlinearis aït : « ad regnum », — et Lyranus inquit : « Multi sunt vocati ad fidem catholicam, pauci vero electi ad gloriam, quia pauci sunt, scilicet comparative, respectu illorum, qui vocati sunt ad fidem.

« Dico 2°, si *tota hominum multitudo* consideretur, major putatur numerus reproborum quam prædestinatorum.

A/ Probatur ex pluribus S. Augustini locis.

1° Ex Epist. 157, alias 190, ad Optatum, in qua dicit : Tam multos autem creando nasci voluit, quos ad suam gratiam non pertinere præscivit, ut multitudine incomparabili plures sint illis quos in sui regni gloriam filios promissionis prædestinare dignatus est; ut etiam ipsa rejectorum multitudine ostenderetur, quam nullius momenti sit apud Deum justum, quantalibet numerositas justissime damnatorum. » (1)

1. Patr. Lat. T. 33, col. 860, n° 12.

2° Ex libro XXI de *Civitate Dei,* capite 12 : « Quanto magis homo fruebatur Deo, tanto majore impietate dereliquit Deum, et factus est malo dignus æterno, qui hoc in se peremit bonum, quod esse posset æternum. Hinc est universa generis humani *massa damnata :* quoniam qui hoc primitus admisit, cum ea quæ in illo fuerat radicata sua stirpe punitus est, ut nullus ab hoc justo debitoque supplicio, nisi misericordia et indebita gratia liberetur ; atque ita dispertiatur genus humanum, ut in quibusdam demonstretur quid valeat misericors gratia, in cæteris quid justa vindicta. Neque enim utrumque demonstraretur in omnibus ; quia, si omnes remanerent in pœnis justæ damnationis, in nullo appareret misericors gratia redimentis ; rursum, si omnes a tenebris transferrentur in lucem, in nullo appareret severitas ultionis. *In qua propterea multo plures quam in illa sunt,* ut sic ostendatur quid omnibus deberetur. » (1)

B/ Probari potest ex facto historico. — En dictorum synopsis :

Ante diluvium, pauci justi. Deus dicit cunctum genus humanum male agere. Noë dicitur invenisse gratiam apud Deum. Tempore diluvii aliqui salvati.

Post diluvium non legimus multos justos usque ad confusionem linguarum. Ab eo tempore legitur invaluisse idololatria generaliter.

Pergit deinde auctor atque ita concludit : « Ad rem ergo nostram redeuntes, clare colligitur quod

1. Ibid. T. 41. col. 727. — Cfer. Brev. Rom. Dom. Sept. 2m noct.

ante Christi adventum paucissimi fuerunt fideles, et inter eos non est verisimile, quod non adfuerint innumeri, imo *fere omnes reprobi;* ideoque facta omnium nationum comparatione, ab effectu infertur, quod *paucissimi* fuere prædestinati.

« Post autem Christi adventum usque ad nostra tempora, quales quantæque nationes fuerint, modoque sint fideles, et inter fideles, quot adsint iniqui, nemo ignorat.

« Dicendum ergo, quod plures absque comparatione sunt reprobi, quam prædestinati. »

37. — SEGNERI, S. J. († 1694.)

« Quod ergo uno ore nos docent sancti Doctores, id amplecti debemus tamquam veritatem. Sancti autem isti Doctores communi consilio existimant *plures esse christianos qui amittunt, quam qui consequuntur Paradisum.* » (1)

38. — THOMASSINUS. († 1695.)

« Inde fit etiam ut pauci eligantur, pauci ex illa damnationis massa extrahendi prædestinentur ad gloriam, ut qui extrahuntur, quum nihilo se melioris sortis fuisse intelligant, quam qui dimissi sunt, et tanto sint et divinæ misericordiæ gratiores et ad humilitatem proniores. » (2)

1. *Il Christ. instruito.* Part I. Ragion. 5. nº 3. — Edit. Milan. 1854. T. III. p. 51. — Vide hic infra. cap. VI.

2. *Dogmata Theologica.* Edit. Vivès. T. II. p. 145.

39. — THOMAS MUNIESSA, S. J. († 1696.)

Qui a clarissimo Hürter (1) « theologus famosus » vocatur, olim in Collegio Barcinonensi primarius S. Theologiæ professor, Collegii Rector, Aragoniæ Provincialis, S. Inquisitionis Hisp. qualificator, necnon pro Diœcesi Barcinon, et Archidiœces. Cæsaraugustanæ Examinator synod, etc., sequentia scribit in opere suo, raro et pretioso, cui titulus : *Disputationes scholasticæ de Providentia Dei.* (2)

« Scripsit Hilarius ad Augustinum de Massiliensibus : « Illud pariter non accipiunt, ut eligendorum recipiendorumque esse definitum numerum velint. » — Contra quos, aut quosvis alios, certum nobis esse debet, certum Deo esse numerum tam Prædestinatorum quam reproborum, quamvis nobis sit incertus et ignotus, et solum scibilis ex Dei revelatione. Hoc tamen supposito, quærunt Theologi, an major sit numerus prædestinatorum quam reproborum, an è contra ? At neque in hoc habemus aliquid certum ; nec possumus nisi cum distinctione loqui.

« Dicendum videtur : 1° ex collectione *omnium hominum et angelorum*, majorem esse numerum prædestinatorum.

« 2° Ex collectione *omnium omnino hominum*, majorem esse numerum reproborum. Quia constat, multo majorem fuisse fere semper in orbe terrarum numerum infidelium et gentium barbararum, quam fidelium : usque adeo ut comparatione earum dici

1. *Nomenclator* T. II pag. 348.
2. De Reprobatione. Disp. XVI, Sect. 4. pag. 296.

possimus : *pusillus grex*. — Hoc intellige de damnatis ad pœnam *damni*, non ita de damnatis ad pœnam damni *et sensus;* propter ingentem multitudinem parvulorum in tot infidelium provinciis, qui cum solo originali moriuntur, damnandi dumtaxat ad pœnam damni.

« 3° Ex collectione *omnium fidelium adultorum et parvulorum,* majorem esse numerum prædestinatorum. Quia inter Fideles (et similiter inter Hæreticos et Schismaticos valide baptizantes) tot fere moriuntur parvuli baptizati, qui omnes salvantur, quot adulti, quorum certo multi salvantur, ut recognitis libris Parochiarum curiose observavit Montoya citandus...

« 4° Ex collectione *fidelium adultorum,* uter numerus sit major, an Prædestinatorum an Reproborum,

A/ piam esse aliquorum æstimationem, quos sequuntur Suarez, lib. 6, cap. 3 ; — Granadus, Tract. 12, Disp. 3, cap. 5, — Cardin. Pallavicinus 1. 2. disp. 2, q. 3, — pro majori numero prædestinatorum.

B/ Cæterum stant, è contra, pro majori numero Reproborum **communiter** Doctores, tam Scholastici quam expositivi, cum maximo fundamento in Scripturis et in Sanctis Patribus, et ex fortioribus conjecturis, videndis copiosissime apud eruditissimum Montoyam, Disput. 54, apud quem videri exactissime potest, quidquid in hoc puncto sparsim legitur in aliis, tam pro Scholis ad disputandum, tam pro concionibus ad populum.

« Ergo non audeo ferre sententiam. »

Hæc Muniessa, qui tamen nostram opinionem vocat *communem apud theologos*.

40. — BOUDON. († 1702.)

En quæ missis ambagibus scribit pius hic archidiaconus et S. Theol. Doctor :

« Ce ne sont pas seulement les Pères de l'Eglise, ce ne sont pas seulement les Prophètes et les plus grands Saints qui nous ont appris qu'il y a peu de personnes sauvées ; c'est un Dieu qui est venu de l'autre monde, qui sait toutes choses, à qui rien ne peut être caché, qui nous l'a révélé....

« Il n'y a donc plus à douter. *C'est une chose infaillible et de la dernière certitude*, qu'il y a peu *de personnes sauvées ;* il faut que toutes les personnes en conviennent, mais qu'il y en a peu qui en soient fortement persuadés !...

« Cependant quoique nous devions être persuadés sans en pouvoir douter, à moins que de donner un démenti à un Dieu, qu'il y aura peu de personnes sauvées, nous vivons comme si nous n'avions aucun sujet de peur, et comme si le ciel nous était assuré...

« O grande, ô infiniment étonnante vérité, mais dont la certitude est infaillible : Il y a peu d'élus : c'est ce qui a jeté la dernière terreur dans de très grands Saints, et des Saints qui n'ont jamais perdu leur innocence baptismale ; en des personnes qui ayant toujours vécu dans l'innocence, ont toujours vécu dans la pénitence. Dans quel état donc doivent être les pécheurs, qui passent leur vie dans les plaisirs des sens ? » (1)

1. *Dieu inconnu.* Chap. V. Edit. Avignon. 1834. pag. 113.

41. — BOURDALOUE, S. J. († 1704.)

Quem supra, capite I, jam audivimus clare dicentem : « Il est constant que le nombre des élus sera le plus petit, et qu'il y aura incomparablement plus de réprouvés....

« Hé ! qu'y a-t-il de plus marqué dans l'Evangile que ce petit nombre des élus ? qu'y a-t-il que le Sauveur du monde, dans ses divines instructions nous ait déclaré plus authentiquement, nous ait répété plus souvent, nous ait fait plus formellement et plus clairement entendre ? » (1)

42. — PP. WIRCEBURGENCES, S. J.

« Numerum electorum,.... comparate ad reprobos fore exiguum, satis aperte docuit Christus ; subscribunt Patres; confirmat ratio, ex partium enumeratione : quia *ante* Christum natum totus fere mundus fuit infidelis, *post* Christum adhuc pars mundi major jacet in infidelitate : inter Christianos multi sunt *hæretici* et *schismatici:* inter fideles improbi multi. Sunt tamen, qui e christianis plures salvari conjiciunt, siquidem parvuli unà cum adultis numerentur : sed nec hoc definiri certo potest. » (2)

43. — BOSSUET. († 1704)

Maximis theologis non immerito adnumerat P.

1. *Pensées sur le salut.* — Petit nombre des élus. Migne. Orat. Sacr. T. XVI. col. 617.

2. De Deo uno. nº 224. Edit Paris. 1853. T. II. p. 223.

Hürter oratorem hunc « quo Galli maxime gloriantur, quemque propter ingenii sublimitatem Aquilam Meldensem dicere solent. » (1) Scribit autem : « Le petit troupeau est partout, et partout il fait partie de la grande Eglise.

« Comme les élus, *qui sont peu,* font partie de ces appelés qui sont en grand nombre, la voie étroite des commandements et la sévère vertu est aussi partout ; et quoique peu fréquentée par la malice des hommes, elle leur est montrée dans toute la terre. Le petit nombre de ceux qui y entrent, quoique grand en soi, plus ou moins, et petit seulement à comparaison de ceux qui périssent, écoute le même Evangile qui les a appelés. » (2)

Et in Meditationibus super Evangelium eloquenter sensum suum ostendit : « Il y a beaucoup d'appelés et peu d'élus. Jésus-Christ nous en a souvent avertis.

« Cela est vrai, premièrement parmi les Juifs...

« Mais le Sauveur ne parle pas seulement des Juifs à l'endroit que nous lisons de la parabole, car c'est après nous avoir fait voir les gentils appelés en la personne de ces aveugles et de ces boiteux, qui sont invités à son festin, qu'il conclut, « qu'il y a beaucoup d'appelés et peu d'élus. Efforçons-nous donc d'entrer par la petite porte qui mène à la vie ; car la voie qui mène à la mort est très spacieuse, et plusieurs y entrent. Qu'il y en a peu, » poursuit le Sauveur, « qui entrent par la voie étroite ! »

1. Nomencl. litt. T. II, nº 381.
2. Seconde instr. past. sur les promesses de l'Eglise.

« Il y en a donc beaucoup d'appelés et peu d'élus. Mais la condition de ces appelés, qui ne persévèrent pas dans leur vocation, est plus terrible que celle des autres ; car ils sont ces serviteurs « qui ont connu la volonté de leur maître sans la faire », qui seront les plus punis. Tyr et Sidon et les Ninivites s'élèveront contre eux, et « le jugement de ces villes ingrates sera léger », en comparaison de celui que doivent attendre les chrétiens infidèles à la grâce qu'ils auront reçue. O Jésus, ô Jésus ! « sauvez-moi de l'iniquité du peuple pervers » ; sauvez-moi, car l'iniquité s'est multipliée parmi les enfants des hommes, « et on ne voit point de saint. » Tout est plein de ces appelés qui ne veulent pas seulement penser à leur vocation, *ni se souvenir qu'ils sont chrétiens.*

« *Ne vivons pas comme la plupart*..... ne disons pas : Tels et tels font ainsi, à qui on le souffre, et ne nous excusons pas sur la multitude ; car la multitude elle-même est inexcusable. Si Dieu eût craint la multitude, il n'aurait point consumé ces villes abominables par le feu, ni noyé tout l'univers dans le déluge.

« *N'alléguons point la coutume ;* car Jésus-Christ a dit : « Je suis la vérité » : on ne prescrit pas contre Dieu. « Chacun portera son fardeau », et on ne nous jugera pas par les autres.

« Rangeons-nous avec ce petit nombre d'élus que le monde ne connaît pas, mais dont « les noms sont inscrits dans le ciel » ; à qui le Sauveur a dit : « Petit troupeau, ne craignez pas » ; petit en nombre, petit

en éclat, et la balayure du monde, qui est caché avec Jésus-Christ ; mais aussi qui paraîtra avec lui.

« O petit nombre quel que tu sois, et en quelque coin de l'Eglise que tu te caches, je me joins à toi en esprit, et je veux vivre à ton ombre » (1)

44. — F. VERSCHUREN S. T. DOCTOR. (INITIO SÆCULI XVIII.)

Fusius citamus hunc auctorem, utpote qui quæstionem nostram *ex professo* tractavit.

Edidit enim librum, 378 paginarum, cui titulus : « *Via arcta cœli asserta,* ubi contra Doctorem Steyaert demonstratur, plures e fidelibus adultis damnandos, quam salvandos. » (2)

In præfatione hujus libri, ita quæstionem definit : « Quod ergo quæritur, hoc est : Sintne plures ex Catholicis adultis salvandi quam damnandi ; an contra, damnandi sint plures, quam salvandi ?

« Priorem sententiam cum Neotericis (3) aliquot propugnat F. Steyaert. Putat enim viam cœli, quam ipsa Veritas æterna dixit arctam esse et angustam, atque a paucis inveniri, calcari passim a Catholicis, si modo vivant ut plerique alii vivere communiter assolent. Nam *angusta porta,* de qua Matthæi VII, *est,* inquit Thesi defensa 16 Julii 1695, *porta Reli-*

1. Méd. sur l'Ev., Dern. sem. du Sauveur. 34e jour. — Edit. Paris. Œuvres comp. T. V. p. 524.

2. Editio secunda, correctior et auctior. Leodii 1706, apud H. Hoyoux, e regione PP. Jesuitarum, sub S. Francisco Xaverio.

3. Jure merito *neoterici* vocantur hi assertores ; etenim ante ortum Protestantismum, nullus auctor tenuit eorum opinionem.

gionis Christianæ, etiam quatenus a vulgo Fidelium (ne ad nescio quos rigores restrictio fiat) observatur.

« Ex quo patet majorem partem ex promiscua plebe Fidelium, juxta D. Steyaert, salvandam...

« Satis benigna est hæc sententia, nec fieri potest quin ambabus eam ulnis amplexura sit promiscua Fidelium turba, quibus nihil potest contingere auditu jucundius, quam quod jubeantur esse de sua salute securi, dummodo Religionis christianæ regulas observent, ut fere assueverunt ejusdem conditionis alii quibuscum vivunt ; potissimum si insuper ii, quibus contraria sententia magis placeret, explodantur ceu homines quidam exotici, qui ad nescio quos rigores vitam christianam restringant.

« Et nos quidem eidem sententiæ facile subscriberemus, si quam est benigna, tam esset etiam vera. Quis enim Catholicus non læto animo audiat, Fideles passim consecuturos salutem suam æternam ?

« Verum non est nobis animus quærere quid desiderabilius, sed quid sit verius.

« Non propterea salvabuntur plures, quod quis scriptor plures salvandos arbitretur. — E contrario, ex asserta leviter omnibus salus æterna, pronum est fieri, ut segnes multi, et in bonis operibus ignavi reddantur, ideoque præcise salventur pauciores. Etenim, si fidelibus semel persuasum fuerit, plerosque eorum sic facile, uti vivunt, cum maximo numero, salvandos, profecto non ita multi erunt qui vim facient in regnum cœlorum... Vivent illi, prout vivere conspexerint multitudinem aliorum, quorum interim vita toto cœlo distat a cœlo. Bonos se chris-

tianos, quantumvis de spiritu Christi nihil, vel parum habeant, reputabunt ; sed non ob hoc justificabuntur. Terribilis est sententia Spiritus Veritatis : « Est via quæ videtur homini justa ; novissima autem ejus deducunt ad mortem (1). »

« Unde præfatam D. Steyaertii opinionem, quia falsam et summe perniciosam esse non dubitamus, refellendam hic suscepimus. »

Deinde relate ad usum propriæ suæ doctrinæ sapienter admonet prudens Verschuren : « Nunc etiam catholicos rogatos cupimus, ut sententiam hanc nostram, et quæ pro ea produximus argumenta, qua par est prudentia proponant fidelibus.

« Cavebunt ergo pronuntiare certum numerum hominum, qui in tali pago, vel in tali civitate, tantum sint salvandi.

« Non definient quod plures viri quam feminæ sint salvandi, vel contra.

« Nec simpliciter edicent paucos mortales esse salvandos, cum sint salvandi pene innumerabiles.

« Nam ejusmodi prophetiæ solent esse prorsus temerariæ, falsæ, odiosæ, subministrantes materiam risus et vaniloquii, aptæ interdum quosdam agere in speciem desperationis.

« Nec est quod verbis aliquot S. Chrysostomi sese tueantur tales declamatores. Quod enim prudenter dixit Præsul incomparabilis, in quo eximia sanctitas certabat cum pari eloquentia, id non debet trahi in exemplum a Sacerdotibus, vulgaris auctoritatis, qui

1. Prov. XIV. 12.

parum, et sæpe nihil commune habent cum tanto viro.

« Lubenter fatemur, locutiones non modo hujus eximii Confessoris, sed aliorum magnorum virorum, quos citamus, suaviter, non semper tenaciter ad litteram esse explicand · licet existimemus, utcumque sensu naturali et toler· i capiantur, semper probare id, quod iis probatum olumus. Hanc ob causam nequidem commemorandas putavimus, varias revelationes circa paucitatem salvandorum. Non illam quam S. Nilus accepisse contendebat S. Simeonem, cognomento Stylitam, quasi ex decem millibus, vix una anima per manus Angelorum perduceretur ad cœlum, ut refert Baronius ad annum 976.

« Non eam, qua manifestatum fuisset, die obitûs S. Bernardi ex triginta hominum millibus, quinque dumtaxat fuisse salvatos.

« Nec illam, quam refert Platus *de statu religioso* Lib. I cap. 5, quasi ex sexaginta millibus, tres tantum fuissent adepti salutem. — Non credimus talia.

« Sed nec incertis revelationibus veritas aliunde certa indiget. Languidis istis argumentis aliunde quantumvis firma, redduntur suspecta.

« Itaque censemus sic adornandas hac in re instructiones, ut fideles discant cum metu et tremore salutem suam operari ; ut non sequantur turbam ad faciendum malum ; ut optimos quosque studeant audire et imitari.

« Quod si Orator christianus animadvertat, nimio forsan timore perculsos auditores suos, conabitur eosdem in spem erigere Divinæ misericordiæ, proposita etiam multitudine electorum, quos ubique

terrarum servavit et usque in fines sæculorum servabit sibi Deus. Utilissimum in hanc rem fuerit admonere Catholicos verbis S. Augustini, Lib. *de dono Perseverantiæ* cap. 22 : « Vos itaque ipsam obediendi perseverantiam a Patre luminum, a quo descendit omne datum optimum et omne donum perfectum, sperare debetis, et *quotidianis orationibus poscere,* atque hoc faciendo confidere, non vos esse a prædestinatione populi ejus alienos, quia etiam hoc ut faciatis, ipse largitur. » (1)

Quæ verba, tantopere cum verbis ac doctrina S. P. N. Alphonsi consonantia, libentissime nostra facimus.

45. — DIONYSIUS WERLENSIS. O. F. C. († 1709)

Secundum Hürter, (2) vir pius et multæ lectionis, pacisque et concordiæ perquam studiosus, in opere suo cui titulus; *Pseudo-pœnitens, sive doctrina Ecclesiæ catholicæ, solemniorumque Doctorum de vera pœnitentia,* hæc habet :

« Plurimi damnantur, eo quod male suscipiunt Sacramenta. Ille Doctor orbis terrarum, cui intempesta nocte lucubranti adstare et in aurem dictare visus est S. Paulus Apostolus, sanctus inquam Joannes Chrysostomus, Hom. 3. in Act. Apost. ita fatetur : « Non temere dico, sed ut affectus sum ac sentio : Non arbitror inter sacerdotes multos esse

1. Verschuren, l. c. p. 5-16.
2. *Nomencl. Litt.* T. II p. 669.

qui salvi fiant, sed multo plures qui pereant. » — Et Hom. 40 ad pop. Antioch. generaliter loquens : « Quot, ait, putatis esse in hac civitate nostra, qui salvi fiant ? Infestum est, quod dicturus sum ; dicam tamen : Non possunt inveniri in tot millibus centum, qui salventur : quin et de his dubito...

« Unde communior Doctorum sententia est, quod plures, non tantum ex universo genere humano, *sed etiam ex ipsis Catholicis adultis damnentur, quam salventur.* » (1)

46. — HENNO. († 1713)

« In comparatione pereuntium pauci sunt qui salvantur. Sed an *ex veris fidelibus* plures salventur quam damnentur ?... *Plures damnari, communior est sententia et conformior Patribus.* » (2)

47. — PAUWELS. († 1713)

Practicus hic auctor, prius enuntiat sententiam communem : «Post tam clara Scripturæ loca, *dubitare non licet, quin sint multo plures reprobi, quam electi.* »

Deinde quærit « cur Deus permittere voluerit, ut reproborum quam electorum major sit numerus ? »

Respondet : « Cur Deus permittat reprobos esse, aut etiam vivere ? »

Dein, cum S. Augustino, quatuor indicat rationes :

1° Ut Deus justitiam suam manifestam faciat.

1. Edit. Leod. 1692. cap. IX. pag. 274.

2. Theol. Dogm. ac schol. Tract. I. Disp. IX. quæst. 7. Edit. Decar. 1713. pag. 302.

2° Ut ostendat quid valeat liberum arbitrium, sua omnipotentissima gratia non adjutum.

3° Ut electus agnoscat Dei in se misericordiam, qui eum ex eadem massa eripuit.

4° Ut electus per reprobos exerceatur et inde majorem in bono profectum faciat. Sicut Apostolus ait : *Oportet hæreses esse, ut probati manifesti fiant inter vos.*

Funditus autem dicendum cum eodem S. Augustino, Lib. II contra Julian. : « Consilium Dei *velle* nosse multorum est : *nosse* autem vel paucissimorum hominum, vel omnino nullorum. » (1)

Sed et nos in hoc tractatu *De paucitate Salvandorum* nequaquam conamur inscrutabilia penetrare consilia Dei ; simpliciter *factum* hujus paucitatis probamus.

48. — ANT. GINTHER. (Scripsit a. 1717.)

Ita incipit considerationem « De exiguo salvandorum et electorum numero » : « Cogito, et recogito, nec tamen satis cogitare et recogitare possum, quare homo Christianus, qui a Deo in hunc finem creatus est, ut Domino ac Deo suo hic in vita inserviat, eumque laudet ac revereatur, ac tandem æternum salvus fiat, his tamen non obstantibus, æternæ salutis et finis sui tam parum memor vivat, imo magnis quotidie passibus in interitum suum currat !

« *O gens absque consilio et sine prudentia!* (Deut. XXXII. 28.)

« An non tinniant ambæ aures vestræ, dum ab ore

1. Theol. pratic. De fide et Symbolo. Cap. XIV. N° 46. Edit. Antverp. 1824. page 440.

Veritatis hanc verissimam et irrefragabilem percipitis sententiam : *Intrate per angustam portam*, etc. (Matth. VII, 13) S. Lucas habet : *Contendite* (XIII, 24), et textus græcus : *Agonizate*, hoc est, summas et extremas exerite vires, ut possitis per hanc angustam portam et arctam viam intrare ad vitam. Et tamen, eheu ! quam pauci mortalium inveniunt eam ! Et si hæc est vox æternæ Veritatis et Sapientiæ, cur, quæso, non serio animam nostram salvare satagimus ?

« Sed accidit nobis, pro dolor, quod arboribus, tempore vernali innumeris propemodum floribus onustis, sæpenumero solet evenire, ubi successu temporis vel per pruinam, vel per grandinem aut ventorum furias, deperditis ejusmodi floribus, vix tandem unus alterve maturus fructus in autumno est inveniendus.

« En typum salvandorum, dum omnes quidem ad salutem vocati sunt, sed pauci sunt electi, quia *pauci vocationi suæ et gratiæ Dei excitanti cooperantur usque in finem.* » (1)

49. — COLLET. († 1718)

Ejus effatum serio perpendant Sacri Ministri omnes : « Quæres : An major sit prædestinatorum numerus, quam reproborum ?

« Respondetur : non esse, sed e contra. » — Post textus Scripturæ Sacræ, rationes quasdem indicat, quarum ultima hæc est : « 4° E fidelibus, quin et,

1. *Currus Isr. et auriga ejus.* Ed. 4ª. — T. I. pag. 121.

flens dico, ex altarium Ministris, innumeri, improbis moribus, fidem suam negant. » (1)

50. — LASELVE, (Scripsit 1727.)

In analysi concionis suæ « De paucitate salvandorum, » scribit : « *De fide est,* electorum et salvandorum numerum esse parvum, cum Christus dixerit paucos esse electos. »

Deinde in corpore sermonis : « Hoc enim satis dilucide sacra declarat Scriptura, hoc sancti Patres perspicue explicant, hoc Theologi docent, et hoc ipsa ratio naturalis dictat.

« 1. *Ex omnibus omnino hominibus pauci electi.*

« Quia *qui non credit jam judicatus est,* aperte constat, ex omnibus hominibus simul sumptis, paucos et paucissimos esse electos et salvandos, respectu reproborum et damnandorum... Hoc sane credendum, sed hoc paucissimi credunt. Si enim, respectu reproborum, paucos esse electos firmiter crederemus, quis non trepidaret ? Quis sancte et pie vivere non satageret ? Quis per angustam portam, qua pauci transeunt, intrare non contenderet ?

« 2. *Ex omnibus Christianis pauci electi.*

« O rem sanguineis lachrymis lugendam ! Tanta est dæmonis astutia, tanta sæculi perversitas, tantaque hominum malitia, ut ex ipsis Christianis pauci salventur. Non quod eis deficiat salutis gratia, sed quia ipsi gratiæ deficiunt ; non quod cœli ostium eis

1. Tract. *de Deo.* Cf. VIII, art. 7. Edit. Paris 1757. Tom. I. p. 238.

non sit apertum, sed quia ipsi intrare nolunt ; non quod eis non dentur media ad salutem necessaria, sed quia ipsi mediis sibi datis uti renuunt.

« 3. *Ex omnibus catholicis adultis pauci electi.*

« Si de solis catholicis adultis instituatur sermo, dico *ex his plures damnari, quam salvari.* Seu, quod idem est, dico *ex Catholicis omnibus adultis paucos esse electos,* respectu reproborum. — Mente revolve, inquit Ludovicus Granatensis, quamcumque volueris ex civitatibus celebrioribus, in quibus veræ, puræ et sinceræ Religionis extent adhuc vestigia.

«Perambula porro, non dico tabernas et loca publica, quæ mendaciis, ebrietatibus et imposturis sunt dicata, sed ipsas domos vicinorum, et audies undique execrationes, juramenta et blasphemias. Adi, si velis, aulas, tribunalia, officinas, nundinas, militiam, fora, naves, currus, privatas ædes, et ibi puerorum, adolescentum, puellarum, virorum, senum perjuria, fraudes, convicia, odia, temulentiam, lasciviam, aliaque vitia observabis. Intra, si liceat, in ipsas ecclesias et loca sacra ; et ibi sacrilegia, profanationes, irreverentias, aliaque Christiano nomine indigna adnotabis. Quocumque tandem te vertas, si catholicorum mores *serio* examinaveris, (non ut R. P. Castelein,) tot videbis negligenter, indisciplinate et turpiter vivere, ut nec dubitare possis, respectu etiam catholicorum, verum esse sermonem Domini, dicentis : *Multi sunt vocati, pauci vero electi.* » (1)

1. Laselve. *Annus Apostol.* — Conc. pro Dom. Sept. Edit. Leod. 1727. T. I. pag. 177 et seq.

51. — DAELMAN. († 1731)

« Alte nobis sit impressum longe plures *perire* quam *salvari ;* idque Salvator significavit, dum dixit *multos* esse *vocatos, paucos* vero electos ; item dum dixit viam *arctam* esse, quæ ducit ad *vitam ; latam* vero quæ ducit ad perditionem : et hæc *veritas* facile ab *experientia* cognoscitur.

« Sed petes : an inter *Catholicos* plures *salventur* quam *damnentur,* vel contra ? Resp. Quis scit ? Plane illud est incertum...

« Quod plures e *Catholicis* salventur, quam damnentur, opinio est et conjectura Domini Steyaert, quam pluribus auctoritatibus, tam ex Scriptura quam SS. Patribus petitis, oppugnat Doctor Verschuren ; nec diffitendum, quin et multi etiam nunc cum ipso sustineant plures e *Catholicis* damnandos esse quam salvandos ; equidem argumenta, quibus id convincere conantur, non tam efficacia sunt, quam sibi blandiuntur. » (1)

52. — JUDDE. S. J. († 1735)

In meditatione sua de Judicio particulari, puncto secundo, introducit Judicem supremum ita retundentem quamdam excusationem : — *J'ai vécu comme la multitude.* — « N'était-ce pas une raison de vous défier de votre conduite ? Quelle autre marque plus sensible de réprobation avais-je donnée, que celle

1. *Theol. seu observat, theol. in Summam D. Thomæ.* T. I. C. V. Obs. VIII. Edit. Lovan. 1759, pag. 308.

d'aller avec la foule ? — Selon moi, le chemin large, où devait-il aboutir ? « Lata porta et spatiosa via est quæ ducit ad perditionem. »

« *Peu d'élus, même en religion,* si l'on vit en religion à peu près comme dans le monde, sans faire tous ses efforts pour entrer par la porte étroite. « Contendite intrare per angustam portam.... Multi vocati, pauci electi. » (1)

53. — CARDINALIS GOTTI. († 1742)

Ad quæstionem : « An Major sit numerus Reproborum quam Prædestinatorum? » — Respondet affirmative cum Magistro suo S. Thoma, citatque textus consuetos.

Deinde addit : « Ex populo Israelitico, quot Idololatras, quot impios nobis demonstrat Scriptura !

« Post Christi adventum minima pars est, quæ Christum colit ; adeo ut ex quatuor mundi partibus, nec unam invenias integre Christianam.

« Ex Christianis, pars non modica schismatica est, aut hæretica.

« Ex Catholicis, si omnium status percurreris, quot male viventes inveniemus ; quam paucos, qui Dei legem, sine cujus observantia vita æterna non datur, exacte custodiunt !

« Hoc de sua ætate expresit David, Ps. XIII v. 3 : *Omnes declinaverunt ; simul inutiles facti sunt : non est qui faciat bonum, non est usque ad unum ! —* » (2)

1. Edit. Paris. 1833. T. I. pag. 168.

2. *Theol. Schol. Dogm.* Tract. VI. De Deo provisore. Quæst. IV. De Reprob. Dub. 3. nº XV. Edit. Venet. T. I, pag. 353.

54. — ANT. MAYR, S. J. († 1749.)

Eminens Religiosus propter doctrinæ modestiam et morum sanctitatem, insuper et Doctor universitatis Friburgensis et Ingolstadiensis, in suo opere inscripto : *Theologia Scholastica,* etc., quærit :

« An Deus omnes homines velit salvos fieri ? »
« — *Certum est ex collectione omnium hominum, plu-*
« *res reprobos quam beatos futuros :* et hoc desumitur
« ex verbis Christ, apud Matth. VII-13 et, item
« XX-16. — Ex fidelibus autem adultis plures dam-
« nari quam salvari existimat P. Segneri in Christiano
« Instructo, p 1. ubi suam opinionem ex Patribus,
« Theologis et ratione probat... Quidquid autem de
« hoc ultimo sit, *certum saltem est ex omnibus homini-*
« *bus plures damnari.* » (1)

55. — DAN. CONCINA. O. P. († 1756)

Nominatissimus theologus, qui licet auctorum merito dicatur rigidissimus, fuit tamen vir præstans virtutis pietatisque studio, magni factus a Benedicto XIV, qui ejus consilio in variis Ecclesiæ negotiis usus est.

Lib. I de locis theologicis, diss. II, ita inscribit caput VII : « Fidelium adultorum plures damnari quam salvari, omnium argumentorum genere demonstra-

1. De Deo Tr. I. Disp. IV. q. 2. a. 2. p. 140.

tur. » Et rogat : « Idemne de Sacerdotibus et Religiosis dicendum est ? » (1)

Quoad primum : « Convenit, ait, *penes omnes*, reproborum numerum longe majorem esse, si omnes homines catholici et hæretici, fideles et infideles simul comprehendantur.

« Quæstio ergo est de solis Catholicis adultis, Ecclesiæ filiis, exclusis parvulis.

« Scripturæ divinæ, sancti Ecclesiæ Patres, et communiter Theologi recentiores docent, plures adultorum fidelium damnari, et pauciores salvari. Hanc sententiam docent ultimæ ætatis Theologi communiter. » (2)

« Id indicare sufficiat, omnes in hanc eamdem concedere doctrinam. *Adversarios precamur ut vel unum S. Ecclesiæ Patrem adferant, qui doceat electorum numerum excedere reproborum multitudinem.* » (3)

Deinde eruditus ac fervens auctor, zelo in Neotericos incensus, quædam scribit, quæ attente perlegant infelices hi clerici, qui lectione librorum neotericorum misere decipiuntur : » Dum ex una parte universas Scripturas, omnium sanctorum Patrum voce, paucitatem salvandorum inculcantes audio ; — dum ex altera lego Auctores, qui Scripturas, *nullo antiquitatis Doctore suffragante*, tam peregrinis et ridiculariis interpretamentis nituntur diludere, ut jocari videantur ; — si immotum me negem, mentiar.

« Omnes Patres hanc tremendissimam quæstionem

1. Edit. Neapol. 1770. T. I. p. 304.
2. Ibid. p. 305.
3. Ibid. p. 313, nº X.

versant ; omnes ad unum paucitatem prædestinatorum inculcant ; quia omnes Scripturæ in sensu tum litterali, tum figurato id docent.

« Nihilosecius homines novissimi reperiuntur, qui vanissimis et ex arbitrio excogitatis distinctiunculis, Scripturarum et Patrum auctoritatem elidant ; **qui suam opiniunculam lingua vernacula imperito vulgo legendam præbeant !** Hæc serio meditans, cum Christo exclamo : *Quam angusta porta... pauci sunt qui inveniunt eam. Cavete a falsis Prophetis,* qui vident vana, et dulcia pollicentur. His Doctoribus claude, et aperi aures tuas Doctoribus Ecclesiæ,quos scimus Dei lumine perfusos. » (1)

56. — BILLUART. († 1757.)

« Comparative ad reprobos, *pauciores sunt qui salvantur quam qui damnantur*, ut ait Aug. Lib. 2 operis imperfecti contra Julianum, c. 142, juxta illud Matth. VII : *Multi sunt vocati, pauci vero electi.*

« Et patet quia christiani sunt pauciores quam infideles. Et inter christianos quot sunt hæretici alieni a communione Ecclesiæ, extra quam non est salus ?

« Utrum vero ex christianis catholicis minor sit numerus prædestinatorum quam reproborum, disputant Theologi, sed incertis utrimque fundamentis ; unde responsionem ut dubiam dimittimus. » (2)

1. Ibid. p. 316. nº XIII.
2. De Deo. Diss. IX. art. VII. Edit. 1747. T. II. p. 459.

57. — LAUR. BERTI, O. S. A. († 1764.)

« Magnus est electorum numerus, et valde exiguus, si comparetur cum numero damnandorum.

« Suadetur primo ex sacris litteris. Matth. enim VII. 14 legitur : *Angusta est porta, et arcta est via, quæ ducit ad vitam : et pauci sunt qui inveniunt eam.* Et Lucæ XIII, 24, cuidam Christum interroganti : *Domine, si pauci sunt qui salvantur?* Ipse respondit : *Contendite intrare per angustam portam : quia multi, dico vobis, quærent intrare, et non poterunt.* Item Matt. XXII. 14, *Multi sunt vocati, pauci vero electi.* Comparantur etiam prædestinati ab Isaïa, cap. XVII et XXIV, spicis quæ post messem in agro remanent, et granis uvarum racemisque residentibus in palmite post vindemiam. Deinde appellantur in Evangelio *pusillus grex*, non solum ob humilitatem, sed etiam ob majorem numerum reproborum, inquit Beda.

« Secundo probatur ex PP. — S. Augustinus in ps. 48 — S. Gregorius hom. XIV — S. Chrysost. Orat. XIV.

« Accedit evidentissima ratio : Triplex enim distinguitur hominum status, naturæ videlicet, legis et gratiæ, sive ab Adamo ad Mosen, a Mose ad Christum, a Christo ad hæc tempora et deinceps ad mundi finem.

« Ex his itaque *constat in omni statu*, et in omni hominum genere *esse Prædestinatorum revera pusillum gregem.* » (1)

1. Theol. Discipl. Lib. VI. c. XVII. p. 176.

58. — BERTHIER, S. J. († 1782.)

« Le Prophète Isaïe, LXVI, dit que le nombre des damnés sera très grand, et cela n'est pas difficile à concevoir, puisque *le nombre des ennemis de Notre Seigneur surpasse presque infiniment celui de ses serviteurs.* » (1)

59. — P. F. FOGGINI. († 1783)

Custos bibliothecæ vaticanæ et adjunctus a Benedicto XIV academiæ historiæ pontificiæ, quam doctissimus Pontifex instituerat.

Anno 1752 Romæ edidit librum in 4, postea, 1759 Parisiis iterum typis impressum, imo anno sequenti gallice translatum, cui titulus : « Patrum Ecclesiæ de paucitate adultorum *fidelium* salvandorum, si cum reprobandis fidelibus conferantur, mira consensio asserta et demonstrata. » Occasio hujus elucubrationis fuerat concio habita ab Alexandro Borgia, Archiepiscopo Firmano (Fermo) et quæ asserebat : « Numerus electorum parvus est, relate ad numerum non quidem Christianorum, sed hominum in genere. » (2)

Dicit criticus quidam de isto opere : « Debuisset Fogginius distinguere loca Patrum, in quibus Christiani omnes adulti, etiam hæretici, comprehenduntur,

1. Apud P. Coppin. p. 250.

2. « Die Zahl der Auserwählten sei klein im Verhältniss, nicht zur Zahl der Christen, sondern der menschen überhaupt. » (Reusch. *Der Index*. T. II. p. 976). — Cf. etiam Bulletin de N. D. de la S. Esp. mai 1899, p. 262.

ab aliis auctoritatibus, quæ ad solos Catholicos pertinent ; — tum alia testimonia Patrum, quæ contrariæ opinioni favere videntur, exscribere et explicare : non enim aliter tutum judicium ferri potest pro mira illa asserta consensione, quæ, si de soliis adultis est sermo, exstare non videtur. » (1)

Hoc facillimum est dictu. Sed duplex quæstio prævia ponenda est : 1°) An existit vel ullus talis Pater Ecclesiæ, qui tractando de paucitate salvandorum, catholicos distinguit ab hæreticis ? — 2°) An aliquis Patrum unquam opinioni contrariæ favere visus est ? — Nos quidem nullum talem invenimus.

Recte autem scribit Fogginius : « Indubium omnino apud omnes esse debet, multo plures esse homines damnandos, quam salvandos, *si totum humanum genus spectemus,* cum plane constet maximam hominum partem ad unam sanctam catholicam Ecclesiam non pertinere, et nemo possit salvari, nisi in catholicæ Ecclesiæ gremio et unitate permanserit.

« Quod potissimum multos sollicitat illud est : Utrumne ex *Catholicis adultis* plures illi sint qui damnantur, an vero qui salutem æternam consequuntur. —Gravis est autem hæc quæstio, et idcirco haud temere judicanda, sed ex sententia Patrum, quos semper in iis, quæ ad fidem et mores pertinent, consulamus oportet.

« Ea est igitur de proposita re veterum Patrum sententia, *fideles adultos majore ex parte futuros esse*

1. Arevalus apud Hürter, Nom. Lit. T. III. p. 356.

æternum damnatos, nec omnino quisquam Patrum invenitur, qui diversum scripserit. » (1)

« Verum, cum in ea tempora inciderimus, in quibus tanta est opinionum perversitas, noxiæ libertati indulgendi causa, ut nusquam magis, eam quoque, licet unanimem veterum Patrum sententiam in dubium revocare cœptum est, et ad summum esse eam dicunt *communiorem* opinionem, cui aliam, quam benigniorem nominant, veluti nescio quid valde bonum, utile, Deo dignius et *sæculo nostro magis adaptatum*, anteferre pleno ore audent. Fere ac credendum docendumque sit non id, quod verum est, sed quod optabile ; fere ac si ex fidelibus adultis propterea de facto salvandi sint plures, quod quis salvandos esse plures existimat aut exoptat. » (2)

60. — CL. ARVISENET. († 1831.)

Inter Theologos non immerito computandus, utpote in Theologia ascetica et scientia Sanctorum versatissimus, uti probant notissima ejus opera : « Memoriale vitæ sacerdotalis » et « Sapientia christiana. »

In Memorialis capite V, quod inscribitur « De paucitate electorum, » ita sacerdotem alloquitur Christus : « Fili ! quam pauci sunt sacerdotes, qui arctam viam sequuntur ! Quam pauci qui per angustam portam intrant !.....

1. Op. cit. Præfatio. p. 2 et 3.
1. Ibid. p. 3,

« Pauci electi ! Configat, Fili, timor veritatis hujus, carnes tuas !

« Time, ne, si pauci sint salvandi inter oves, *pauciores* sint adhuc inter sacerdotes.

« Time ! pertransiit enim sacerdos, pertransiit levita, dum Samaritanus laude dignus fuit.

« Time ! Fili, quia multi erunt novissimi primi, et primi novissimi.

« Time, quia multi de longe venient et recumbent cum Abraham, Isaac et Jacob in regno cœlorum ; dum Filii regni ejicientur in tenebras exteriores. » Ita habet pervulgatum Memoriale.

In opere autem cui titulus : « Sapientia Christiana, » Parte prima, capite XXX, quod iterum invenimus inscriptum « De paucitate electorum, » ita divus Redemptor hominem laïcum admonet :

« Volo, Carissime, omnes homines salvos fieri, ideoque pro omnibus mortuus sum. Verumtamen *pauci salvantur ;* multi quidem vocati, pauci vero electi.

« Contende, contende intrare per angustam portam, quia multi quærent intrare et non poterunt !....

« Vides, Fili mi, hæc sunt verba quæ locutus sum ; pende illa attente et contremisce ad terribilem illam prophetiam, quæ, cum a Deo ipso sit, certissime in vacuum non ibit.

« *Vere pauci sunt qui salvantur ;* vere multi sunt Christiani, et vere multi ex ipsis peribunt.

« Vere multi sunt qui doctrinam veræ fidei audiunt et suscipiunt, qui sacramenta sanctæ Ecclesiæ fre-

quentant ; et vere multi qui nihilominus in ignem æternum ibunt.

« Non quod aliquid ex parte mea ipsis defuerit, cum et fidem et gratiam eis dederim, sed quod ipsi noluerint *opere* vias meas cognoscere, ut introïrent in requiem meam. »

En vera et sana doctrina ascetica, quæ profecto nequaquam placebit laxis neotericis.

61. — CARDIN. GIRAUD. († 1850.)

« Quels motifs d'encouragement et de confiance ! quelle joie de pouvoir se dire : Je suis appelé, je suis sur la voie du ciel ; le Dieu bon, le Père tendre qui m'a mis dans cette voie, veut bien sans doute que j'arrive au terme ; si je n'arrive pas, la faute en est à ma malice, et non à sa volonté toute de bienveillance et d'amour !

« Mais s'il est doux de penser que tous sont appelés, qui peut entendre sans frémir la suite des paroles de mon texte : Tous sont appelés, mais peu sont élus ! *Multi vocati, pauci vero electi.*

» J'ai hésité, je l'avoue, si je vous ferais partager la terreur dont mon âme est saisie quand je médite cette parole ; j'ai craint d'alarmer sans fruit les consciences craintives, de décourager peut-être ce qui est faible encore dans la foi et dans la vertu ; mais je me suis rappelé que la crainte est le commencement de la sagesse ; je ne veux pas être plus prudent ni plus délicat que mon divin Maître, qui n'a pas fait

scrupule d'enseigner ces vérités, et qui nous a commandé de les prêcher en son nom...

« Quand je dis que le nombre des élus sera petit, eu égard à la multitude des réprouvés, je n'ai pas besoin pour justifier ma proposition, d'étendre les termes de cette comparaison, à l'universalité du genre humain. La vérité que je vous prêche serait moins alarmante pour nous, si ce qu'elle a d'exécutif et d'absolu ne s'appliquait qu'aux païens ou à ces peuples engagés par leur propre malice ou par un juste châtiment de Dieu dans les voies du schisme et de l'hérésie.

« Je parle ici des enfants mêmes de l'Église véritable ; je dis *qu'au sein même de l'Église catholique, le nombre des élus sera le petit nombre,* et je le prouve par l'Écriture, par les sentiments des Saints, et par la raison même éclairée des lumières de la foi. « (1)

62. — P. VENTURA († 1861.)

Aperte flagellat vitia sæculi et nostram tenet doctrinam :

« Or, lorsque cette vie sensuelle, molle, dissipée, où tout est pour le corps et rien pour l'âme, tout pour le monde et rien pour Dieu, tout pour le vice et rien pour la vertu ; lorsque cette vie dans laquelle à l'omission de tout bien se joint la perpétration de tout ce qui est mal ; lorsque cette vie est devenue la

1. *Homélie du petit nombre des élus.* — Œuvres compl. Edit. 1863. p. 635.

vie *commune*, non seulement parmi les nobles, mais encore dans les conditions moyennes ; non seulement parmi les grands, mais encore parmi le peuple ; lorsque *l'immense majorité des chrétiens* passe les jours et les années dans une damnable inaction par rapport au salut éternel, et que loin de faire le plus petit sacrifice pour se sauver, ils font tous les jours leurs efforts pour se perdre, *est-il bien étrange que ce soit le petit nombre qui se sauve ?*

« La voilà donc expliquée, la terrible énigme par laquelle J. C. conclut la parabole de ce jour : « Beaucoup sont appelés, mais peu sont élus. » — C'est-à-dire que la vocation est pour un grand nombre, est pour tous ; elle est l'effet de la miséricorde divine ; et *l'élection n'est que pour un petit nombre ;* et si ce nombre est petit, il faut l'attribuer à la malice des hommes. *Multi vocati, pauci vero electi.* » (1)

63. — CARDINALIS WISEMAN, († 1865.)

Illustris ille et doctus cardinalis concionem habuit in qua tradit doctrinam communem de minori numero electorum (2). Sic exorditur : « L'apôtre S. Paul compare la vie du chrétien à une course où tous prennent part pour gagner une couronne éternelle ; mais de tous ceux qui sont engagés dans la lutte, il n'y en

1. Homélie IXe *Les ouvriers de la Vigne.*

2. *Sermons du Cardinal Wiseman*, traduits par Lapôtre : Bruxelles, Goemaere, 1866 : XIe Sermon : *sur le petit nombre des élus.*

a qu'un seul qui obtienne le prix.... Il en est peu qui persévèrent jusqu'à la fin en dépit de la fatigue et des obstacles, et qui atteignent le terme fixé. Telle est l'explication que le grand apôtre nous donne des paroles de Jésus-Christ : Il y a beaucoup d'appelés, mais peu d'élus : il y en a beaucoup qui sont appelés par Dieu à partager sa gloire et sa félicité, il en est peu qui soient dignes d'être élus à une si heureuse destinée....

« C'est donc folie à l'homme de détourner ses yeux de cet avertissement terrible... En dépit de toutes nos illusions, chaque fois que nos yeux tombent sur cette parole du Seigneur, nous ne pouvons qu'être frappés de crainte à la vue du petit nombre des élus, et la pensée terrible que les élus forment la plus faible partie du genre humain, ne peut que nous inspirer de vives alarmes si nous l'approfondissons. »

Deinde, ostendit misericordiam Dei, qui omnes vult salvare, et in hunc finem nihil intentatum relinquit. Attamen, pauci sunt qui salvantur, quia pauci sunt qui gratiæ Dei cooperantur. « Si la doctrine du petit nombre des élus n'avait pas été si clairement exprimée dans la Sainte Écriture, on aurait pu croire que c'était une pieuse invention, pour ramener les méchants de leurs iniquités par la crainte des jugements de Dieu, et retenir les bons dans le devoir par le même motif. Mais, si nous méditons un instant sur l'histoire de la Providence de Dieu, nous ne pouvons nous empêcher de voir que c'est le petit nombre qui peut espérer avec raison d'être admis dans la compagnie des élus. »

Probat suam thesim per S. Scripturam utriusque Testamenti.

64. — CARD. GOUSSET. († 1866.)

« D'autres croient que les réprouvés l'emportent en nombre sur les prédestinés. On invoque en faveur de ce sentiment ces paroles de N. S. : « Il y en a beaucoup d'appelés, mais peu d'élus. Entrez par la porte étroite. » etc.

« Ce troisième sentiment est *le plus commun:* cependant, parce que les textes que l'on cite à l'appui, *tout en prouvant que le plus grand nombre des hommes se perdent,* ne détermine pas s'il y a moins d'élus que de réprouvés *parmi les catholiques,* la chose demeure douteuse, comme dit très-bien Suarez. » (1)

65. — R. P. EYMARD. († 1868.)

« Il y a peu d'élus, a dit N. S. ; des deux chemins qui conduisent l'un à la vie et l'autre à la mort, le premier est peu suivi, le second couvert de monde : *d'après ces paroles, la majeure partie des hommes serait damnée.*

« Quand l'Evangile ne le donnerait pas à entendre, ce que nous voyons parlerait assez fort pour le faire craindre. » (2)

---

1. Théol. Dogm. Tr. de Dieu. 3e P. — Chap. III. art. 3. Edit. Brux. 1850. — T. II. p. 89.

2. *La divine Euch.* 4e Série. Edit. 1884. p. 232.

66. — D. GUERANGER. († 1875.).

Cum sententia communi omnium præteritorum sæculorum sentit magnus ille et tam catholicus sacræ Romanæ Liturgiæ instaurator : « Le péché règne et triomphe au milieu du christianisme. — Sans doute, les justes sont maintenant plus nombreux qu'aux jours de Noé.... Oui, *des* chrétiens fidèles se rencontrent sur la terre ; le nombre des élus se complète chaque jour ; mais *la multitude vit dans la disgrâce de Dieu,* et mène une conduite en contradiction avec sa foi. » (1). Auctor hæc eadem passim docet.

67. — H. BLIECK. († 1877.)

Practicus hic Theologus, in opere suo : *Expositio methodica et elementaris Theologiæ universæ, tum dogm. tum mor.* rogat :

« An numerus electorum major est numero reproborum ? »

Et respondet: « Quoad homines, si de omnibus ab Adam usque ad finem mundi, *major erit reproborum,* cum pauci intrent per angustam portam. » (2)

68. — THEOLOGIA MECHLINIENSIS.
(vulgò Dens.)

Tractatu de Deo, n° 50. De pluritate damnandorum, rogat :

---

1. *Année liturgique.* Mardi de la Sexag.
2. T. I. pag. 371.

1° An plures homines (in genere) sunt damnandi quam salvandi ?

« R. — S. Thomas plures esse damnandos docet, juxta illud Matth. VII, 14 : *quam angusta porta et arcta via est, quæ ducit ad vitam, et* **pauci sunt** *qui inveniunt eam ?*

« Idem *evidenter* probat incomparabiliter major numerus infidelium et hæreticorum, in infidelitate vel hæresi morientium.

« 2° An inter *catholicos adultos* plures sunt damnandi quam salvandi ?

« R.—Suarez et Steyaert putant plures salvandos; quia Jacobi II, 13, dicitur *superexaltat misericordia judicium ;* item quia in parabola de cœna magna, Matth. XXII, 13, unus tantum legitur projectus in tenebras exteriores.

« Verum ex parabola ista nil probatur ; sicut ex parabola de decem virginibus non probatur æqualis numerus salvandorum et damnandorum.

« Textus Jacobi verificari potest in paucis salvandis ; nam aliqui salvantur ex genere humano, quod totum subjacebat judicio condemnationis.

« Gonet, A Lapide, Fromondus, etc. dicunt plures esse damnandos ; quam sententiam probat a Lapide, scribens in citatum versum Jacobi, multis rationibus, auctoritatibus SS. Patrum et exemplis.

« Hæc tamen sententia evidenter non probatur ex verbis Christi, Matth. XX, 16 : *multi sunt vocati, pauci vero electi ;* quia ista verba etiam extendi possunt ad infideles, vel saltem ad hæreticos, qui per Baptisma Ecclesiæ subjecti sunt : vel etiam intelligi

possunt de istis vocatis, qui reipsa salvi fiunt, inter quos pauci sunt electi, seu eximii. »

Deinde addit auctor conclusionem hanc moralem :

« Qui in hujus quæstionis incertitudine certam viam vult ingredi, practice concludat, arctiorem viam sibi esse eligendam, firmiter retinens, eum qui bene vivit, bene mori ; metuens vero, ne, si vixerit prout plerique vivunt, cum plerisque forte damnetur. »

69. — SCHOUPPE. S. J.

« *Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.*

« Duplex datur hujus sententiæ interpretatio probabilis, juxta duplicem, quæ voci *electi* tribui potest, significationem « Si *electi* intelligantur illi qui sunt *prædestinati*, seu certo consecuturi salutem, sensus est : Multi sunt vocati ad salutem, *pauci vero pervenient, et plerique damnabuntur.* » (1)

1° Multi peccatores, pauci justi.

2° Multi tepidi, pauci ferventes.

3° Multi mercenarii, pauci gratuito et ex amore pro Domino laborantes.

4° Quapropter merito Christus monuit unumquemque nostrum, ut contendamus esse de grege pusillo electorum : *Intrate*, inquit, *per angustam portam.* Matth. VII. 13. (2)

« Quoad homines, si agatur de omnibus ab Adamo usque ad ultimum nasciturum, *reproborum numerus*

1. Evang. Dominic et fest. T. I p. 236.
2. Ibid. p. 243.

est major ; pauci enim intrant par angustam portam. » (1)

70. — ALOYS. PAQUET.

En textum integrum hujus Clarissimi Theologi Canadensis : Comment. in summam theologicam D. Thomæ. — De Deo uno et Trino. Disp. VI, q. 2. a. V. pag. 390.

« Probabilius censetur : 1° numerum prædestinatorum prout constat ex Angelis et hominibus, reproborum numerum excedere ; 2° ex fidelibus qui in Ecclesia Romana decedunt, multo plures salvos fieri ; 3° tamen, in tota hominum collectione, pauciores salvari.

3ª Pars manifestanda superest. — Prænotetur :

« a/ Damnatum fuisse a Congreg. Indicis (1772) cap. V, operis Bened. Plazza de Paradiso cum commentario J. M. Gravina, quo capite plurimis argumentis defensatur hæc propositio : « Verisimile est, electos homines respectu hominum reproborum longe numerosiores esse. »

« b/ *Etsi* autem sustineri *possit* a Catholicis, nec desint qui sentiant prædestinatorum numerum vel æquare (Ita Gener, Hürter) vel etiam superare (ita Bougaud) numerum reproborum, *probabilior tamen et communis sententia* (ita Suarez) tenet reprobos in majore esse numero.

« Hoc suadetur ex ipsa S. Scriptura, nam Matth.

1. Elementa Theol. Dogm. T. II. nº 285.

VII, 13, 14 — Luc XIII, 23, 24. — Matth. XXII, 14. — Ibid. XX, 16. — I Petr. IV. 18.

« Inter Patres audiatur S. Aug. *de corrept. et gr.* cap. X ; contra Cresconium Lib. III, cap. 66.

« Præterea ex D. Thoma. : 1ª q. XXIII, a. 7 ad 3; — LXIII, a. 9. ad 1ᵐ ; — 1ª 2ᵃᵉ, q. LXXI, a. 2 ad 3.

« Lugenda temporum et nationum historia... confirmat.

« Utinam suasibilior foret sententia gallici scriptoris Bougaud, doctrinam communem abnuentis, ne malum de bono ac Redemptore Christo triumphare videatur ! —

« Verum: a/ « Non numerandum sed ponderandum » est bonum quod fit, præsertim bonum gratiæ, ex quo etiamsi ad salutem unius hominis coarctaretur, infinitum pene gloriæ gradum colligeret Deus. b/ Præterea eatenus malum contingit quatenus supremus Provisor sapientissimè illud permittit. c/ Denique, quia electis « omnia cooperantur in bonum, » opera Satanæ ejusque satellitum taliter, agente Deo, disponuntur et ordinantur ut, quasi triomphalia spolia currui justorum suspensa, in majus imperii divini decus concurrant. »

71. — C. M. JANSEN.

Egregius hic Theologiæ Dogmaticæ in Seminario archiepiscopali Rysenburgensi, in Hollandia, Professor, in opere suo theologico, sic loquitur :

« De quæstione, an major sit numerus prædestinatorum quam reproborum, Patres et theologi dis-

sentiunt. — Nonnulli existimant, prædestinatorum numerum minorem esse quam reproborum ; et hoc absolute, de hominibus loquendo (in genere) *vix addubitari potest*. » (1)

72. — D. ELIAS MÉRIC.

D.Méric est Doctor Theologiæ, et professor Theologiæ moralis apud Sorbonnam. In opere : *L'autre vie,* tom. II, cap. X, agit de numero electorum. Post relatam doctrinam Patris Faber, concludit amplectendo doctrinam Suaresii, majorem partem *generis humani* damnari, *e catholicis* vero majorem partem salvari. « Si vous relisez maintenant les textes évangéliques, en les expliquant par la distinction si juste de Suarez, toute difficulté disparaît. Il y a beaucoup d'appelés, puisqu'il est de foi divine que Dieu veut le salut de tous les hommes ; *il y aura peu d'élus si l'on considère le genre humain, dans sa totalité :* hérétiques, schismatiques, païens, c'est-à-dire l'universalité des hommes que Dieu voudrait sauver.

« A ne considérer que les catholiques, il est permis de croire que le plus grand nombre, comme l'enseigne Suarez, sera sauvé... » (2)

73. — RECUPITO. S. J. († 1647.)

Egregius hic philosophiæ ac Theologiæ Professor tractatus scripsit duos : *De signis prædestinationis et*

1. Edit. Ultraj. 1879. T. II. Theol. Specul. p. 144.
2. Edit. 1882. pag. 307.

reprobationis et *De numero prædestinatorum ac reproborum*. In hoc ultimo ita quæstionem distinguit et solvit :

1° — « *Certum est* majorem *hominum* partem esse reproborum, si computantur omnes, etiam infideles, idque per omnes mundi ætates. Et si nunc spectetur Ecclesia fidelium, extra quam non est salus, est minima hominum pars comparata ad multitudinem infidelium, nempe Mahometanorum, Ethnicorum et hæreticorum, quorum est certa damnatio. Tota igitur controversia reducitur ad fideles.

2° — « Certum videtur majorem inter *fideles* esse numerum electorum, si computatur inter eosdem numerus infantium decedentium intra septennium, ante usum rationis... Tota igitur controversia reducitur ad solos adultos fideles, an scilicet inter hos numerus prædestinatorum excedatur a numero reproborum. » (1)

Deinde auctor exponit fundamenta opinionis affirmantis majorem numerum electorum et concludit : « Hæc sententia accommodata est cupiditati magis quam veritati ; optando potius exitu quam sperando. » (2)

3° — « Contraria sententia *videtur verior ;* scilicet : Prædestinatorum numerum inter adultos fideles excedi a numero reproborum. » — Quod fuse ostendit e Scripturis, ex Patribus, ex difficultate mediorum ad salutem, etc.

1. Tract. II. c. II. Edit. 1681. p. 4.
2. Ibid. p. 8.

§ II.

Theologi qui citantur in favorem opinionis P. Castelein.

Inspecta tanta serie optimorum Theologorum, quis non concluderet cum Suaresio : « Ergo pensatis omnibus, sine dubio est multo major numerus reproborum ; hæc est *communis* et *vera* sententia ? » Et cum Muniessa« quod Doctores, tam scholastici quam expositivi hoc tenent *cum maximo fundamento in Scripturis et in sanctis Patribus.* »

Quomodo audet R. P. Castelein de singularibus suis ideis asserere : « Elles sont le fruit d'une étude *approfondie des enseignements de nos plus grands théologiens ?* » (Introd. 2ª Ed. p. X.)

Citet ergo maximos illos, sed nobis prorsus ignotos, Theologos! — Invenio quidem in isto opere quod inscribitur « La science du salut », allegatam auctoritatem : « Aristotelis, Platonis, Pythagoræ, Hesiodi, Homeri, Solonis, Pindari,Eschylis, Sophoclis, Euripidis, Herodoti,Thucydidis,Xenophontis,Plutarchi, Socratis, Anoxagoræ, Xenophanis, Parmenidis, Chevreuil, R.Mayer,Faraday, Cuvier, Elie de Beaumont, amborum Geoffroy, Saint-Hilaire, Barrande, L. Agassiz, de Quatrefages, A. Ampère, Becquerel, Regnault, Wurtz, Hirn, Clausius, J. B. Dumas, Cauchy, Foucault, Biot, Fresnel, Cl. Bernard, Leverrier, Pasteur, Fr. Arago, Darwin, Helmholtz, Virchow, Tyndall, Huxley, P. Bert, Dubois-Ray-

mond. Hœckel, Bertholet, Copernic, Képler, Galilée, Pascal, Descartes, Newton, Leibnitz, Linné, Huyghens, Euler...; sed frustra quæro nomina Sanctorum Patrum atque Theologorum.... « *Fruit d'une étude approfondie des enseignements de nos plus grands théologiens* » !

Sed si eruditus auctor penitus omittit citare « *nos plus grands théologiens* », discipulo ejus E. T. S.-J., contigit huic omissioni supplere. Quapropter hic audacter scribit: « *L'auteur se trouve en excellente compagnie :*

« Suarez,
« Cajétan,
« Saint François de Sales,
« Bergier,
« Lacordaire,
« Ravignan,
« Faber,
« Mgr. Besson,
« le P. Monsabré,
« etc. etc. » (Lettre au « Patriote », 19 Mars, 1899)

E. T. suis citationibus non multam fidem præbere videtur: nullum enim indicat ex his auctoribus locum quem possint lectores per seipsos inspicere. Nos igitur conabimur mentem eorum sedulo investigare atque verba accurate citare.

Summa thesis R. P. Castelein est, uti scimus, salvam fore majorem partem *totius humani generis* (vide suprà, pag. 36) Jamvero :

1. —**Suarez** : « Secunda comparatio, ait, est inter homines, absolute de omnibus loquendo, qui prima-

cipio mundi usque ad finem fuerunt et futuri sunt. *Et hoc modo est* **communis** *et* **vera** *sententia, numerum reproborum esse majorem.* (Vide textum integrum supra. pag. 136 et seq.)

Suarez ergo doctrinam P. Castelein habet ut *singularem* et *falsam ;* proinde immerito in favorem ejus citatur.

2. — **Cajetan.** — « Cajetanus, inquit ipse Suarez l. c., exponens parabolam de Virginibus, dicit, etiam ex illis qui *in Ecclesia* mediocriter vivunt, et aliquam *curam habent conscientiæ suæ, dimidiam partem* (5 de 10) *damnari ;* — quod valde rigorosum est », addit Suarez. Si dimidia pars catholicorum, qui aliquam curam gerunt conscientiæ suæ, damnatur, quid erit de magna parte catholicorum qui hanc curam penitus negligunt ? Quid de Paganis, Judæis, Mahometanis, Protestantibus, Schismaticis, etc. Nam qui tenent majorem partem inter catholicos damnari, idem a fortiori docent de toto genere humano.

En quomodo Cajetanus eamdem doctrinam teneat quam R. P. Castelein !

3. — **Saint François de Sales.** — Ubinam E. T. vel verbulum invenit, in numerosis scriptis hujus sancti Doctoris, quo doctrinam adversarii nostri tueatur ?

Equidem citabo aliqua dicta in idiomate originali, quamquam nullibi inveni S. Doctorem quæstionem nostram *ex professo* tractare.

« Ceste non jamais asses considérée proposition : *Il y en a beaucoup d'apellés, mais peu de choysis.* Tous ceux qui sont en l'Eglise sont apellés, mays tous

ceux qui y sont ne sont pas esleuz ; aussy Eglise ne veut pas dire election mais convocation. » (1)

— « Qui auroyt les yeux asses clair voyans pour voir l'issue de la course des hommes, verrait bien dans l'Eglise de quoy s'escrier : *Plusieurs sont apellés et peu sont esleuz ;* c. à. d., plusieurs sont en la militante qui ne seront jamais en la triomphante. Combien sont dedans qui seront dehors, comme Saint Anthoyne prévit d'Arrius, et Saint Fulbert de Bérengaire. » (2)

— « Au jour du jugement, les vertus des payens les défendront, non afin qu'ils soient sauvez, mais afin qu'ils ne soient pas tant damnez. » (3)

Proin nescio qua fronte R. P. Castelein audeat de tanto Doctore asserere : « S. François de Sales défendait même la pensée défavorable sur le salut de ceux qui, après avoir mal vécu, meurent sans témoigner leur repentir.... Et pour confirmer cette vérité il racontait ce qu'il avait entendu dire à un prédicateur sur la mort de Luther : « Qui sait si, à l'heure de la mort. Dieu ne l'aura pas touché de sa grâce efficace ? » (p. 264.)

Ubinam Sanctus hoc dicit ? — Pseudo-Salesio, quem post alios neotericos sibi fingit P. Castelein, equidem opponam verum et authenticum Sanctum Salesium, qui audet asserere **multos Episcopos et Prælatos esse damnatos :**

1. *Des controverses.* P. I. Chap. 2. art. 2. Edit. Annec 1892. T. I. p. 55.
2. Ibid. p. 60.
3. *Traité de l'amour de Dieu.* Liv. XI. chap. X. Œuvres compl. Edit. Paris 1839. T. IV. p. 449.

« Mays quand auroys-je faict, si je voulois entasser icy *les noms de tant d'Évesques et prælatz* lesquelz, apres avoir estés legitimement colloqués en cest office et dignité sont décheuz de leur première grâce, et sont mortz hæretiques ?... Origène... fayre naufrage et se perdre au port de sa propre sepulture... Et quoy ? le voyla enfin hæretique, excommunié, hors de l'arche, périr du deluge de sa propre opinion. Non seulement, doncques, un *réprouvé* peut estre de l'Eglise, mais encore *pasteur* en l'Église. » (1)

En verba authentica ! Citet R. P. Castelein verba contraria ejusdem Sancti ! — Probabiliter non adiit fontes ; deceptus ipse, decepit E. T. qui bona fide jurat in verba magistri ; decipit et centum millia Lectorum.

4. — **Bergier.** — Eruditus hic auctor bis in operibus suis nostram quæstionem tractat ex professo; sed nullibi probat numerum electorum esse majorem. A./In opere cui titulus : *Dictionnaire de Théologie,* loquitur de magno argumento quod eruditus adversarius noster ita exponit : « Si le Christ ne sauve pas effectivement la grande majorité des âmes, la conquête de Satan serait, dans son ordre, plus belle que celle de son vainqueur... Ne serait-ce pas Satan qui serait le vainqueur ? » (p. 189, 190) — Vultne audire Lector quomodo Bergier vocet hoc argumentum : « *Absurde à tous égards !* » (Vide integrum textum, infra.)

Dein Bergier totus in eo est ut ostendat verbum *electi* in parabolis evangelicis nequaquam significare

1. Edit. Annec. l. c. pag. 54.

salvatos ; neque paucitatem salvandorum erui posse a parabolis, quæ, secundum suum sentiendi modum, potius contrarium innuerent. Sed quæstionem non positive solvit, neque probat majorem salvandorum numerum : fatetur se nolle quæstionem tractare.

« *Nous n'entrerons pas dans la question* de savoir dans lequel de ces deux sens (« fidèles » ou « prédestinés ») l'on doit entendre le mot de Jésus-Christ. (Matth. XX, 16 et XXII, 14). Il y en faveur de l'un et de l'autre des autorités si nombreuses et si respectables, qu'il n'est pas aisé de voir lequel des deux mérite la préférence. Nous devons donc nous borner à quelques réflexions.

« Un esprit solide et suffisamment instruit ne se laisse point ébranler par une opinion problématique, et sur laquelle l'Eglise n'a point prononcé, telle qu'est celle du grand ou du petit nombre des élus. *Quand cette dernière serait la plus vraie*, il s'ensuivrait seulement que le très grand nombre sera de ceux qui ne veulent pas se sauver, qui resistent aux grâces que Dieu leur fait, qui meurent volontairement dans l'impénitence finale. » (1)

B.) — Et in opere : *Traité de la vraie Religion,* respondens objectioni cuidam, iterum ait : « La question est de savoir si par les élus on doit entendre ceux qui sont sauvés, ou seulement ceux qui sont dans la voie du salut, les fidèles. » — Et quæstionem non solvit, sed ostendit ex quæstione nostra nihil posse objici contra spem christianam. « Mais sup-

1. Diction. de Théol. Art. *Élu.* Edit. Gousset, 1852. T. II. p. 215.

posons qu'il faille *absolument* prendre le mot *peu d'élus* dans le sens le plus rigoureux, que s'ensuivra-t-il ? Que le plus grand nombre est de ceux qui n'ont pas voulu être sauvés. » (1)

Ergo Bergier nequaquam probat majorem partem hominum esse salvandam; frustra citatur in favorem Patris Castelein.

5. — **Lacordaire**, 71ᵉ confér. : *Des résultats du gouvernement divin*, hæc docet :

« C'est dans l'éternité qu'il faut jeter nos regards pour juger définitivement la Providence, et c'est là sans doute que vous attendez ma parole, armés de ce mot fameux : *Il y a beaucoup d'appelés et peu d'élus.*

« J'obéis à votre impatience, et je puis la calmer par une très simple déclaration : le petit nombre des élus n'est pas un dogme de foi, mais une question librement débattue dans l'Eglise. Je vous l'affirme, et je vous en donne immédiatement la preuve, si vous le souhaitez. » (2)

Hæc probatio consistit in demonstrando textus allatos S. Scripturæ paucitatem salvandorum non probare. Deinde ostendit tertiam partem generis humani mori ante usum rationis, dimidiam partem ante pubertatem ; proinde dimidiam partem vel salvari, vel saltem non damnari. « Je sais bien, Messieurs, que les habitants des limbes ne peuvent pas se ranger parmi les élus de la vie divine : car s'ils y prenaient place,

1. Troisième Partie. Chap. XI. art. VII. Quatrième object. Edit. Tornac. 1827. T. 10. p. 327.

2. Confér. de N. D. — Année 1851. c. 71. — Œuvres compl. Edit. Bruxel. 1854. T. IV. p. 121. — De hac libertate, infrà.

la question du nombre des élus seraient mathématiquement résolue : mais sans les y ranger, il reste vrai que la mort prématurée sert la clémence de Dieu, même quand elle ne la satisfait pas entièrement. »

Porro, contendit eloquens Prædicator mulieres ut plurimum salvari ; item et pauperes. « Et qu'est-ce que le reste en comparaison ? Qu'est-ce que le reste, quand l'éternité n'y moissonnerait pas une seule âme? Mais il est loin d'en être ainsi... Il n'a pas abandonné au mal la richesse, la science et le pouvoir. Le Christ a tout réparé, tout béni, tout vaincu, et ses mains généreuses tiennent l'univers embrassé. Qui s'en échappe périt par sa faute, et après ce que nous venons de dire, *il est au moins douteux que le plus grand nombre appartienne à ce triste sort.* » Addit deinde has duas considerationes : « la première, que beaucoup, parmi ces peuples (infidèles) *ont pu se sauver* par les voies providentielles indiquées dans notre conférence antérieure ; la seconde, que nous ignorons la mesure des âges où Dieu a circonscrit dans sa pensée l'action du christianisme, et la mesure aussi de puissance et d'universalité que l'Eglise atteindra dans l'avenir... Ce secret *peut* tomber dans la balance du bien avec autant de certitude que dans la balance du mal, *et ainsi la question reste voilée au profit de la liberté.* » Aliis verbis : non est certum majorem partem generis humani damnari : ergo, immerito rationalistæ Dei Providentiam insimulant majoris numeri damnatorum, seu sui finis non obtenti.

Quid inde pro thesi P. Castelein ?

6. — **Ravignan**. De isto prædicatore non inveni nisi eloquentem et generalem commendationem misericordiæ divinæ ; nullum vero locum in quo nostram pertractet disputationem ; si talis exstet locus, velint illum indicare contradictores.

7. — **Faber**. — Duo quoad hunc auctorem sunt animadvertenda, quæ probant eum in vanum citari.

A) Fatetur in opere suo « Progrès de l'âme, » se nolle examinare quæstionem de salute æterna *totius generis humani,* sed tantummodo agere de *catholicis :* « Nous examinerons une tentation de la vie spirituelle dans le catholicisme. Cette réserve nous dispense donc d'entrer dans des recherches sur le petit nombre des élus *parmi l'humanité toute entière.* Nous n'avons pas à nous occuper des destinées futures des païens et des hérétiques. Notre affaire à nous est de calculer s'il y aura peu d'âmes sauvées *parmi les catholiques.* (1) — Eamdem limitationem allegat in opere inscripto : « Le Créateur et la créature. » — Immerito ergo citatur in favorem opinionis quam expressis verbis recusat tractare.

B) Et quoad doctrinam ejus de majori numero catholicorum salvandorum, quis non attonitus hæret, ubi audit Auctorem agnoscere debilitatem argumentorum suorum ? Fatetur ipse propriis verbis :

« Ce sont là *de mauvais arguments,* si on les examine séparément ; mais pris collectivement, ils permettent d'établir une supposition aussi douce que légitime (2). » Argumenta quæ, seorsim sumpta,

1. *Prog. de l'âme.* Trad De Bernhardt, 2e Edit. Paris 1883. p. 402.
2. Ibid. p. 403.

nihil quidem *demonstrant*, attamen *verisimilitudine* quadam intellectum quadamtenus movent, aliquid suasionis gignere si sese invicem corroborant, nullatenus negaverim ; atvero si *nullius sunt valoris*, prout ea sunt quæ affert auctor, nullum sibi mutuo possunt addere robur, et etiamsi collective sumantur, nihil efficient umquam.

8. — **Besson.** Agitur, ni fallor, de opere et loco : *L'Église;* 3e confér: *Où va l'Église?* 2e Ed. Paris. 1865, pag. 52. — Inscribitur autem hæc conferentia : *Hors de l'Église point de salut.* — En ejus analysis, ab auctore ipso data :

« 1 p. Rien de plus certain que cette maxime : elle est fondée sur l'Écriture, sur l'enseignement des Pères et sur les données mêmes de la raison.

« 2 p. Rien de plus mystérieux que l'application de cette maxime, car on est arrêté 1) par le mystère de la grâce, 2) par le mystère de la bonne foi, 3) par le mystère de la mort.

« Conclusion. Adorons la justice de l'Homme-Dieu, mais ne jugeons pas ses mystères. »

In ultima parte lego quidem : « Voltaire est-il damné ? Je le suppose, dit la raison. Je le crains, dit la piété. Mais l'Église n'a qu'une réponse : Je ne sais. » (p. 75.)

Frustra autem in tota illa conferentia quæro affirmationem salutis æternæ *majoris partis generis humani ;* frustra ergo citatur Besson quasi protector opinionis Patris Castelein.

9. — **Le P. Monsabré.** — Velit benevolus Lector in mentem revocare ea quæ supra, pag. 38, diximus

de sensu eloquentis illius Apologistæ, et sciet eum non solum non tenere thesim Patris Castelein, sed aperte admittere, e contra, majorem partem humani generis infeliciter, culpa sua, damnari.

10. — Cum ergo nullus e falso citatis theologis doctrinam contradictoris nostri teneat, videamus nomina eorum, qui revera idem docent quam R. P. Castelein relate ad majorem numerum salvandorum, et inanitatem argumentorum eorum. Tales autem non invenimus nisi Gravinam, Bougaud et Mauran, quos, post institutum argumentorum eorum examen, ultro concedimus Patri Castelein et E. T.

§ III.

Theologi favorabiles P. Castelein.

1. **Gravina.** — Præterquam quod damnatus fuit a S. Sede, infelix iste auctor nequaquam, ut P. Castelein, suam proposuit sententiam tamquam certam, sed tantummodo ut *probabilem* ; imo admisit *nostram esse probabiliorem*. En verba ipsius :

« Neque enim contendo contrariam opinionem probabilitate sua spoliare. Immo, ut liberaliter agam, detur adversariis suam ipsorum sententiam *probabiliorem* esse nostrà, si modo ipsi vicissim mutua humanitate nobis largiantur, nostram esse probabilem. Alibi enim fusiori stylo demonstrandum suscepi : Opinionem probabilem, respectu probabilioris opi-

nionis, esse probabilem. » (1) Ut probabilem ergo admittit thesim R. P. Castelein, nostramque vocat probabiliorem.

Quam jejuna sint argumenta Gravinæ superfluum est ostendere, cum et adversarii id sponte fateantur : « *arguments peu théologiques, puérils même...* » ait E. T., apud « Le Patriote, » 19 Mart. 1899.

Ea habemus breviter exposita a doctis redactoribus ephemeridis : *Bulletin de Notre-Dame de la Sainte-Espérance* (1899, p. 264) :

« La volonté de Dieu et de Jésus-Christ de sauver les hommes est pour notre auteur un arsenal inépuisable. Mais ce mot *volonté* lui paraît apparemment trop faible ; il y substitue celui d'étude, *studium*, qu'il définit d'aprés Cicéron : *Application assidue de l'esprit à un objet auquel on se porte avec ardeur, avec une grande volonté.* « Ainsi ajoute-t-il, Dieu et Jésus-Christ sont tellement occupés, pour parler humainement, à procurer le salut des hommes, qu'ils le veulent assiduement, ardemment, de la plénitude du cœur. » Et pour prouver que la plupart des hommes sont sauvés en conséquence, voyez, dit-il, comment Dieu se félicite dans Habacuc, de sa très abondante pêche : *il sacrifie à son filet, il offre de l'encens à son rets.* (*Habacuc*, ch. I, 15-16). Le Père Gravina sans doute n'a pas vu que c'est le l'impie et du diable et non pas de Dieu que parle de Prophète. (*Voyez le commentaire de S. Jérôme.* Migne, t. XXV, col. 1287).

« Ailleurs, il suppose que le nombre des Anges qui

1. Opere damnato. p. 676.

ont persévéré dans la justice est double de ceux qui sont tombés. Or Dieu a plus aimé les hommes que les Anges. Donc, conclut-il, il implique que parmi les hommes les réprouvés soient en plus grand nombre que les élus. Raisonnement arbitraire et pur sophisme, dans lequel d'ailleurs, comme dans toute la suite de son ouvrage, *il ne tient aucun compte du péché originel*..

« Il soutient que depuis le commencement de la Genèse jusqu'à la fin de l'Apocalypse, on ne trouve pas un seul homme désigné par son nom comme réprouvé ; (il n'admet que l'antechrist comme l'étant certainement) au lieu qu'on y lit les noms d'une multitude d'élus. Donc, admirez cette conséquence, il y a beaucoup plus d'élus que de réprouvés.

« Il tire une conséquence semblable des paraboles de Jésus-Christ. Dans les unes, (*l'Enfant prodigue, la Brebis perdue,* etc...) il ne paraît que des élus ; dans d'autres *(les Dix Vierges)* les élus et les réprouvés y sont en nombre égal. Enfin dans d'autres pour un serviteur paresseux, vous en voyez deux qui sont fidèles et prudents. Donc...

« Jésus-Christ est le *Rédempteur de tous*. Il serait mal nommé, et le diable pourrait lui en faire le reproche insultant, si la plupart des hommes n'était pas sauvés.

« Chaque homme a un ou plusieurs anges gardiens, les infidèles surtout, comme étant dépourvus d'autres secours. Or les anges ont plus de puissance et de sagacité pour sauver que les démons pour perdre. Donc, etc...

« Les Élus sont comme des étoiles ; et ils doivent être autant supérieurs en nombre aux réprouvés que *les étoiles le sont aux comètes*.

« Cependant, comme si l'auteur était étonné lui-même de sa proposition, il fait semblant d'être frappé de voir le genre humain dans l'ignorance du vrai Dieu, connu presque uniquement dans la Judée avant Jésus-Christ ; ensuite la vraie Eglise ne renfermant qu'un petit nombre de nations, en comparaison de celles qui n'ont point reçu l'Evangile : dans tous les temps, un déluge de vice qui couvre la terre. Il parait donc très difficile, *maxime arduum*, que ceux qui parviennent au salut soient en si grand nombre. Mais Gravina se rassure sur la Providence, la puissance et la sagesse de Dieu.

« Une autre source non moins féconde pour lui en *conjectures*, ce sont les Pères de l'Eglise qu'il divise en plusieurs classes :

« 1° Les uns, en parlant des miracles de guérison opérés par Jésus-Christ disent que le Sauveur guérissait les âmes avant de guérir les corps. Or, les malades à qui le Sauveur a rendu la santé sont sans nombre, *innumeros sanavit*. Donc, etc.

« 2° Une seconde classe des Pères est de ceux qui parlant des méchants que Dieu a punis pendant leur vie, établissent (dit-il) comme règle générale, que Dieu ne punit pas deux fois pour les mêmes péchés. Ainsi il faut avoir beaucoup de confiance que tous les pécheurs qui ont essuyé en cette vie le châtiment de leurs crimes, seront sauvés. Les textes allégués parlent des habitants de Sodome consumés par le feu du

ciel, des Egyptiens submergés dans la mer Rouge, des Israélites frappés de mort dans le désert, etc.

« 3° Il fait dire à d'autres Pères, et c'est ce qui forme chez lui la troisième classe, que beaucoup d'infidèles ont été sauvés, les uns à cause de leur *ignorance* purement et simplement, les autres à cause de leur *sagesse* tels que *Platon, Socrate* et les *Sibilles* : en quoi il abuse visiblement des textes mêmes qu'il cite, puisqu'ils n'ont parlé du salut possible de ces dernières (par exemple) qu'en supposant qu'elles avaient une foi *explicite* en Jésus-Christ.

« Enfin, pour consolider sa thèse qu'il sent bien n'être pas ferme, Gravina cite plusieurs visions plus ou moins authentiques, tendant également à insinuer que *quelque vie qu'on ait menée,* Dieu et ses Saints emploient tant de *stratagèmes* (c'est son expression) pour sauver un pécheur à l'article de la mort, que le plus souvent ils en viennent à bout. Cet avantage n'est point particulier aux chrétiens catholiques ; toutes les sectes y ont part : mahométans, hérétiques, schismatiques, juifs, païens, personne n'en est exclu, par le faux culte qu'il professe, parce que la plupart de ces gens-là ignorent que lèur religion n'est pas bonne. — Ils embrasseraient le christianisme et s'uniraient à l'Eglise, si on leur en montrait la nécessité. Ce sont des *chrétiens cachés*. Ils sont *infidèles* seulement de nom. Car Gravina prétend bien ne mettre en paradis que des chrétiens *catholiques*. Et si, après tous ces éclaircissements, on a encore de la peine à comprendre que ces sortes de gens puissent appartenir à l'Eglise comme ses enfants, étant étran-

gers à son culte ; n'en soyez point surpris, dit-il, c'est un Mystère, *Mysterium vobis dico :* or l'obscurité est propre aux mystères ».

2. — **Bougaud.** Male citat et truncat dicta S. Alphonsi, S. Francisci Salesii, P. Ventura (1), etc. Nihilominus concedimus eum tenuisse opinionem P. Castelein, fretus argumentis hujus farinæ : « Supposez que le monde dût encore durer des siècles, des *milliers de siècles* ; supposez, donnez, etc. (2) »... « Quand même nous serions dans l'erreur, » (3) etc. etc.

3. — **Mauran.** — Audi, amice Lector, argumenta hujus theologi :

« Si Jésus affirme clairement qu'il y a peu d'élus, c'est justement parce que leur petit nombre n'a aucun rapport avec celui des âmes sauvées. » (*Élus et sauvés* p. 16.)

« Les impies et les incrédules, frappés au temps de Noé, ont été sauvés en vertu du sacrifice de Jésus, et tirés de la prison où la justice de Dieu les détenait captifs. » Petr. III. (*sic*) — (p. 62.)

« Il est prouvé que la tête du supplicié conserve pendant un certain temps la chaleur vitale. Le cerveau, vrai foyer de calorique, ne se refroidit que lentement, et, selon quelque *probabilité,* la vie *doit* s'y réfugier et s'y *maintenir* un temps *peut-être* suffisant pour que l'âme *puisse* se tourner vers Dieu. » (p. 66.)

« Ne sommes-nous pas dans l'erreur? — Quoiqu'il

1. L. c. p. 365.
2. Ibid. p. 366.
3. Ibid. p. 382.

en soit, nous croyons qu'il vaut mieux *se tromper* en versant dans les âmes la consolation et l'espérance, que la peur et le désespoir. » (p. 225.)

« *Je m'imagine* que si Dieu avait consulté ses élus avant de les créer, ceux-ci, se voyant si peu nombreux, auraient fait le sacrifice de leur bonheur éternel, pour éviter à leurs frères, à la grande foule humaine, les tourments de l'enfer. » (p. 150.)

Si argumenta Gravinæ puerilia sunt, quid dicemus ad hæc ?

Et Mauran audet insimulare S. Thomam « petitionis principii. » (p. 239.) Qui talia scribit nescit profecto quid sit petitio principii. S. Doctor non vult *probare* factum minoris numeri electorum : sed factum, *admissum ut certum,* explicat et conciliat cum providentia et misericordia Dei. Quam recte dixit Christi Vicarius iis qui S. Thomam negligunt :

« Eo neglecto, in tanta ingeniorum licentia, pronum esse in opinionum portenta dilabi,... nimium jam res et facta testantur. » (1)

Sint ergo Reverendo Patri Castelein theologi sui Gravina, Bougaud atque Mauran: « Je me rassure par la conviction intime que ces idées sont vraies et justes. Elles sont le fruit d'une étude approfondie de l'Ecriture sainte et des enseignements de *nos plus grands théologiens*». (Intr. p.X.) Maneatque «en excellente compagnie », ut dicit apologista ejus E. T.

Utinam coluisset societatem Theologorum familiæ suæ, qui vocantur : Canisius, Bellarminus, Lessius,

1. Litt. ad ministr. gen. Ord. Frat. Min. Vide supra pag. 70.

de la Colombière, De Paz, Salmeron, Valentia, Suarez, Vasquez, Becanus, Drexelius, Segneri, Muniessa, Wirceburgences, Bourdaloue, Saint-Jure, Judde, a Lapide, Knabenbauer, et quotquot sunt aliorum !

Tunc utique adimplesset mandata Leonis XIII, quæ ad communem omnium utilitatem transcribere placet, eo magis quod non satis sint cognita.

Excerpta sunt e Litteris Apostolicis, quibus constitutiones Societatis Jesu, de doctrina S. Thomæ Aquinatis profitenda, confirmantur (1), et « quæ in universa Societate Jesu sint, et ab omnibus habeantur, tamquam definita ac perpetua lex de doctrinarum delectu, ... quarum exemplaria sodalibus, quotquot sunt eruntve magistri theologiæ vel philosophiæ, vel librorum censores, singulis singula tradantur. » (2)

« Quod primum est, idque omnibus probe notum, sic insignis ille Societatis Auctor crebris constitutionum locis decrevit, sequendam in unaquaque disciplina doctrinam solidam et securam, atque etiam *securiorem et magis approbatam* (3); quod plures redit ipsum per decreta et jussa tum congregationum tum præpositorum rite affirmatum.

« Hoc autem amplius ille præcepit, ut doctrina, quam sequeretur Societas, una eademque esset apud omnes atque in omni munerum perfunctione : *Idem sapiamus, idem, quoad ejus fieri potest, dicamus omnes,*

1. *Gravissime nos.* 30 Dec. 1892. — Leonis XIII acta. Edit. Vatican. T. XII. p. 366.

2. Ibid. p. 380.

3. *Constit.* p. IV, c. V. § 4.

juxta Apostolum. Doctrinæ igitur differentes non admittantur, nec verbo in concionibus vel lectionibus publicis, nec scriptis libris (1) : item : *Patres deputati ex variis nationibus pro libro de ratione studiorum recognoscendo, quum de delectu opinionum primo loco tractandum censuissent, ac tamquam fundamentum proposuissent, doctrinam Societatis esse debere* **uniformem, securam et solidam,** *juxta constitutiones...* (2) Quæ quidem uniformis doctrinæ præceptio non eo circumscribi putanda est, ut sententias tantummodo quæ sunt in scholis communes respiciat, verum etiam ad opiniones latius pertinere, de quibus catholicos inter doctores minus conveniat : *In opinionibus etiam, in quibus catholici doctores variant inter se vel contrarii sunt, ut conformitas in Societate sit, curandum est.* (3)...

« Ad eum igitur assequendum concordiæ et caritatis modum, quem Societati præstituerat, optime vidit Ignatius Pater haudquaquam satis esse vulgatam probatamque regulam, opiniones dispares tolerandas, secundum illud, *in dubiis libertas,* sed necessarium opiniones tales minime haberi in Societate, easque præcise ab ipsa prohibuit.

« Ne cui vero hoc de uniformi doctrina præceptum saperet durius, idem caute consuluit, ut sodalis quisque, priusquam sese votorum religione obstringeret, rogaretur, *num paratus sit ad judicium suum submittendum ut fuerit constitutum in Societate* (4): quo modo

1. *Ib.* p. III, c. I, § 18.
2. *Congr.* V, decret. 56.
3. *Constit.* p. VIII. c. 1. litt. K. — *Congr.* V. decr. 56.
4. *Exam.* C. III. § 11.

jam tum optio datur ejus rei eligendæ quæ, ex lege deinde imposita, vix tolerabilis possit videri.

« Itaque longe alienum foret a natura scriptisque legibus Societatis, ut quis in ea talem opinandi facultatem exposcat quali extra eam plerique potiantur. Quamvis enim de opinionibus ageretur valde probabilibus atque doctos nactis patronos, quæ tamen doctrinæ refragarentur præscriptæ, eas qui sequerentur, reprehensionem quidem vitarent novitatis, temeritatis, erroris, at vero ab una illa eademque doctrinæ forma, tantopere desiderata et commendata, prorsus discederent. » (1)

1. L. c. p. 368-370.

Caput quintum.

Sanctorum de paucitate salvandorum doctrina, certa et communis, confirmatur a seriis S. Scripturæ interpretibus.

§ I.

Interpretes qui illam expresse docent.

1. — LUDOLPHUS DE SAXONIA. (floruit 1330.)

Explicans parabolam de denario diurno monet :

« Quamvis autem audieris in parabola omnes accepisse singulos denarios, non tamen putes omnes ad fidem vocatos vitam æternam accepturos. Unde additur sententia valde metuenda : *multi enim* de primis, de tertiis, sextis, nonis et novissimis *sunt vocati*, scilicet ad fidem et meritum ; sed de his omnibus *pauci sunt electi* ad beatudinis præmium et regnum. Multi sunt de Ecclesia militante, qui non erunt de Ecclesia triumphante. In quo paucos ostendit esse eos qui salvantur, ad comparationem eorum qui per singulas horas vocantur.... quia *lata porta et spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem, et multi sunt qui intrant per eam,* etc. »(1)

2. — NICOLAUS DE LIRA. († 1340.)

In Matth. VII « Lata est porta et spatiosa » etc.

1. *Vita Jesu Christi* P. II, cap. XIX. Edit. Palmé. p. 446, col. 2.

ait : « Quia multi inveniuntur defectuosi, secundum quod scribitur Eccl. I: *Stultorum infinitus est numerus*, et pauci valde inveniuntur virtuosi ; et hoc est quod subditur: Quam angusta, etc. (1)

Et in Matth. XXII « Multi autem sunt vocati ad fidem catholicam, pauci vero electi, scilicet ad gloriam : quia pauci sunt, scilicet comparative, respectu illorum qui sunt vocati ad fidem. » (2)

3. — TOSTATUS. († 1454.)

Hic Episcopus Abulensis, explicans Caput XXII Matthæi, ita observat, quæstione 69 ad versiculum 14 : « Vocantur multi ad fidem, id est convertuntur ad eam ; et tamen pauci sunt electi, quia *pauciores salvantur de Christianis.* »

4. — JANSENIUS GANDAVENSIS. († 1577)

In verba : *Intrate per angustam portam :* « Quia præscripta hactenus ab Ipso vivendi ratio absolutissima, arcta est, angusta et *rara*, ne ob ea auditores abhorrerent et alienarentur, tum ob viæ hujus angustias et difficultates, tum ob *paucitatem* sectantium hanc vitæ rationem, hortatur, ut angustam potius hanc viam amplectamur, quam spatiosam illam impiorum viam, quod hæc ad gehennam, illa ad vitam perducat....

« Annotandum, variis rationibus posse intelligi, viam virtutis vocari hic arctam et angustam. Primo,

1. *Glossa ord. et postilla*, Edit. Antverp. 1634. col. 150.
2. Ibid. col. 367.

quia *paucos* recipit et admittit, si fiat comparatio ad numerum eorum qui ambulant viam iniquitatis, quæ ob id etiam spatiosa dicitur....

« Porro notandum ex Hieronymo quam signanter Dominus de utraque via locutus sit. Per latam enim viam dicit multos ambulare, arctam vero paucos invenire. Latam enim non quærimus, nec inventione opus est, nam sponte se offert. Angustam vero nec omnes inveniunt, nec qui inveniunt ingrediuntur statim per eam, aut non perseverant in ea, siquidem multi, inventa veritatis via, capti voluptatibus sæculi, de medio itinere revertuntur. Bene ergo dicit : *pauci sunt qui inveniunt eam,* significans etiam *pauciores* esse qui ambulant per eam.

« Docuit ergo Dominus hac parabola duarum viarum, non respicere ad multorum conversationem, sed potius pauciorum nos fieri imitatores. » (1)

In verba autem : *Domine si pauci sunt qui salvantur. Contendite intrare,* etc. « Dominus, inquit, ex proposita quæstione occasionem arripit docendi... modum quo ad salutem est perveniendum, et tamen sua responsione simul etiam quæstioni satisfacit, indicans *paucos fore qui salutem assequentur,* — « quia multi quærent intrare et non poterunt » (2).

5. — SALMERON. S. J. († 1585.)

In textum Matth. XXII, 13 de nuptiis regalibus, sic concludit : « Cum illo de convivio ejecto, conjun-

1. Comment. in Concord. Evang. cap. XLIII. Edit Ludg. 1684. p. 324.
2. Ibid. cap. XC. pag. 636.

gendi sunt omnes, qui primum vocati ad nuptias, indignos se illis reddidere ; ex quibus infertur *ad litteram :* multos esse vocatos ad consortium regni cœlestis, et inter hos multos, *paucos esse* in comparatione vocatorum, *electos* a Deo, cum inter eos quidam non veniant, quidam ob indignitatem suam rejiciantur. » (1)

6. — STAPLETONUS. († 1598.)

« *Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.* — Locus moralis de paucitate salvandorum, ad timorem utilis... Totus, inquam, hic locus, de assiduo timore saluberrimus, vix ex alio capite fortius deducitur et dependet, quam ex hac multitudine ingenti vocatorum christianorum, sed *ingenti paucitate electorum.* Hinc enim Propheta Isaias, cap. IX, dixit, *Multiplicasti gentem, non magnificasti lætitiam,* sed potius auxisti timorem et dolorem, quum in multitudine gentium, quæ toto orbe terrarum Christum ore confitentur, tam pauci sunt qui corde credant, et fidem suam ex bonis operibus ostendant....

« Hanc paucitatem Christus prævidens, nosque ejus præmonere volens, dixit : *Putasne Filius hominis, cum venerit, inveniat fidem in terra ?...* Hanc etiam ob causam, monet nos Christus *intrare per angustam portam, quia arcta est via quæ* ducit ad vitam, non quidem via fidei, sed via morum, via charitatis et observationis mandatorum Dei, per quam pauci

1. Apud Knabenbauer, in h. l. pag. 248.

ambulant ; ideoque viæ terminum, cœlestem beatitudinem, pauci consequuntur. » (1)

7. — BARRADIUS. S. J. († 1615.)

« Parvus est numerus electorum si conferatur cum multitudine damnandorum. » (2)

Et in vulgatum textum : « Multi sunt vocati, pauci vero electi, » sententias congerit antiquorum : « D. Gregorius : Terribile est valde quod sequitur, quia ad fidem multi veniunt et ad cœleste regnum pauci perducuntur. — Eodem modo interpretatur Beda. — Haymo sic : multi sunt vocati per fidem, pauci vero electi per operationem. Et Interlinearis : multi sunt vocati ad fidem, pauci vero ad gloriam (3). »

8. — LUCAS BRUGENSIS. († 1619.)

In Matth. XX : « Ne quis objiciat quomodo fiant novissimi, excludanturque vita æterna, qui fuerint cultores servique Dei : Multi, inquit, quovis sæculo vocati vocandique a Deo sunt ad Dei cognitionem et cultum, quemadmodum ille paterfamilias quavis hora diei vocavit operarios, qui ipsi in colenda ipsius vinea servirent ; sed ex eis pauci sunt a Deo electi ad vitam æternam, i. e. Dei gratia sic aucti, ut ad mortem usque Deo perseveranter servientes, quo-

1. *Promptuar. mor. super Ev.* In Dom. XIX post Pent. Edit. Antverp. 1593. pag. 513.

2. *Itiner. filior. Israel ex Ægypto.* — Ed. Lugd. 1620. T. V. col. 628.

3. In Evang. Lib. I. cap. 17. — T. I p. 350. col. 1.

modo oportet et dignum est, beatitudinem æternæ vitæ assequantur ; quemadmodum patrisamilias non sic omnes accepti fuerunt, ut gratuitam suam magnificentiam in omnes effunderet.

« Neque vero solummodo contestatur Jesus non omnes vocatos esse electos, sed *paucos ;* quo venit considerandum terribile judicium Dei, non tantum hominum, verum etiam vocatorum, i. e. recta in Deum fide aliquando donatorum, Christianorum inquam, Israelitarum, et his antiquiorum fidelium, *paucos electos esse*, si ejusdem conditionis reprobis conferantur. » (1)

9. — TIRINUS. S. J. († 1636.)

In Matth. XX, 16 : « *Multi sunt vocati.* » —

« Ex parte enim Dei et Christi omnes vocati sunt. Matth. XI, 28 : *Venite ad me omnes :* et, de facto, multi vocantem etiam secuti sunt ad fidem et justitiam.

« *Pauci* tamen *electi* ad æternam gloriam ; quia *longe major pars* non obedit vocanti et venire recusat; multi etiam eorum qui venerant, rursus aufugiunt: atque ita *paucissimi, respectu pereuntium,* reperientur sub finem temporis, qui seligentur ad gloriam cœlestem. » (2)

1. Commentarius in sacr. quat. Evang. Edit. Antverp. 1712. T. I. pag. 306.

2. Edit. Antverp. 1688. p. 952.

10. — CORNELIUS A LAPIDE. S. J. († 1637)

Quem ita laudat eruditus et judiciosus Benedictus XIV, de modo quo tractavit præsentem quæstionem: « Præsertim rem satis erudite pertractat, et multorum Patrum auctoritate ductus, sententiam expositam defendit. » (1)

Non unico in loco probat doctus interpres communem sententiam Patrum et Theologorum : quinimo refutat Suaresium sperantem salutem majoris numeri catholicorum.

Celebris locus Cornelii nostri est commentarium ejus in Numer. XIV, 30. Attamen consulto abstinemus a referendo hoc loco. Ratio est : quia R. P. Castelein postulat responsum *doctum :* « Je ne serai pas embarrassé pour répondre à mes contradicteurs. Je souhaite seulement que l'attaque soit *savante* et précise. » (Intr. p. XI) Et locus allegatus non sat doctus videtur erudito nostro adversario : « Qu'on consulte par exemple le P. Cornelius a Lapide, Comm. in Num. cap. XIV, V. 30, on y trouvera des soi-disant révélations au-dessous de toute créance; et cependant l'auteur est un érudit et un exégète de valeur, mais de temps à autre dans son immense travail de compilation le sens critique lui fait défaut. En admettant l'authenticité des visions qu'il rapporte, *peut-être* pourraient-elles s'entendre du petit nombre des âmes qui après la mort montent tout droit au ciel. » (p. 285. nota.)

1. *Institut.* XXVII. nº XVIII.

Citamus ergo locum omni exceptione majorem, laudatum a Benedicto XIV, et prætermittimus revelationes quas critica scientia neotericorum tantopere despicit.

Ergo in Jacobi II, 13 : *superexaltat autem misericordia judicium*, hanc luculentam habet dissertationem Cornelius :

« Aliqui apud Bedam sic exponunt, quasi diceretur: « Plures per Dei misericordiam salvantur, nimirum qui fecerunt misericordiam, quam per judicium damnentur ; plures sunt electi quam reprobi.

« Hoc in Angelis verum est...

« In hominibus falsum est. *Certum enim est* longe majorem **hominum** partem damnari, si omnes omnino, etiam Gentiles, Saracenos et Hæreticos comprehendas.

« Plures ex **Christianis adultis** damnari quam salvari, suadere videtur ratio et auctoritas.

« Ratio, quia longe major pars Christianorum vivit in statu peccati mortalis ; juxta regulam autem S. Augustini, sicut quis vixit, ita et moritur, ut raro qui male vixit, bene moriatur, et vice versa.

« Dices : omnes suscipiunt S. Sacramenta in fine vitæ. Respondeo : non omnes : nam multi in præliis, navibus, montibus, pagis, etc. moriuntur sine Sacramentis. » (Quibus addere licet *solidarios* aliosque impios, frigidos, Cornelio nostro ignotum genus.)

« Rursum ex iis, qui Sacramenta suscipiunt, multi ea male suscipiunt, ac proinde peccata non expiant ; multi enim laborant ignorantia crassa articulorum fidei, quos explicite scire et credere tenentur æque

ac Sacramentorum ; ac præsertim ignorant efficax propositum abstinendi a peccatis requiri, ut quis sit capax absolutionis, et nesciunt quam fortis et constans resolutio animi requiratur, ut propositum censeatur esse absolutum et efficax.

« Alii, esto sciant necessaria salutis, tamen vivunt incurii suæ salutis, toti intenti colligendis divitiis et dignitatibus, ut raro, vel numquam de Deo et vita æterna, deque conscientia sua cogitent, nisi in Paschate, idque idcirco tantum, quia coguntur præcepto Ecclesiæ confiteri et communicare ; peracto Paschate, illico ad res terrenas redeunt, iisque se immergunt, imo obruunt. » (Et quid dicendum de millibus qui nequidem in Paschate communicant ! Proportio eorum qui adimplent hoc præceptum est Bruxellis, aliisque in locis parum piis : inter feminas, quarta pars, inter viros quinque tantum de centum, inter ludimagistros officiales, moraliter nullus omnino. Et quid erit postea de istorum discipulis ?)

« Alii irretiti sunt usuris, simoniis, bonis injustis quæ restituere nolunt.

« Alii habent pellices, vel obscœnis amoribus sunt impliciti, ut iis se expedire nequeant, quia serio se expedire nolunt.

« Alii fovent lites, rixas, et odia immortalia.

« Denique multi, esto sciant propositum efficax requiri ad absolutionem, tamen illud procurare et habere non satagunt, sed habere se simulant, imo sibi ipsis falso persuadent.

« Est enim propositum hoc serium res ardua, sublimis et difficilis ; multi autem nolunt vim sibi

adhibere, et ad rem tam arduam totis viribus conniti, præsertim in morbo et articulo mortis, cum ratio, judicium, sensus et vires hominis debilitantur et sopiuntur ; unde, ex habitu tot annorum, in morte tale formant propositum, quale solent in Paschate, scilicet superficiale, verbale et inefficax. (En contrarium mortium illarum bonarum, quæ præparat fides vacua : « Ah ! que cette foi plaît à Dieu ! Et que de bonnes morts elle prépare, malgré les défaillances de la vie ! » — R. P. Castelein, p. 62.)

Nescio ubinam inveniri poterit inter seniores missionarios, pastoresve animarum, sacerdos ille qui « a été des milliers de fois l'heureux témoin de ces bonnes morts ? » (Ibid.) — Experientia quotidiana doctrinam confirmat pii et docti Cornelii, tritumque proverbium : « Qualis vita, finis ita. »

Sed juvat iterum audire nostrum A Lapide ita pergentem : « Hac enim justa animadversione punitur peccator, ut qui vivens oblitus est *Dei*, moriens obliviscatur *sui*, aït S. Gregorius et S. Augustinus, lib. 3 de Libero arbitrio. Illa est pœna peccati justissima, ut, qui rectum facere cum posset, nolit, amittat posse, cum velit.

« Porro multos carere hoc serio proposito colligitur ex variis indiciis.

« Primum est, quod hoc propositum obiter semel eliciant in Paschate, ad hoc ut confiteantur, quia ad hoc a Pastoribus coguntur ; unde hoc propositum magis extortum est et coactum, quam liberum et spontaneum. Hinc mox a Paschate et confessione ad suas cupiditates, vitia et scelera redeunt, uti multi

redeunt ad eadem post confessionem in periculo mortis peractam, si periculum hoc evadant et revalescant; qui reditus signum est illud propositum fuisse coactum, et metu mortis extortum, non sincerum et serium.

« Secundum, quia multi malos habent habitus, inebriandi se, fornicandi, etc., quos deponere nolunt; aut, si volunt, non adhibent remedia ad rem tam inolitam defricandam necessaria. Porro, præ reliquis vitiis passim in hominibus dominantur luxuria et superbia: hæc duo potentissima sunt implentque infernum.

« Tertium, quia multi habent principia politica, aut vitiosa, proposito huic directe contraria, et quibus a pueritia enutriuntur, adolescunt et vivunt; v. g.: Injuriam tibi et tuis factam, talione esse vindicandam; inglorium, vilem et infamem esse qui id non faciat; duellum, si offeratur, esse acceptandum, ne honor perdatur; in conviviis, cuilibet ad æquales haustus propinanti, esse respondendum, ideoque inebriandum; ante omnia consulendum esse statui, prolibus, familiæ; ut statum, honoremque retineas vel augeas, omni modo enitendum, nec curandas leges Ecclesiæ, vel Dei, si obsistant; vitam et fortunam tuendas esse præ omnibus, etiam cum dispendio legis Dei; non esse tolerandas ignominias, calumnias, verbera, sed par pari referendum. Hæc autem dictamina et principia, data occasione, sæpius actu cogitant, destinant, confirmant, ac numquam deponunt, ne in Confessione quidem; adeo ut, si a Con-

fessario de iis præcise rogentur, respondeant, se in iis perstituros ; quia ubi agitur de honore, lucro aut commodo, non curant conscientiam, nec Deum, nec infernum.

« Porro hæc proposita habitualiter, imo virtualiter semper in iis manentia, ex diametro repugnant proposito serio cavendi omnia peccata, Deique legibus per omnia obediendi. »

Ad sequentia attendant quidam scriptores atque concionatores moderni :

« Concionatores sæpe hoc non docent, non explicant, non inculcant ; peccatoribus commendant passionem Christi, misericordiam Dei, largitionem eleemosynarum, et cultum B. Virginis, quod illa sui cultores non sinat perire ; — nec descendunt ad vitia huic illive loco propria, ut contra ea tonent et fulminent, eaque extirpent ; unde urbes et populi manent in iisdem malis legibus, consuetudinibus, propositis, vitiis, nec ullum, vel exiguum, ex concionibus omnibus fructum referunt. Mutent ergo modum concionandi, si Deo, conscientiæ, Ecclesiæ et auditoribus consulere satagunt, ut conscientias feriant, ex iisque omne malum semen, quod in tali loco grassari sciunt, stirpitus evellant.

«Quartum.—Esto aliqui in morte confitentes, concipiant verum propositum, tamen post confessionem, si pluribus diebus, ut fit, decumbant, recurrit memoria pristinarum cupiditatum, quæ animum, iis se pascere solitum, ad consensum flectunt, ut in pravam cogitationem et delectationem morosam præteritæ et solitæ voluptatis illicitæ consentiat ; præsertim

quia dæmon tunc eamdem menti objicere et refricare solet, gravissimeque hominem tentare in ultimo illo duello, adeoque in ipso agone, quo anima e corpore migrat ; permittit enim id dæmoni Deus, justo judicio, in pœnam scelerum et negligentiæ, qua, sani et vegeti, cupiditates illas mortificare non curarunt, sed eis indulserunt quasi equus et mulus ; quare tunc multi succumbunt et pereunt ; cujus rei plura manifesta exstant exempla.

« Quintum. — Virtus, salus et gloria cœlestis est res sublimis et ardua, superans omnes naturæ vires ; ex altera parte, hominis natura, per peccatum corrupta et plane ad res terrenas depressa est ; tamque vivi in ea sunt affectus terreni et cupiditates opum, honorum, commoditatum, deliciarum, ut vix apprehendat aut capiat res cœlestes, multo minus ad eas se erigat, et totis viribus connitendo assurgat.

« Esto enim gratia Dei præveniatur, tamen illa se habet in homine lapso ac medecina in homine infirmo et prostrato, ut illum vix erigere queat ; et, si erigat, facile rursum collabatur et corruat. Quare in hac generali naturæ corruptione, facile est cuilibet inter tot occasiones et tentationes carnis, mundi et dæmonis, labi in aliquod peccatum mortale ; ex eo autem resurgere per pœnitentiam et propositum efficax, arduum est et perdifficile. Atque hæ sunt duæ causæ et quasi duo poli, in quibus vertitur hujus quæstionis cardo : puta damnandorum multitudo et salvandorum paucitas. Vera est enim gnome S. Justini : « Animus ad ea bona quibus excidit, ægre revo-

cari potest, ac rursus ab iis quibus assuevit malis, non facile extrahi potest. »

« Sane harum rationum momenta et experimenta coegerunt viros sapientes, ac inter eos nostrum Benedictum Justinianum, mutare sententiam, ut cum prius sensisset plures e Christianis salvari, hoc loco sententiam revocet, censeatque plures damnari.

« Romæ plures audivi idem sentientes, ac inter eos nuper celebris quidam doctor et concionator passim prædicabat, confessiones eorum, qui imminente morte confitentur, cum male vixerint, cæteris antea tota vita factis esse deteriores.

« Quin et S. Augustinus, Serm. 57 de Tempore : « Nec illud servet, inquit, ut in extremo vitæ suæ tempore, tunc pœnitentiam petat, quando eam agere non possit. Inutilis enim ista persuasio. » Et mox : « Ideo pœnitentia, quæ ab infirmo petitur, infirma est. Pœnitentia, quæ a moriente tantum petitur, timeo ne ipsa moriatur. Et ideo, Dilectissimi, quicumque invenire vult misericordiam Dei, sanus agat pœnitentiam in hoc sæculo, ut sanus esse valeat in futuro. » — Idem Hom. 41 inter 50 : « Agens, inquit, pœnitentiam et reconciliatus, si securus hinc exit, ego non sum securus. » Causam subdit : « Si vis agere pœnitentiam tunc quando peccare non potes, peccata te dimiserunt, non tu illa. Ergo tene certum, dimitte incertum. » Idem de Verbis Domini secundum Lucam. serm. 24 : « Vivite bene, ne male moriamini. »

Addit Cornelius noster : « Eædem rationes idem mihi persuadent, ut licet in nonnullis oppidis,

locis, populis bonæ indolis et *educationis* (hic cum mœrore iterum consideramus educationem socialisticam, quæ in Belgio datur in scholis neutris) ubi scilicet insignes sunt magistri, Pastores, confessarii, senatores, gubernatores, qui assidue a puero populum in fide et pietate erudiunt, nutriunt et fovent, — plures salvari credam.

« Tamen in multis aliis, ubi hæc desunt, ubi scilicet magna est ignorantia et incuria salutis, atque ubi indoles gentis perversa, *prava educatione* aut societate nutritur et roboratur, plures damnari quam salvari opiner, aut metuam. »

« Accedit auctoritas. » — Citat primo, locum libri quarti Esdræ, a Suaresio et Gonet quoque allegatum, in quo expresse dicitur : « multi quidem creati sunt, sed pauci salvantur. » « Qui liber, addit, etsi non sit canonicus, tamen suam habet auctoritatem. » — Deinde affert trita argumenta Scripturæ et Patrum.— Tunc citat Alphonsum Mendozam, qui, iisdem fere argumentis, fuse probat numerum prædestinatorum superari a numero reproborum.

Et tandem, pro more suo, pius et doctus interpres conclusionem moralem seu asceticam habet :

« Hæ rationes et hæc sententia magnum cuique de salute injiciant metum sanctumque timorem ; ut, juxta Apostolum, cum timore et tremore eam operetur ; ac proinde conscientiam suam serio indaget; et, si quæ in ea principia et dictamina saluti contraria inveniat, prorsus abneget et evellat, ore et voluntate a nimio opum et honorum amore abstrahat, cupiditatibus generose resistat, totumque se Domino,

Deique legi affigat, malens omnia pati, omnium jacturam facere et millies mori, potius quam Eum offendere, aut Ejus gratiam et amicitiam perdere.

« Cum enim tam multi etiam Christiani damnentur, tam pauci salventur, quis non timeat, quis non inter paucos esse sàtagat, quis non pericula salutis studiose devitet, quis non eam omni modo assecuret ?

« Unam enim habemus animam, non plures. Hoc cogita, quisquis hæc legis.

« Vive Deo, vive æternitati. » (1)

11. — JANSENIUS LEERDAMENSIS, VULGO IPRENSIS. († 1638.)

Intrate per angustam portam. — « Arcta quidem et angusta porta intelligitur via virtutis, tum quia terminis divinæ legis, maximæque christianæ, hactenus traditæ conscripta est, ita ut neque ad dexteram neque ad sinistram vagari hominem sinat, ut ulli omnino cupiditati satisfaciat : tum quia incessu difficilis est, non propter se, cum sit maxime connaturalis, sed propter pronitatem corruptæ naturæ in omnia sensibilia, a quibus difficillime refrænatur : tum denique quia unica omnino est, a qua nequidem latum unguem fas est deflectere.

« Quia vero omnes cupiditates per diversissima genera vitiorum in corruptelas feruntur, sive per excessum, sive per defectum, hinc dicitur : *lata porta*

1. Corn. a Lap. in Jac. II, 13.

et spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem, i. e. via iniquitatis, *et multi sunt, qui intrant per eam,* et consequenter tendunt ad perditionem æternam. — Major enim hominum pars viæ facilitate capitur, et libentius facit id quod lubet, quam id quod licet.

« Unde quasi admirabundus Salvator adjicit : *Quam angusta porta et arcta via est, quæ ducit ad vitam, et pauci sunt qui inveniunt eam :* pauciores qui ingrediuntur, paucissimi, qui ingressi ad finem usque perseverant, ut Hieronymus notat tum hic, tum lib. II contra Pelag. Nulli enim Philosophi, Hæretici, Turcæ, Ethnici eam inveniunt; nulli mali Catholici ingrediuntur, pauci boni ad finem usque perveniunt. — Via vero spatiosa inventu facillima est, quia non alio opus est ductore quam errore et a via recta deflexu, qui infinitis modis fieri potest. Eamdem doctrinam lumine naturæ viderunt Ethnici...

« Quia vero viam illam inventu difficilem, et a paucis inveniri dixerat, ut merito dux aliquis quæri deberet, aptissime subjungit, non a quolibet eam esse quærendam: *Attendite a falsis prophetis.* etc. » (1).

Quæ hic Jansenius docet valde sunt catholica et approbata.

12. — FROMONDUS. († 1653.)

« Certum est ex toto omnium hominum genere plures damnari quam salvari.

« Si inter Christianos etiam numeremus apostatas

1. Edit. Mechlin. 1825. T. I. p. 106.

et hæreticos, qui falso nomen Christianorum gerunt, longe plures etiam damnantur Christiani quam salvantur.

« Inter autem vere fideles qui in Ecclesia et fide catholica moriuntur, S. Augustinus et alii SS. Patres plures damnari quam salvari, ex variis Scripturæ sententiis conjectant.

« Et licet fortasse verum sit quod major pars fidelium sine Sacramento pœnitentiæ non moriantur, plerique tamen mundani fructum Sacramenti non percipiunt, quia non habent sinceram illam peccatorum detestationem et efficax emendationis propositum necessarium ad justificationem ; opus enim est maxima gratia Dei, ut homines longo tempore divitiis, honoribus, voluptatibus, et rebus aliis terrenis affixi, ex tanta depressione subito ad sublimem illam pœnitentiam assurgant, — ut hic adversus Suarem fuse et bene ex Patribus et aliis Theologis probat Cornelius a Lapide, qui addit etiam Romæ se plures Theologos audivisse idem sentientes, propter generalem quamdam morum corruptelam et vitæ laxitatem. » (1)

13. — MENOCHIUS. S. J. († 1655)

In Matth. XXII. 14 : «Hæc conclusio *Multi enim sunt vocati, etc.*, ad totam superiorem parabolam referenda est, in qua videmus multos fuisse vocatos, sed *paucos venisse*, et ex illis ipsis qui venerunt, *non omnes electos esse.* »

1. In Epist. Jac. cap. II, 13. Edit. Lov. 1678. pag. 473. 2.

14. — NIC. TALON. S. J. († 1691.)

Ita loquitur hic Auctor in opere suo *L'histoire sainte du Nouveau Testament*, T. I. *Vie agissante de J.C.*, cap. LII. *L'assurance du Salut dans la voie étroite*, p. 243 :

Intrate per angustam portam, quia lata porta et spaciosa via est, quæ ducit ad perditionem, et multi sunt qua intrant per eam. Matth. VII. 13.

« Taulère, dont la vertu ne devait rien appréhender, ne pensait néanmoins presque jamais à ces paroles, qu'avec quelque sorte de tremblement, et devant un jour prêcher sur ce sujet, il commença sa prédication par ses larmes.... et témoigna par là la persuasion où il était du petit nombre de ceux qui vont sur le chemin de la vertu.... »

Citat tunc figuras angustæ portæ Paradisi, et concludit :

« Toutes ces choses sont des figures du petit nombre des élus, dont nous avons des prophéties encore plus expresses dans Isaie. »

Citat textus scripturæ Sacræ.

Citat testimonia gravissima SS. PP. « *C'est la pensée de tous les Pères de l'Église.* »

15. — BERNARDINUS A PICONIO. († 1709.)

« Plurimi sunt ad salutem vocati ; ad eam enim nemo hominum non vocatur ; at pauci merentur inter electos computari. » (1) « Quia venire noluerunt, pauci sunt electi. » (2)

1. Triplex expositio in Matth. XX, 16. Paraph.
2. Ibid. adnot.

« Multi enim sunt vocati, quippe vocantur omnes; pauci vero electi, scilicet qui vocati obediunt suæ vocationi, et in ea sancte perseverant. » (1)

— Et in Matth. VII, 13 et 14 : « Intrate per angustam portam ; eligite *cum paucis* ad hanc felicitatem tendere ; recedite ab ea, qua *cum multis* ad æternam perditionem curritur.

« *Lata porta... quæ ducit ad perditionem ;* et multi *sunt qui intrant per eam.* Hæc porta est multitudinis, quæ genium, usus et consuetudines sæculi, tamquam vitæ suæ regulam sectata, effrenatis naturæ corruptæ libidinibus indulget.

« *Quam angusta porta et arcta via est !* — Hæc quasi stupentis verba indicant nemini hanc angustam, qua intrandum ad cœlestem gloriam, viam dilatari posse » Tandem in Luc. XIII, 24, jam respondet objectioni neotericorum, commendationem Christi « *contendite intrare per angustam portam*, Judæos Messiæ coævos tantum, minime vero Christianos posterorum sæculorum concernere : « Miserrima hæc sors, a Christo prænuntiata Judæis, fatale præsagium est futuræ infelicitatis æternæ iis christianis, qui Evangelio conformem ducere vitam noluerint. »

16. — CALMET. († 1757.)

In sensu communi SS. Patrum summatim ita interpretatur textus, quorum exegesim volunt penitus mutare neoterici : « Ingens semper quæstio fuit utrum

1. In Matth. XXII. 14. Paraph.

eorum, qui salvantur, numerus magnus esset. Sed in universo Evangelio Jesus-Christus ostendit electorum numerum exiguum esse, cœli januam esse angustam, eamque a perpaucis inveniri ; viam vero, quæ illuc ducit, arctam esse ac difficilem, et non multos illac ad finem usque contendere. » (1)

17. — DE LIGNY, S. J. (1788.)

Matth. VII. 13. « Jésus-Christ déclare formellement que le grand nombre sera des prévaricateurs, et que *celui des observateurs fidèles sera sans comparaison le plus petit ;* qu'ainsi sa loi doit être entendue et observée à la lettre, ou, si l'on veut l'expliquer par la pratique, ce n'est que dans *la pratique du petit nombre* qu'il faut en chercher le véritable sens. » (2)

Et Matth. XX. 16 : « C'est comme si J. C. disait : vous paraissez étonnés de m'entendre dire que les premiers appelés seront renvoyés au dernier rang ; combien plus devez vous l'être de ce que, parmi ce grand nombre d'hommes,qui ont été appelés et qui le seront encore, *très peu* auront part à la récompense. » (3)

18. — FILLION.

« *Lata porta et spatiosa via.* — Double figure des facilités, des libertés, de l'agréable aisance que procure une vie sans frein, livrée aux passions et au

1. Calmet. In Luc. XIII, 23.
2. *Hist. de la vie de Jésus-Christ.* Edit. 1824. T. I p. 226.
3. Ibid. T. II p. 300. note.

péché. Il n'y a rien de gênant à l'entrée de cette porte ni sur cette route.

« *Quæ ducit ad perditionem.* — Mais cette accueillante porte, une fois franchie, cette route facile une fois descendue, où arrive-t-on ? A la ruine éternelle. Et, ce qui est bien triste, c'est que *la plupart des hommes se précipitent avec insouciance ou plutôt avec empressement dans cette direction : et multi sunt....*

« *Quam angusta porta....* Symbole des peines et des sacrifices qu'impose la justice chrétienne bien pratiquée.... Mais quelle récompense attend ceux qui surmontent courageusement ces obstacles ! — *Ducit ad vitam :* la vie éternelle, dans le sein de Dieu, les reposera de toutes leurs fatigues. — Malheureusement, *pauci sunt qui inveniunt eam :* ces mots durent être prononcés avec un accent de profonde tristesse. De nos jours, comme au temps de Jésus, comme à toutes les époques, l'humanité se divise en deux catégories : la foule suit la voie large, sans s'inquiéter de l'abîme qui en est le terme : le petit nombre gravit péniblement l'étroit sentier, se consolant à la pensée des joies futures. — *C'est à bon droit que les Pères et les Docteurs ont vu dans ce passage un argument favorable au sentiment, d'après lequel le nombre des élus sera relativement restreint.* » (1)

19. — VAN ETTEN.

Qui per annos 25 docuit Scripturam Sacram in S. J., in opere suo eruditissimo : *Het leven van onzen*

(1) Ev. selon S. Matth. VII. 13 et 14. Edit. 1878. p. 146.

goddelijken Verlosser, manifeste, et tamquam inconcussum quid, tenet electorum numerum, licet in se magnum, comparative tamen esse minorem numero reproborum.

En verba ejus : « Weinigen zijn ze die hem vinden ! Met dit woord geeft Jezus zeker niet te kennen dat het getal dergenen die zalig zullen worden, absoluut genomen, gering is. Neen ! Hij spreekt hier in vergelijkenden zin, zoo als blijkt uit de tegenstelling: Breed is de weg die tot het verderf leidt, en velen zijn ze die daar langs ingaan. Hij geeft te kennen dat het getal dergenen die 't pad der zelfverloochening bewandelen en 't leven ingaan, ofschoon op zich zelve genomen niet zoo gering, toch klein moet genoemd worden, bij de groote menigte die langs den weg der zelfvoldoening voortsnelt naar 't eeuwig verderf. » (1).

Idem repetit ad textum Matth. XXII. 16. *Multi vocati.* » (2)

20. — COLLERIDGE, S. J.

Matth. VII. 14. — « Cette doctrine qui ressort naturellement des paroles de Notre-Seigneur, *que la majorité* des *hommes suit le chemin de la perdition,* peut sembler dure et décourageante : il ne manque pas d'esprits réfléchis qui cherchent à échapper aux conclusions qui paraissent en découler. (3)... Notre-Seigneur nous dit que l'immense influence de la majorité des hommes avec qui nous vivons, s'ajoutera encore

1. *Tweede deel.* bladz. 94.
2. Ibid. bladz. 239.
3. *La Vie de notre Vie.* T. VII. p. 300.

à notre propre faiblesse et à nos inclinations mauvaises pour nous entraîner. Toujours nous aurons contre nous la multitude... Oui, prenons-en notre parti : toujours nous aurons à lutter contre la multitude : c'est l'exemple de la multitude qui toujours a retenu, comme il retient encore, tant d'âmes dans la poursuite de la perfection. C'est l'exemple de la multitude, parmi les catholiques, qui fournit toujours à ceux qui n'appartiennent pas encore au bercail de l'Église, un prétexte pour n'y point entrer. C'est l'exemple de la multitude des soi-disant chrétiens qui ferme à toute l'évidence de l'Evangile les cœurs de millions d'incrédules. » (1) — Et loquens de monasteriis addit pius auctor : « Eh bien ! là aussi, l'exemple de la multitude devient parfois funeste à la perfection... Ces négligences, dans une vocation si haute... supposent un manque de fidélité et de correspondance à la grâce, dont il est impossible de prévoir toutes les conséquences. » (2)

Luc XIII. 24. — « Le sens parait être assurément que ceux qui entrent par la porte étroite sont peu nombreux, tandis que *la plupart suivent la voie large, qui conduit à la perdition.* » (3)

21. — CAN. CEULEMANS. S. T. D.

Solidus hic in Seminario Mechliniensi Scripturæ Sacræ Professor, in Matth. VII, 14, *Pauci sunt qui inveniunt eam*, ait : « Spatiosa via sponte se offert, sed

1. Ibid. p. 306.
2. Ibid. p. 307.
3. Ibid. T. XIII. p. 158.

arcta sedulo quærenda est ; hæc via ducit ad vitam æternam, sed pauci sunt qui inveniunt et sequuntur eam. Ex his Christi verbis colligendum videtur numerum reproborum longe majorem fore quam numerum salvandorum, saltem si homines totius mundi computantur. Si autem de solis christianis vel etiam de solis catholicis quæritur, major est dubitatio. » (1)

22. — KNABENBAUER, S. J.

Clarissimum hunc et eruditum interpretem pro opinione majoris numeri electorum stare, non cunctantur adversarii inflatis buccis proclamare (2). Qua fide judicet Lector.

In Matth. VII « *Pauci sunt qui inveniunt eam,* » scribit de paucitate eorum qui adipiscuntur salutem: « Rem esse difficilem, ex eo quoque ostenditur, quia *pauci sunt qui inveniunt eam ;* proinde sollicite eam quærere oportet, id est cum timore et tremore salutem operari necesse est.

1. L. c. pag. 82.

2. « C'est étrange que les deux plus savants exégètes de ce siècle, Mgr Beelen et le P. Knabenbauer ne s'en soient pas doutés... (R. P. Castelein 2a Edit. p. 64.) — « Les commentaires d'un *certain nombre* de SS. Pères n'ont pas lié les deux plus savants exégètes du siècle, Mgr Beelen et le P. Knabenbauer. Ils ont adopté une interprétation tout autre ». (R. P. Castelein. Lettre au « Patriote », Mars 1899.) — « Les objections en très grand nombre, je l'avoue, tirées des écrits des SS. Pères... n'ont pas empêché... les deux plus savants exégètes du siècle, Mgr Beelen et le P. Knabenbauer, S. J., d'interpréter le fameux texte (beaucoup d'appelés, peu d'élus) tout autrement qu'on ne l'a interprêté durant de longs siècles. » (R. P. Castelein. Lettre au « *XXe siècle* ». Mars. 1899) — Item Defensor ejus, E. T. S.-J., (Lettre au « Patriote », 19 Mars. 1899), — Verum est P. Knabenbauer hic interpretari Matth. VII, et non XX vel XXII, sed opinio ejus nihilominus clare est contraria huic R. P. Castelein, et minime recedit a communi sententia Sanctorum.

« Cum autem dicat *pauci sunt*, aït S. Chrysostomus, multorum ignaviam declarat et auditores instituit, ne multorum rebus prosperis animum adhibeant, sed paucorum laboribus; non est multitudini attendendum, neque inde turbari oportet, sed paucos illos imitari.

« Itaque non quo itur, sed quo eundem sit, attendere opportet. Si tempus spectas quo Christus loquitur, profecto haud multi erant ex toto genere humano qui legem naturalem animis inscriptam sedulo servantes, ab illicitis voluptatibus aliisque vitiis ac peccatis se custodierint immunes. Inter ipsos Judæos, Pharisæi et Scribæ, qui æmulationem legis præ se ferebant, pluribus vitiis erant inquinati (cf. Matth. 23, 3. seq). Quid jam de aliis, qui spreta lege a partibus stabant alienigenarum, Sadducæi, Herodiani ? et quid de populi turba ? vide Matth. 11. 21 seq. 23, 37, Luc 13, 2-5 etc. Proinde merito dicit « pauci sunt. » Et quid hodie ? quid generatim per sæculorum decursum ? Manet verum quod scribit S. Hier. : « Lata via est sæculi voluptas quam appetunt homi-« nes ; per latam multi ambulant, angustam pauci « inveniunt ; latam non quærimus, nec inventione « opus est, sponte se offert et errantium via est. « Angustam vero nec omnes inveniunt, nec qui inve-« nerint, statim ingrediuntur per eam ; siquidem « multi inventa veritatis via, capti sæculi voluptatibus, « de medio itinere revertuntur. » Docet Christus : Si vis ad vitam ingredi, serva mandata. Ipsa ergo sunt via et porta angusta ; sed per integram custodiam mandatorum Dei, difficile est homini carnali

ambulare (Salm.) et quot putas ex toto genere humano constanter in ea via ingrediuntur ? Nonne « pauci sunt ? » — Ita Knabenbauer. (1)

23. — FR. ALLIOLI. († 1873.)

Qui docuit linguas orientales et cathedram exegeseos et archeologiæ tenuit, necnon versione sua S. Scripturæ cum annotationibus in primis innotuit.

In Matth. XX. 16 « Beaucoup d'appelés, peu « d'élus. » Beaucoup, il y a plus, *tous* sont appelés de « Dieu à son royaume, mais un petit nombre seulement « arrivent à la félicité éternelle. Voici comment on « peut joindre ensemble cette sentence de la Sagesse : « *Beaucoup d'appelés, mais peu d'élus*, et celle touchant « les premiers et les derniers: *(sic erunt novissimi primi et « primi novissimi.)* Ne vous étonnez pas que les der- « niers soient les premiers, et que les premiers soient « les derniers, comme l'expose au long la parabole ; « car il arrive même que quelques-uns, qui ne sont « point du tout reçus, ne sont absolument rien ; plu- « sieurs ne correspondant pas à la vocation, ou n'y « coopérant pas fidèlement, d'où il suit qu'il n'y « en a relativement qu'un petit nombre qui arrivent à « la béatitude (Suarez). »

Et cap. XXII. 14 « ... De sorte qu'on peut dire en « général, qu'en égard *à l'humanité toute entière*, « le nombre de ceux qui sont éius pour la béatitude « éternelle, *est petit*. (2)

1. Ed. 1892. p. 298.
2. Ed. 1855. p. 135 et seq.

24. — VAN STEENKISTE.

« Sanctum J. C. Evangelium secundum Matthæum, — tertia editio sedulo recognita et in duplum adaucta — 1880 — ad n. 267 et 268 » — Occasione nacta ex textu de angusta porta et arcta via (Matth. VII. 13-14) clarissimus Auctor sedulo examinat, ut fatetur: « quæstionem scripturisticam *de electorum numero*. « Hac occasione, ait, instituitur *quæstio generalis* : Quid in S. Scriptura, et præsertim in Evangelio, docetur de *parvo* aut de *minore* electorum numero ? »

Hic egregius interpres varios ponit status quæstionis et adit textus varios.

« 1° Bis legitur *multos esse vocatos, paucos vero electos*.

« Contexta oratio, inquit, fovet quidem sententiæ eorum (1) qui dicunt, in utroque loco de electione *ad fidem et gratiam* sermonem fieri ; *sed* alia Christi effata innuunt simul *includi electionem ad gloriam, seu prædestinationem ad cœlum*. Et *quamvis* Christus gnomen suam *Judæis istius temporis accomodet*, eam tamen *ut generaliter dictam habemus:* qui enim sententiam ad quosdam in specie refert, potest simul enuntiare veritatem generalem. Cfr. q. 458. » — Hanc quæstionem, Amice Lector, mox videbimus. —

« 2° Bis sermo instituitur de *angusta porta, quæ ducit ad vitam et per quam pauci intrant:* Matth. VII. 14 — Luc. XIII. 24. Lucas quidem testatur verba ista a Jesu *accomodata* fuisse Judæis suæ ætatis,.. sed

1. i. e. nostrorum adversariorum.

sensus latissimus, quem verba eadem apud S. Matthæum habent, *ideo non excluditur*. »

« 3° In parabola de semente, *quarta tantum pars* fructum affert : hoc innuit, etiam post Christi adventum et sub N. T., *bonos fore pauciores*. Ideo etiam semper, usque ad finem sæculorum, verum erit quod dictum est: 1. Joan. V. 19 : *Mundus totus in maligno positus est*. » — Dein instituit alias comparationes inter eos *qui per Christum salvantur* et eos *qui per peccatum originale ad infernum protrahantur*...

Demum inter eos qui *sunt discipuli Christi*... etc. Pergit :

« 4° In pluribus parabolis Ecclesia tali modo describitur, ut boni videantur malos numero superare etc... et sic tractat de comparatione *inter Catholicos omnes — inter catholicos adultos — exclusis hæreticis*. —

5° Postremo loquitur Auctor de sententia circa numerum electorum in se parvum, equidem ut quæstionem tractavit Massillon : « Utcumque res se habeat, nolim, quod spectat viros vere Catholicos, numerum electorum tantopere imminuere quantopere fecit Massillon, in celeberrima oratione « sur le petit nombre des élus. »

Posita sic *quæstione* ut inquit *generali* : quid in Scriptura docetur *de parvo* aut *minore electorum* numero, non concludit : « nihil a nobis sciri » sed « Concludimus, dicit, non multum a nobis sciri neque « adeo nostra interest ut sciamus. Unum enim permagni refert, ut, quantumvis angusta sit porta, saltem nos *contendamus* intrare. » — Pagina superiori tamen dixerat: «Ex verbis Jesu *certo* concludi potest,

in fine sæculorum turbam reproborum, felici electorum grege frequentiorem fore. Hæc est communis et vera sententia, ait Suarez. » (1)

Adeamus nunc particularem locum in q. 458 ad quem remisit Auctor ut constet *quid sciamus*, etiam dato quod non multum sciamus. Ibi Auctor sese clare explicat circa ea quæ dixit sub n° 1° et ex professo ponit quæstionem hanc ; « Licetne ex verbis illis (multi vocati, pauci electi), *certo* concludere numerum Sanctorum in cœlis damnatorum numero minorem esse ? R. Circa hanc materiam quædam jam notavi supra q. 267 et 268. (Numeris supra relatis.) Respondetur ex interpretatione, *quam adoptamus,* recte concluditur *minorem esse electorum seu beatorum numerum*. Sed objicitur illam opinionem non convenire cum duabus parabolis quarum conclusio per sententiam illam *Mutti enim sunt vocati* etc. exprimitur... Resp. Parabola 1ª huc spectat ut operarii horæ 11ª, sc. gentiles, melioris conditionis videantur in regno Dei a quo plerique Judæi excluduntur. In 2ª parabola unus quidem ejicitur, sed multi non intrarunt. » (2)

Quid ergo clariùs et manifestiùs dicemus,quam ut hisce textibus vim probativam, si minus demonstrativam, i.e. *ex fine primario* et sensu speciali parabolæ, saltem plane certam,i.e. *ex fine secundario*,ut vult Van Steenkiste et sensu vere intento, pro thesi nostra concedamus. Ergo concludere fas est : *non multum a nobis sciri*.... et addere deinceps : *quod licet certo*

1. L. c. p. 386. q. 267.
2. L. c. p. 740-742.

concludere numerum Sanctorum in cœlis damnatorum minorem esse. Ita loquitur Joannes a S. Thoma et plerique.

En præterea quomodo Auctor noster audiat interpretationem Cl. Beelen, non vero in primum locum Matth. XX. 16, sed in alium, nempe XXII. 14. Quæ verba ejus plane confirmant dicta nostra circa Doctorem Lovaniensem. « Quid significat conclusio parabolæ : *Multi enim sunt vocati,* etc. — Respondetur : Luc. Brug, Klofutar, Beelen ad ultimam parabolæ partem eam referunt, hoc sensu : inter gentiles ad fidem vocatos paucos fore *electos* proprie dictos, nempe in cœlo admittendos, ideoque *etiam inter catholicos*, qui ad veram Christi Ecclesiam pertinent, *minorem futurum esse numerum beatorum* quam damnatorum. » (1)

« Quem finem, rogat Van Steenkiste coronidis causa, mente intendit Christus, cum hanc proposuit parabolam ?

« R. Ut mihi videtur :

Finis primarius : mens Christi ante omnia est ut doceat *Judæos* a salute Evangelica propter pervicaciam esse excludendos, imo severissime puniendos, gentiles vero in eorum locum admittendos.

« *Secundarius autem finis* latet in ultima parabolæ parte, per quam significatur, non omnes qui fidem amplectantur, atque in Ecclesiam admittantur, salvos fore ; sed præter fidem requiri ad salutem statum gratiæ, i. e. vitam sanctam. » (2)

1. Sanctum J.-C.Ev. sec. Matth. Ed. 3. 1880, pag. 799.
2. L. c. p. 800.

25. — LEONARDUS KLOFUTAR.

Hic S. Theologiæ Doctor ac professor publicus et ordinarius studii Biblici Novi Fæderis in Instituto studiorum Diœcesano Labacensi, atque consiliarius consistorii episcopalis, necnon examinator synodalis, usus est fontibus et subsidiis optimis, i. e. operibus quæ circa Scripturam in Germania *hisce nostris temporibus prodiere*, v. g. ab Aug. de Berlepsch, Fr. Xav. Patrizzi, P. Schegg, Aug. Bisping, Wilh. Reischl, Jos. Langen, Allioli, Kistemaker, Massl, Adalbert Maier, Jord. Bucher, Chr. Kuinoel, de Wette, G. Rosenmüller, Wieseler, Friedlieb, etc.

Ergo modernorum interpretum haud est ignarus eorumdemque rationem interpretandi ita scrutatus est, ut in hoc uno habeamus sensum modernorum. En ideo, Benevole Lector, ejus verba in loc. Matth. (XX. 16 et XXII. 14) et Luc. (XIII. 23), prout ad rem nostram spectant, et videbis quod plane nostram sententiam confirmant : In primo loco apud Matth. *Multi vocati, etc.* « Verba hæc, inquit, plerumque ita explicantur : Multi sunt vocati ad beatitudinem æternam, sed non ad eam electi, quia vocationem suam non sequuntur. Sed explicatio hæc ideo admitti non potest. Per electionem hoc loco sunt intelligendi præstantissimi, excellentissimi in vocatis. — *Si eadem verba : multi enim sunt vocati, etc.* postea (XXII. 14) alio sensu occurrant, — *id nostræ explicationi non obstat, quia in utroque loco diversus adest contextus.* »

— In hoc altero loco Matthei (XXII. 14) *Multi enim sunt vocati, pauci vero electi* : « Multi sunt ad regnum

Messianum, i.e. salutem, vocati et tamen damnabuntur; nam pauci sunt, qui ex Dei decreto electi, revera salutis illius in altera vita (seu salutis æternæ) participes fiunt. Causa unius sita est in charitate Dei, quæ vult omnium hominum salutem ; causa alterius, in præscientia infallibili, multos salutem oblatum spreturos esse. Ceterum, cum Christus dicit vocatos esse *multos*, minime colligi potest non omnes esse vocatos ad regnum ejus (seu ad beatitatem æternam). *Omnes* vocati dicuntur *multi*, quia opponuntur illis *paucis* qui revera beatitate potiuntur, i. e. quia *omnes sunt multi*, si cum paucis conferentur. Voluit nimirum Christus cogitationem multitudinis efferre et urgere. »

Postremo in Luc, sic loquitur : « Domine, si pauci sunt, qui salvantur, i. e. Domine *num* pauci sunt qui consequentur beatitatem æternam, seu qui consortes erunt regni Messianici consummati ? Nam verbum « Sózó » in Scriptura adhibetur tum de *salute Messiana*... in regno *Messianico consummato*, i. e. in beatudine æterna. — Interrogans erat sine dubio assecla Christi, permotus ad hanc quæstionem fors *severitate* eorum, quæ Christus a suis postulaverat asseclis, aut *renitentia* hominum, qui doctrinam ejus suscipere noluerunt. — Particula « Ei » in interrogatione directa idem valet ac græcum : « Ἆρα » *an, num*. — Ad quæstionem propositam Christus respondet ita, ut (indirecte) et *causam* aperiat, cur *multi salutem non sint consecturi*, et simul *omnes hortatur*, ut allaborent omni modo, ut participes evadant salutis istius. » (1)

1. Commentarius in Evang. S.Matth. Marci, Lucæ, Joannis, per Leonardum Klofutar. Viennœ. Labaci 1894.

§ II.

Insignis modernus interpres Scripturæ Sacræ, quem R.P. Castelein immerito sibi vindicat.

Citat contradictor noster pro opinione sua : « Les deux plus savants exégètes du siècle, Mgr. Beelen et le P. Knabenbauer, S. J. (p. 64, et *Le Patriote, 4 mars 1899.*)

Jamvero quoad **P. Knabenbauer,** doctrinam ejus, de *paucis* qui ingrediuntur viam arctam, supra vidimus. (cap. V. n. 21). Remanet ergo verbum dicendum de Cl. Beelen.

Lector in antecessu memor sit, textum «Multi sunt vocati pauci vero electi » bis citari apud S. Matthæum. (XX. 16 et XXII. 14.)

En ideo interpretationem Cl. Beelen in singulis locis istis :

In primo loco, (XX. 16), de cujus authenticitate plures audacius dubitant, sed qui locus est retinendus, clarissimus interpres nonnisi hæsitanter et modeste intelligit textum in sensu particulari de majore vel minore gradu sanctitatis, sicuti sensum hic *esse asserit* R. P. Castelein. Sed Beelen expresso modo observat quod textus « Multi vocati, pauci vero electi » habet alium sensum in secundo loco S. Matthæi. Verba ejus sic sonant ex lingua flandrica :

« Multi vocati... etc. — Hæc confirmant ea quæ immediate præcedunt : sic novissimi erunt primi... etc. — Sensus est, uti mihi videtur hic : (de zin is *dunkt mij* deze :) Etenim, generali modo loquendo,

inter eos qui serius ociusve vocati fuerunt, pauci tantummodo erunt, qui electi seu egregii, i. e. eximii (sancti), poterunt vocari. In cap. XXII. 14 idem dictum iterum occurit, *sed in hoc loco sensum alium habet.* » — « In Hoofdst. XXII. 14 komt dit gezegde nog eens voor, maar op die plaats heeft het eenen anderen zin. »

Quisnam sit hic alius sensus, quem ibi textus det, videamus.

In secundo loco (XXII. 14), ille alius sensus, qui assignatur a Cl. Beelen, non est nisi sensus communis, secundum quem textus (*Multi vocati*... etc.) non jam applicatur ab Auctore Judæis, vel priores sedes occupantibus in Cœlis, sed *Vocatis ad fidem et salutem omnigenis et iis qui* inter eos *mercede carebunt* in ultimo judicio.

En verba Beelen, qui ipse hunc alium sensum statuit.

« *Multi vocati* ... etc. Hæc, ait, enunciatio non cadit in *integram parabolam* (de invitatis ad nuptias regales) *sed tantummodo in v. 9-13,* et dat rationem dictorum Christi : *ibi erit fletus et stridor dentium.* »

Iam in *hac parte parabolæ,* dicit, agitur de vocatione omnium indistincte, etiam gentilium, ad gaudia gratiæ et salutis æternæ. Adventus regis indicat judicium universale, et vir ejectus repræsentat eos qui tunc, *licet vocati* fuerint ad fidem et salutem, tamen reperientur sine gratia sanctificante et..... *peribunt in æternum.*

En ergo quisnam sit alius ille sensus, quem indigitavit clarissimus interpres Lovaniensis ; ideoque dum in capite XX. 16 « multi vocati, pauci electi »

interpretatur : « multi vocati — velen geroepenen ; pauci eximii — weinigen uitgelezenen, dat is *uitmuntenden* ; » in cap. XXII. 14 obvium et proprium servat sensum : « multi vocati — velen *zijn* geroepenen ; pauci electi — weinigen *zijn uitverkorenen*. »

Præterea apud Cl. Beelen, hæc verba: *multi vocati, pauci vero electi*, ubi connectuntur cum immediate præcedentibus dictis Domini, assignant rationem cur tanta oritura sit turbatio vociferationum : « ibi erit fletus et stridor dentium. » Ecquid tam notabilis luctus stare potest cum ejectione unius ? Quod si vero datur ingens *multitudo* periturorum, in cujus comparatione alii *pauci* sunt dicendi, facile intelligitur tam lamentabilis luctus. Ideoque Beelen iterum dicit hic quoque rationem dari dictorum Christi (*ibi erit fletus*.... etc.) « Deze uitspraak, welke niet op « de gansche parabel slaat, maar alleen op v.9-13, « geeft de reden van het zoo even gezegde : *daar zal « geween zijn*, » enz. »

Ex hisce omnibus judicet ipse studiosus et integer Lector, utrum liceat R.P.Castelein tantopere gloriari de interpretatione Cl. Beelen in primum locum S. Matthæi ; quum egregius interpres in altero loco, magis authentico, etiam advertenter thesim P.Castelein minime teneat, nostræque sententiæ communi faveat ? Hæc eadem doctrina Beelen perfecte quadrat cum dictis suis in comment, in Epist. et Evang. pro singulis et dominicis anni. Pro Dominica Septuag. in 1. Cor. IX. 24 — X. 5, ad vitandam perditionem æternam et exclusionem a Beatitudine, monet cum D. Paulo, quod non sufficit confessio religiosa,

sed requiritur vita christiana sancte instituta, et, perinde ac omnes rigoristæ, in testimonium profert perditionem temporalem populi Israelitici in deserto, in quo major pars Deo non placuit, ideoque e terra promissionis fuit exclusa. « *En tot bevestiging van deze waarheid wijst hij hen thans op Israëls voorvaderen, die ofschoon Gods volk...niettegenstaande, grootendeels om hunne zonden, van God verworpen en gestraft waren geworden... Allen, zonder uitzondering, hadden Gods bijzondere weldaden genoten ; en toch had God in het merendeel van hen geen behagen gehad...* »

Videtur ergo R. P. Castelein citare Knabenbauer et Beelen, sicut citavit S. Alphonsum et S. Franciscum Salesium, sicut asserit ideas suas esse « le fruit d'une étude approfondie de l'Écriture Sainte et des enseignements de *nos plus grands théologiens*. L'étonnement que la vulgarisation de pareilles idées suscite, etc. » (1)

Et serio scribit laudator ejus, E. T. S.-J. :

« L'auteur fait preuve d'une grande comprehension de l'écriture, d'une *solide érudition exégétique :* cet avantage lui permet des interprétations, *que n'oserait pas* un esprit moins armé, mais dont la sage *hardiesse* se base sur des motifs qui entrainent la conviction du lecteur instruit et non prévenu. » (2)

1. Edit. 2a Intr. pag. X.
2. Lettre au « Patriote », 19 Mars 1899.

Caput sextum.

Examinatur observantia neotericorum in Sanctos Patres et Doctores, ac modus Scripturam S. interpretandi.

Audita Sanctorum Patrum, Doctorum ac Theologorum sententia communi circa paucitatem salvandorum, jam accingimur ad diluenda neotericorum sophismata.

Hæc porro, ordinis causa, in varias series distinguemus ; quarum primam, relate ad auctoritatem Sanctorum Patrum et exegesim S. Scripturæ, fusius, utpote majoris momenti, in hoc capite sexto exponemus ; cæteras vero strictius complectetur caput septimum.

Non tamen arbitretur Lector per illas series, omnia sophismata neotericorum in hac materia exhausta iri. Præcipua tantum refutabimus, cætera vero minoris momenti prætermissuri.

Doctrinas autem nonnullas, quas profert R. P. Castelein, et quæ minus ædificant, capite octavo specialiter indicabimus, eisque continuo auctoritates, plerumque e Sanctorum scriptis desumptas, opponemus.

I.

Adversarii gratis et insolenter nimis « Rigorismi, Terrorismi, Pessimismi, residui Jansenismi, » etc. etc. insimulant omnes Sanctos Ecclesiæ Doctores et Patres, necnon

Theologos et Scripturarum Interpretes, qui communem docent sententiam de paucitate salvandorum.

« Ce vieux legs du Jansénisme. » (R. P. Castelein Edit. 2ª p. X.) — « Un rigorisme qui répand des idées étroites et de troublants préjugés. » (p. 10) — « Allons donc, Messieurs les rigoristes, emportez vos balances de toiles d'araignée. Dieu n'en a que faire. Pour peser vos discours rigoristes, pessimistes, intolérants, désespérants, il faudra de plus fortes balances. » (p. 53) — « Théologiens trop étroits ou trop timides pour penser *comme nous*. » (p. 114) — « La théorie du rigorisme ne se soutient qu'à l'aide d'une incroyable *confusion* dans l'ordre des principes et d'une incroyable *exagération* dans l'ordre des faits. » (p. 155) — « Outre cette *confusion* et ces *exagérations* vraiment inconcevables, nous reprochons aux rigoristes une *omission* qui se conçoit moins encore chez des théologiens. C'est l'omission des causes du salut, telles que Dieu nous les a révélées. » (p. 157) — « Un terrorisme que ne justifie pas l'Evangile. » (p. 304). — « Le rigorisme et le terrorisme que d'aucuns voudraient nous imposer. (p. 308) — « Terrorisme mahométan, dont bien souvent nos rigoristes semblent s'inspirer... Ce terrorisme, moins digne de Dieu et de l'homme, qui violente trop notre raison et notre volonté. » (p. 322) — « Frères égarés dans les fausses théories du rigorisme et du terrorisme... vous empêchez l'amour de Jésus-Christ d'être au sein de son Église un amour *populaire*. Voilà le

forfait perpétré... par votre malheureuse doctrine. » (p.352-353) — Sed hæc sufficiunt.

Feliciter tamen nefarii isti Rigoristæ et Terroristæ, cum telis suis aranearum, cum mente sua nimis arcta, cum animo nimis timido, — Rigoristæ, inquam, qui confusioni et exaggerationi in doctrina sua dant locum, qui incredibili negligentia omittunt causas salutis, prout a Deo sunt revelatæ, qui desperatam doctrinam et odiosum adstruunt systema, quod probare minime queunt,etc.,etc.,etc., — ignari isti Rigoristæ sunt omnes illi Patres et Doctores Ecclesiæ, omnes theologi atque Scripturæ S. interpretes, quorum longam seriem supra texuimus.

Nos ergo comites habemus haud ignobiles. Enixe autem rogamus a laxæ opinionis fautoribus nomen vel unius Sancti canonizati, qui eorum teneat sententiam !

Secundum quosdam contradictores, rigorismus Sanctorum inventus fuit, non a Theologis, sed, — risum teneatis, — inventus fuit, inquam, ab ipsissimis mundanis ! « Cette doctrine du petit nombre des élus, ce ne sont pas les sévérités de l'Evangile qui l'ont créée, ce sont les sévérités du monde.Le monde ne voit partout que le mal, et des damnés partout ! » (1) Si mundus adeo est meticulosus atque timoratus, quare ergo divinus Magister noster dixit : « *Væ mundo a scandalis ?* »

Sufficiat dicere, ad exsufflandas duas hasce falsas

1. Bougaud. p. 376.

enuntiationes, Ecclesiam, quæ est columna et firmamentum veritatis, sicuti nihil concedit Rigorismo, ita nihil concedere spiritui hujus mundi. Doctrinam autem Sanctorum communem omnino approbavit et nostro tempore quoque approbat.

2.

An exegesis moderna magnus est progressus theologicus ?

« Si les ombres du texte « Beaucoup d'appelés, peu d'élus », alors mal compris par suite d'une exégèse encore imparfaite, n'avaient obscurci le regard de ces illustres docteurs.... » (p. 273)

« Longtemps la solution contraire à la nôtre a prévalu parmi les docteurs, à cause de l'interprétation défectueuse du célèbre texte, que les *progrès* de l'exégèse expliquent tout autrement. » (p. 283)

« *Nous* avons à combler une immense lacune ! » (p. 157.)

« Frères égarés dans les fausses théories du rigorisme et du terrorisme... *Je* ne veux pas que vous gâtiez notre Evangile. » (p. 352)

Profecto admittimus progressum *scientificum* dari nostro tempore in exegesi sacra, præsertim per enucleatas inscriptiones cæterasque antiquitates Ninivæ, Babylonis et Ægypti.

Sed non adeo extollimus progressum *theologicum* exegeseos, eumque minime putamus nobis adventurum a neotericis. Quinimo memores sumus horum Leonis XIII verborum, in Encyclica *Providentissimus*

Deus, diei 18 Nov. 1893, de studiis Scripturæ Sacræ: « *Scholasticorum* de Scripturis *rectam* doctrinæ copiam « admodum produnt, tum de Theologia libri, tum in « easdam commentaria ; quo etiam nomine Thomas « Aquinas inter eos habuit palmam... Magister « (Scripturæ) hac laude floreat oportet, ut in com- « mentariis versatus sit Sanctorum Patrum Doctorum- « que et interpretum optimorum... Quare interpres « suum esse noverit, eorum et vestigia reverenter per- « sequi et laboribus frui intelligenti delectu. »

Pro recta ergo Scripturæ exegesi magni semper facienda est venerabilis antiquitas catholica, et cavendum a nova interpretatione neotericorum.

Aliter putant adversarii nostri : scilicet, antiqui ignoraverunt veram interpretationem Scripturæ ; decepti sunt ; quæstionem non funditus tractaverunt! — Hæc omnia reservata sunt **Nobis** ! — « **Nous** avons à combler sur ce point une immense lacune. » (p. 157) « **Je** ne veux pas que vous gâtiez notre Evangile. » (p. 352) « Pour **nous**, qui ne sommes plus arrêtés par l'obstacle d'une interprétation si défectueuse. » (p. 190). etc.

Deinde, vellem scire quænam sint illæ « règles d'exégèse actuellement adoptées », quæ toto cœlo differunt a regulis antiquis ; item, quomodo vocentur et quinam demum sint isti « meilleurs exégètes ? »

« Le *vrai* sens que *nous* avons établi d'après des régles d'exégèse *actuellement* adoptées par les meilleurs exégètes. » (p. 190). — « Ne plus æquo tribuatur, inquit Leo XIII, sententiis quibusdam *novis*,

quas *metuere* satius est, non quia novæ sunt, sed quia plerumque fallunt, specie quadam et *simulatione veri*. » (1).

Hanc novitatem in exegesi fatetur aperte D. Mauran.

« Une réaction se fait dans les esprits contre ces désolantes doctrines (de tout le Moyen-Age).

« Notre siècle a sans doute ses défauts, mais il faut reconnaître qu'il a aussi ses qualités, je dirai même ses vertus. L'intelligence humaine nous paraît embrasser aujourd'hui un horizon plus vaste.

« Un sentiment et un amour plus vrais du bien, du bonheur de tous, et une notion plus juste de l'Eternelle Justice s'empare de l'humanité.

« Voilà que de grands orateurs chrétiens combattent avec talent l'odieuse doctrine qui jette dans l'abîme de la réprobation la majorité des créatures humaines. Leur voix a trouvé un écho dans un grand nombre d'écrivains et de prédicateurs.

« Nous venons humblement nous placer à leur suite.

« Il est vrai que, telle que nous allons l'exposer, notre thèse a quelques traits qui la distinguent et qui lui sont propres. Sous plusieurs rapports nous traitons la question à un point de vue nouveau. » (2)

Pruritus ille novitatis tantopere excæcat Neotericos, ut continuo velint modernos opponere antiquis : recentiores Doctores Ecclesiæ, S. Alphonsum et S.

1. Breve ad Fratres minor. 25. nov. 1896. — Cf. *Nouvelle revue théolog.* T. XXXI. pag. 73.

2. Introd. p. IX et X.

Franciscum Salesium, priscis Patribus ; Lacordaire et Monsabré, Sanctis Prædicatoribus ; Beelen et Knabenbauer, interpretibus præteritorum sæculorum, etc. Quo autem jure, qua veritate id agant, supra jam vidimus. Sed in spem frustram conantur teruntque tempus : unanimis consensus Patrum circa doctrinam de paucitate salvandorum, irritat vana neotericorum molimina.

3.

Si velimus credere modernis, omnes consueti textus, qui jam per tot sæcula adhibentur ad probandam paucitatem electorum, hanc veritatem minime probant.

« Si des théologiens, à une époque où l'exégèse était peu développée, où l'on ne connaissait pas les études faites avec les contextes et les parallélismes pour atteindre *le vrai sens* de certains textes à tournure elliptique, ont cru devoir prendre dans un sens absolu le fameux proverbe « Beaucoup d'appelés, peu d'élus », au moins ils n'ont pas érigé cette interprétation en *certitude théologique* ».

« Ne *soupçonnant* (!) par le vrai sens que nous avons établi d'après des règles d'exégèse (?) actuellement adoptées par les meilleurs exégètes, ils se sont abstenus, pour la plupart, de traiter cette question *à fond.* » (190.)

Ergo Patres et Doctores erraverunt in assignando vero sensu horum textuum !

Sed quomodo theologus hæc asserere non vereatur, ignoramus. Luculenter enim ostendimus moraliter

unanimem esse consensum Patrum et Doctorum in affirmanda paucitate salvandorum. Qui eos textus perlegerit, simul animadverterit Patres hanc suam doctrinam, quam ut certam et evidentem tradunt, fundare in interpretatione horum textuum S. Scripturæ.

Jamvero, Concilium Tridentinum, « ad coercenda petulantia ingenia decernit, ut nemo, suæ prudentiæ innixus, in rebus fidei et morum ad ædificationem doctrinæ christianæ pertinentium, Sacram Scripturam ad suos sensus contorquens,... contra unanimem consensum Patrum ipsam Scripturam sacram interpretari audeat. » (*Sess. IV ; Decr. de edit. et usu Sacr. libr.*) Idem monuit Leo XIII in Encyclica : *Providentissimus*.

Ergo.

Præterea, si hæc dicta P. Castelein admittantur, actum est de auctoritate Patrum in interpretanda Scriptura. Nam unusquisque poterit eorum interpretationem posthabere, eo quod non cognoverint regulas genuinæ exegeseos.

Ad efficacius vindicandam auctoritatem Patrum in interpretandis illis textibus, jam ad singula deveniamus.

I

De arcta via et de paucitate invenientium eam.

S. Matth. VII. 13-14 ; S. Luc. XIII. 23-24.

R. P. Castelein citat prius locum S. Matth. et continuo addit : « Ce texte est reproduit par S. Luc

avec une légère variante et une addition au commencement et à la fin. Citons ce passage d'après S. Luc, pour en tirer toute la lumière qu'il renferme.» (p.33).

Notet locum S.Lucæ non esse *reproductionem textus S. Matthæi,* sed verba Domini, *quadamtenus identica, alia* tamen *occasione aliisque cum circumstantiis prolata.* Seipsum inde suosque lectores in errorem ducit R. P., dum Matthæi. VII. 13-14 sensum quærit apud solum Lucam.

A.— Nos igitur prius adeamus verba primi Evangelii, VII. 13-14 eorumque contextum.

Ad finem jam vertitur sermo Domini in monte. Est autem iste sermo quasi breviter exposita Regni Messianici seu Ecclesiæ a Christo fundandæ legislatio. Quænam vero est hæc legislatio ? Perfectio veteris Regni Jehovæ legislationis : « *Nolite putare quoniam veni solvere legem, aut prophetas.... sed adimplere.*» (Matth.V.17.) Est ergo perfectior lex: Matth. V. 21-48, perfectiori modo servanda : VI.1-18, ope, inter alia, fugæ nimiæ sollicitudinis pro bonis regno Dei alienis : 19-34, fugæ sollicitudinis intempestivæ et erronæ pro salute aliorum : VII. 1-6, et, præsertim, orationis : 7-11. Quæ omnia, antequam ad epilogi exhortationes transeat, divinus Orator, ad principium sui sermonis rediens (V. 17.), una aurea regula complectitur : « *Omnia ergo quæcumque vultis ut faciant vobis homines, et vos facite illis. Hæc est enim lex et Prophetæ.* » (VII. 12.)

Talia autem perfecta præstare difficile est nobis hominibus, ad mala pronis, blandimentis vitiorum

abstractis, multorum exemplis seductis. « Neque Christus hoc diffitetur : quinimo præscriptam a se vitæ rationem translatis verbis appellat *viam arctam*, utpote divinorum mandatorum, quæ hominem evagari non sinant, terminis constrictam ; et *portam angustam*, quam homo ingredi nequeat nisi naturam suam deprimendo et pravas ejus cupiditates resecando. Propterea pauci sunt qui inveniunt et sectentur illam. Via, contra, quæ ad æternum exitium ducit, spaciosa est et porta lata,eamque multi ingrediuntur. Attamen Christus auditores suos enixe hortatur (et hæc est *prima epilogi ejus exhortatorii pars:* VII. 13-14,) ut ipsi viam hanc, quamvis arctam et paucorum vestigiis calcatam, gnaviter terere, et portam hanc, angustam licet, viriliter ingredi contendant, quia per hanc unam ad æternam vitam pervenitur. » Ita Cl. Liagre, h.l., quocum consentiunt, inter alios permultos, Beelen et Knabenbauer, « les deux plus savants exégètes de ce siècle » teste P. Castelein. (p. 64, nota).

Clar. Van Steenkiste in responsione ad quæstionem suam : « Potestne inde (ex textibus scilicet quos exponimus) certe erui parvum esse numerum eorum qui ad gloriam cœlestem prædestinati sunt ? » respondet : « Interpretes cath., post SS. Patres, merito docent id dictum fuisse, non solum de Jesu æqualibus, sed de universo hominum genere per omnia mundi sæcula : unde legitime concludunt parvum esse numerum eorum qui cœlos intrant, si comparetur cum eorum multitudine qui damnantur ad infernum. » (1)

1. S. J. C. Ev. S. Matth. 3ª Edit. p. 385, q. 267. R. ad 3m.

Idemque auctor, loquens de nostra interpretatione, quam tamen paulo aliter evolvit (1), ait : « eam temerarium foret reliquere, propter unanimem SS. Patrum consensum. »

Hoc non obstante, R. P. Castelein docet : «Ce passage (proprie Luc. X 23-24; sed, cum confundat utrumque locum, verb. as etiam de Matth. VII. 13-14 intelligenda sunt, ut clare apud illum patet,) serait bien alarmant s'il avait un sens absolu et une portée universelle. Mais le contexte prouve clairement *qu'il se restreint à l'entrée des Juifs contemporains de Notre-Seigneur dans le royaume du Messie.*» (p. 34) Quæ propositio ut intelligatur, notandum est auctorem ejus distinguere inter « *royaume visible du Messie* » (p. 27 note ; p. 35) i. e. « Ecclesiam, « *royaume éternel du* « *Messie* » (p. 34) i. e. Cœlum, et *royaume du Messie, pris dans son sens complet*» (p, 25) i. e. Ecclesiam et Cœlum ; aliquando tamen dicit simpliciter « *royaume du Messie,* » (p. 25, 27 nota, 34), et ex contextu tunc intelligendus est sensus istius expressionis. Hic autem verba illa, ut ex contextu patet, significant cœlum. « On ne peut soutenir, pergit enim, que cet image de voie étroite... s'applique à l'Église catholique et aux fidèles. Jésus-Christ peint ici l'état malheureux du peuple juif, auquel il prêchait son Evangile. Cet état était un état de décadence. Les doc-

1. Ibid. R. ad 1m « Proprie et directe intelligit (Jesus) ingressum in regnum Dei, in Ecclesiam ; sed simul agit de obtinenda vita æterna in cœlis quæ est vita perfecta, cui *perditio* stricte dicta opponitur.» Quam differentiam a nostra expositione putamus inde provenire, quod cl. auctor jungit in expositione sua Matth. et Luc.

teurs de la loi, avec leur formalisme vain et leurs vices invétérés, menaient la foule à la perdition. Ils prétendaient que leur seul titre de fils d'Abraham leur assurerait l'entrée dans le *royaume éternel du Messie* et qu'ils y seraient conduits par la voie et la porte... par où peuvent passer tous les vices. » (p. 34)

Hanc vero restrictionem, præterquam quod *temeraria* est, judice Van Steenkiste, *falsam* atque *intolerabilem* ducimus.

Primo *falsa* est, et nequaquam « indiquée par tous les traits du *texte* et du *contexte* de S. Matthieu. » (p. 34) *Textus* quidem, seu ipsa verba viam indicant ad vitam æternam, et oppositam viam ducentem ad infernum seu perditionem. De priori via Dominus alias dicit : « *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata.* » (Mat. XIX 17.) et « *Bonum est tibi ad vitam ingredi debilem... quam... mitti in ignem æternum.* » (Matt. XVIII. 8.) At non dicit hic : « multi sunt *inter vos* qui intrant per eam » et « pauci sunt *inter vos* qui inveniunt eam. » Sed simpliciter et universaliter : « *multi, pauci* . » — *Contextus* autem non magis quam textus talem docet restrictionem. Solemne est apud Patres et interpretes sermonem montanum vocare brevem legislationem, seu præcipua capita legis *Regni Messianici* (*Ecclesiæ*) ex Joannis tempore *jam evangelizati et violentia rapti* et quod revera neo-apostoli aliique discipuli inter auditores Jesu, *jam rapuerant*. Docet illos Dominus, *et omnes qui* deinde *Ecclesiam ingressuri* sunt, viam in qua ad finem usque ambulare tenentur, si ædifi-

care volunt domum salutis suæ supra petram et intrare in regnum cœlorum (Mat. VII. 24, 22.) Hoc apertum est et patet per totum sermonem, et nequaquam indicat verba quibus Dominus deinde eos hortatur ut hanc teneant viam, licet difficilis sit et a paucis terenda, restringi debere, imo posse, ad coævos Domini.

Quod attinet S. Matth. VII. 15-16, hæc sunt sola verba totius sermonis in monte quæ, si credis P. Castelein, connexionem cum v v. 13-14 habent : « Aussi dans le texte de S. Matthieu, après avoir dit que » peu trouvent la vraie voie », ajoute-t-il *aussitôt :* « gardez-vous des faux prophètes, qui viennent à vous sous la peau des brebis....» Evidemment le Maître vise ici ces Pharisiens, dont il avait dit au ch. V, v. 20 : « Je vous le dis en vérité, si votre justice n'est pas plus grande que celle des Scribes et des Pharisiens, vous n'entrerez point dans le royaume des cieux. » (p. 35) Sed non tam intime connectuntur ut dici debeat: « aussi ajoute-t-il *aussitôt.*» Connectuntur enim vv. 15-16 non tam cum 13-14, quam cum tota oratione ; novam constituunt exhortationem epilogi. Sensum eorum accipe a Clar. Knabenbauer : « Alterum demonstrat periculum sat grave v.15: *attendite a falsis prophetis ;* cum Christus in hoc sermone justitiam regni sui exponat atque idcirco non solum pro æqualibus loquatur, verum pro fidelibus omnis temporis, merito censendus est hic notare non solum pharisæos et scribas (*Weiss* protestans), sed quotquot demum per sæculorum

decursum animos fidelium decipere et in errorem inducere studebunt. » Etc.

Deinde restrictio a P. Castelein inducta, *intolerabilis* est : quid, quæso, erit de tot doctrinis moralibus per vitam suam apostolicam a Domino in tota Palæstina sparsis, quid de tota ipsa doctrina morali christiana, si restringimus verba Domini et scripta Hagiographorum ad eos ad quos immediate sunt directa ? Nonne Dominus, qui in cæna rogavit non pro Apostolis tantum, sed et pro eis, qui crediturі sunt per verbum eorum in eum (Jo. XVII. 20), eosdem credituros docendo plerumque, si non semper, etiam intendit ? Et quidem dicta moralia *directe* ad nostram doctrinam dicta sunt, et non ut, philosophando circa ea, sequelas tantum ex eis deducamus plus minusve practicas et in nos, prout placuerit, incidentes vel non.

Nec obstat quod Dominus in orationibus suis aliquando directe alloquitur præsentes, in aliquos eorum speciatim doctrinam suam aptat, eam juxta tempus, locum, aliasque circumstantias evolvit. Nonne et nos, prædicatores, hoc facimus ? An propterea doctrina quam prædicamus, particularis evadit, unice pro præsentibus auditoribus vera ?

B. — Sed explorandus remanet locus S. Lucæ XIII. 23-24 :

« L'évangile de S. Luc fait précéder ce texte si énergique (Matth, VII. 13-14.) par cette demande, qui semble en mieux déterminer le sens et la portée : Seigneur, seront-ils en petit nombre, ceux qui se

sauveront ? » (p. 33) Attamen R. P. Castelein, non utitur quæstione illa quæ apud tertium Evangelistam præcedit verba Domini, ut horum melius determinet sensum et vim; similiter, licet promiserit totam quam continet lucem ex hoc loco educere, alia quædam, optima tamen in hunc finem adjumenta, prætermittit in hac pericope : inde autem pertimescendum est ne responsio dominica sensum accipiat a R. P. desideratum potius, quam sensum scientifica inquisitione inventum. Vice fungamur.

« Unde quæstionem ille (« *quidam* » v. 23) intulerit, non multum erit laborandum, cum Evangelista id nullatenus innuat, » ait Knabenbauer. Non autem inutile erit quæstionis sensum inquirere, licet dicat D. Mauran (2) : « Jésus a raison de ne point répondre au naïf qui l'interroge, et s'il affirme clairement, dans une autre circonstance, qu'il y a peu d'élus, c'est justement parce que leur petit nombre n'a aucun rapport avec celui des âmes sauvées. » Nobis videtur relationem existere oportere inter quæstionem Domino factam, hujusque responsionem indirectam, obscuram, incompletam. Juxta Filion « *qui salvantur* » idem significat ac « *qui salvi fiunt* » (I. Cor. I. 18; II. Cor. II. 15; cfr. etiam Act. II. 47.) in oppositione ad « *pereuntes* » (iisd. loc. Pauli). Clar. Liagre simpliciter audit :

2. P. 16. Incipit Auctor ille levissimum opus suum deducendo jam in limine difficultatem ortam ex hoc loco, contra thesim suam. « Une question imprudente. Quel est donc celui qui posa un jour à Jésus cette question indiscrète : « Seigneur, y en aura-t-il peu de sauvés ? » L'Evangile nous dit seulement : quidam. Pourquoi cet incognito? Nous aurions bien voulu connaître celui qui se cache sous le voile de l'anonyme. » (p. 13 et 14.)

« num pauci sunt qui salutem æternam consequantur? » Jamvero, si fit quæstio de salute, juxta supra dictum principium, responsio facienda est de eadem salute.

Et revera verba prioris partis dominicæ responsionis de hac salute sunt intelligenda, uti ex parallelismo eorum cum Matth. VII. 13 supra exposito constat : « *Contendite intrare* (græce : *agonizate intrare*) *per angustam portam ;* » idem est, sed nervosius dictum, ac « *Intrate per angustam portam.* » Imo, juxta judiciosum cardinalem Bellarminum, cætera v. 24, ratio præcedentium : « *quia multi, dico vobis, quærent intrare, et non poterunt,* » idem significant ac Domini verba in primo Evangelio : « *et pauci sunt, qui inveniunt eam* » (Mat. VII-14,) i.e. paucos salvari : « quod enim Dominus dicit apud Matthæum *et Lucam* de via et porta angusta, quæ ducit ad vitam, per quam pauci ingrediuntur, et de via et porta lata, quæ ducit ad perditionem, per quas ingrediuntur multi, *commune est Hebræis et Christianis;* nam qui Dominum interrogavit, an pauci sint qui salvantur, non dixit, an pauci sint *ex Hebræis*, sed simpliciter, an pauci sint qui salvantur. Et Dominus non respondit, arcta est via quæ ducit ad vitam, et pauci *ex Hebræis* intrant per eam : sed *absolute :* et *pauci* intrant per eam. » (1)

Aliam interpretationem horum insinuat et proponit sagax Mauran : « Jésus-Christ ne voudrait-il pas nous dire discrètement, dans un sous-entendu confi-

1. *De gemitu columbæ.* — Lib. I. c. VI. Edit. Vivès. T. VIII. p. 405.

dentiel : « Ayez confiance ! Ne vous inquiétez pas de la destinée de l'humanité ! » (p. 18) Quasi summa Veritas, quæ palam locuta est mundo, aliud clausum in pectore, aliud in lingua promptum habuerit !

Idem auctor, sicut R. P. Castelein, audacter affirmat : « Ne l'oublions pas, il ne s'agit ici que *des contemporains de Jésus*. Le « *multi* » ne porte *que sur eux*.Les textes qui suivent le prouvent clairement. » (p. 17.)

Jam igitur pergentes ad reliqua, contextum seu textus sequentes : 25-30, scrutemus. In illis Dominus declarat quomodo quærent intrare et non poterunt multi. « Sous une vivante allégorie, ait Fillion, dont nous avons déja rencontré dans S. Matthieu les éléments principaux... (Matth. XXV. 10-12 VII. 21-23, XXV. 41, VIII. 11-12, XIX. 28-30) Jésus représente une scène terrible de la fin des temps. »

Nota quomodo Dominus ibi directe auditores Judæos adloquitur, suam inter eos prædicationem refert, eorum parentes et prophetas memorat, illisque gentes opponit. Quid inde ? Que « le texte si terrible sur « la voie étroite » et « le petit nombre qui la trouve » (apud S. Lucam, imo et apud S. Matthæum) a en vue une situation déterminée et exceptionnelle, l'état de décadence et de corruption qui caractérisait le peuple juif à l'avènement du Messie » ? (p. 35)

Nequaquam. Sed dicendum cum Cl. Van Steenkiste : « Sententiam generalem de paucitate salvandorum ibi (v. 23-24) primum poni, sicut apud S.

M. ; deinde (25-30) eam singillatim ad Judæos, Jesu æquales, (imo ad totam gentem rejectam), transferri. » (1) Quod etiam sentire magnos exegetes Beelen et Knabenbauer ex eorum commentariis patet.

Si autem contextus ille in sensum priorum verborum (23-24) ita influeret ut is particularis fieret, quod esset probandum, nonne « qui sententiam ad quosdam in specie refert, posset simul enuntiare veritatem generalem ? » (2) Denique etiam si verba Domini apud Lucam de solis essent Judæis intelligenda, « sensus latissimus, quem verba eadem apud S. Matthæum habent, ideo non excluderetur. » (3)

II.

« Multi sunt vocati, pauci vero electi. »

S. Matth. XX. 1-16 ; id. XXII. 1-14.

Verba quorum secundo loco sensum inquiremus, a R. P. Castelein vocantur « le célèbre texte où le rigorisme se retranche comme dans sa citadelle. » (p. 64 note.) Veritatem hujus denominationis ipsi aliquomodo consignavimus prioribus capitibus hujus operis. Ibi enim audivimus Rigoristas, contra quos R. P. prælium commisit, ope horum verborum Domini sententiam suam saltem enuntiare. Quoad sensum eorum : «Il semble, ait, qu'il faille y voir un proverbe

1. L. c. p. 385, q. 267, in fine.
2. Van Steenkiste, l. c. p. 386, q. 268. R. 1°.
3. Van Steenkiste, l. c. p. 386, q. 268. R. 2°.

ayant cours parmi le peuple, mais pour un autre ordre d'application... Les deux fois que Notre Seigneur s'en sert, c'est comme conclusion d'une parabole, qui ne se prête pas au sens apparent de ce proverbe. » (p. 34)

Licet bis a Domino prolata, « rien n'est moins clair, que le sens de ces mots. » (p. 24) Sed, et hoc illi sufficit : « Il est évident que ce proverbe, pour s'appliquer à la (première) parabole, ne peut avoir le sens qu'on lui donne communément. Bien au contraire... Si la parabole s'appliquait au salut de l'humanité, il faudra conclure que tous sont sauvés, » (p.25) Et: «Si la (seconde) parabole prouvait quelque chose sur le nombre relatif des sauvés et des réprouvés, il en faudrait conclure que ces derniers ne constituent qu'une infime minorité. » (p.30) Cœteris exponit quid *forsan* ista verba *significare possent*.

Separatim jam aggrediamur duas parabolas, incipiendo a secunda, uti clariori.

A.—Parabolæ Domini distingui solent in tres classes, juxta diversum vitæ publicæ tempus, et progressum fundationis et prædicationis Regni, quibus respondet earum editio. Parabola de cœna nuptiali ad tertiam classem pertinet, quæ parabolas complectitur ultimi temporis vitæ Jesu, tractantes de regni messianici consummatione, i. e de reprobatione judæorum et de ultimo judicio. Duplex illud argumentum, si locus iste bene inspicitur, in Matth. XXII. 2-14 invenitur: a versiculo enim 2° ad 10^{m} rejectio populi electi et assumptio gentium ejus loco clare discribuntur ;

in sequentibus autem, 11-13, judicium ultimum adumbratur. Unio Christi cum Ecclesia seu humanitate, in cœlis perficienda, nuptiæ sunt Agni, ad quas invitati sunt judæi prius, deinde, populo judaico reprobato, omnes gentes. Qui invitati congregantur in Ecclesia, procœtone cœnatorii cœlestis ; in quo ipso cœlesti cœnaculo, omnibus jam congregatis, non admittuntur nisi qui digni, nempe « *vestiti veste nuptiali.* »

Hanc parabolæ interpretationem certam omnino æstimamus, et demiramur dubitationem R.P. in expositione prioris partis : « Il est très *vraisemblable* que cette seconde parabole... ait eu en vue le rejet du peuple juif... de l'Église », et errorem vel saltem obscuritatem ejus in altera : « ... un convive est renvoyé... : allusion aux Gentils, qui entreront dans *l'Église*(?), *sans que tous y demeurent.* » (27-28)

Quid nunc de v. 14 ? Cuinam scilicet referenda est ista conclusio? Respondent alii ad totam narrationem; alii, ad secundam partem parabolæ ; alii, inter quos R. P. Castelein, ad primam. Timide probat iste suam opinionem : S. Lucas, *evangelista misericordiæ et gentilitatis*, eamdem exponit parabolam (XIV. 16-24) omittendo tamen expulsionem et punitionem hominis non vestiti veste nuptiali et absque proverbio : « *Multi, etc.* » Ergo. « S.Luc, en ne citant pas le proverbe..., *semble* marquer par là que ce proverbe ne s'appliquait pas aux Gentils, pour lesquels il écrivait. » (28-29, nota) — Non advertit se eodem argumento probare in ipsa expulsione et punitione unius convivii non haberi « allusion aux Gentils qui entreront dans l'Église,

sans que tous y demeurent. » — Sed et absque dubio jam affirmat sensum verborum conclusionis controversæ esse : multi sunt judæi ad Ecclesiam visibilem Christi vocati, pauci vero ad illam electi : « dans la seconde parabole ce proverbe *doit* ainsi s'interprêter. » (27, nota).

Referatur igitur vel ad ultimam partem parabolæ, vel ad illam totam: quoad sensum,ad idem reducitur. Qui enim habent verba « *Multi vocati, etc.* » ut conclusionem totius fictæ narrationis, illa intelligunt hoc modo : multi sunt vocati, nempe omnes, judæi et gentiles,sed pauci electi,proprie dicti,«quia quidam nolunt venire,quidam non habent vestem nuptialem.» (S. Thom.) Alii, negligentes invitatos quidem, sed venire recusantes, qui certe non sunt electi, «*electos*» quærunt inter solos gentiles. Jamvero non ita numerosi sunt et erunt Judæi, a tempore eorum reprobationis ad finem usque mundi, ut computati vel non, numerum relativum et generalem electorum mutare censendi sint, eo vel magis quod reprobatio non est individuorum, sed populi.

Prima opinio autem ex hoc commendatur quod parabolæ evangelicæ ita describi solent ut in fine addatur earum conclusio ; nota enim Matth.XX. 1-16 narrationem constituere unam et integram. Secunda vero ex hoc commendatur quod cum ultima parabolæ parte v. 14 immediate conjungitur : « Multi enim... » Vide supra hanc connexionem a Beelen expositam.(1)

1. P. 266.Ibi ostenditur P. Castelein falso dicere Cl.Beelen se non impeditum æstimasse interpretatione SS. Patrum et inutilem duxisse

Objicitur tamen ex P. Castelein : « Si notre Sauveur avait voulu nous enseigner par cette parabole que le grand nombre de cette multitude appelée pour remplacer le peuple juif est reprouvé, il eût évidemment modifié le dernier trait de sa parabole. Il nous eût représenté le plus grand nombre des nouveaux arrivants ou de la multitude des Gentils dans l'état où se trouvait celui qui a été rejeté, pour n'être point vêtu convenablement. » (p. 30)

Respondetur quod Dominus in particula illa non intendit nos docere quotnam inter vocatos non erunt electi, sed quinam, nempe isti qui tempore adventus Filii hominis absque gratia habituali invenientur. Regula est interpretationis parabolarum non omnia, etiam minima, explicanda esse, at quædam haberi in illis quæ nihil significant, sed quibus adhærent ea quæ significant, ut ait Augustinus. Hæc autem in expositione negligantur vel saltem non premantur. Sicut ergo non est deducendum ex prima parte parabolæ omnes judæos recusasse, ita non est dicendum, propter 11-13, unum vel paucos esse damnatos, cum e sequentibus contrarium constet: sub illo uno multitudo descripta est fidelium qui sese indignos cœlesti convivio exhibent.

---

objectionem ex interpretatione patristica refutare. (p. 64, in nota.) Miramur etiam quomodo R. P. audeat suam opinionem vocare « l'interprétation des modernes, » postquam *quinque* modernos citavit quorum *saltem tres* nobiscum tenent. De expositione alicujus « docti exegetis » verbum non est faciendum. —Advertendum est tamen R. P. in hac nota pag. 27 non indicare utrum de Matth. XX. 16, an de Matth. XXII. 14 loquatur.

B. — Matth. XIX. 1-16, seu parabola operariorum, difficilioris interpretationis, a multis refertur ad eamdem parabolarum classem ac Matth. XXII. 2-14. R. P. Castelein ita generalem ejus sensum exponit : « Aussi croyons-nous avec des interprêtes autorisés, que la parabole s'applique à l'entrée successive des peuples dans le royaume du Messie, pris dans son sens complet, et que le but visé par le divin Maître dans cette figure était de réprimer sur ce point une prétention des Juifs, surtout des docteurs de la loi.... De là des conclusions : Dieu traitera les derniers appelés comme les premiers. Il appellera à lui *la multitude*... Mais dans cette multitude, l'élite que prétendait constituer tout le peuple juif, ne se composera que d'un petit nombre. C'était assez dire que le peuple juif, comme peuple, n'aurait plus aucun privilège, ne formerait plus l'élite de l'humanité. Les Saints, qui forment l'élite, ne se composent dans chaque siècle, parmi la multitude des fidèles, que d'un petit nombre de personnes. » (p. 25-26) Præter argumentum auctoritatis : « avec des interprêtes autorisés » (quinam sint, nescio), non aliud dat nisi hæc : S. Matthæus, evangelista judæorum, solus est qui hanc parabolam refert, et expositio mea logica est et clare. De hoc ultimo tamen non est certus : in nota addit verba : « *Multi sunt vocati, etc.* » posse etiam hic idem significare ac supra in parabola cœnæ nuptialis. (p. 27. nota).

Difficultas expositionis hujus loci inde provenit quod si singula, etiam minima, in eo urgentur, contradictio oritur et error. Quædam igitur, sed quæ-

nam ? negligenda sunt minoris ponderis. — Patremfamilias Deum esse, operarios homines vocatos ut salutem consequantur, forum mundum, vineam Ecclesiam in qua salus operatur, procuratorem Christum cui omne judicium datur, mercedis traditionem judicium, facile conveniunt interpretes. — « *Denarius* » quid sit, et quid intelligendum per « *horas* » diei, disputatur. Quoad primum dicendum videtur cum S. Aug. : « Denarius ille vita æterna est. » Objicitur tamen recte : a) Omnes denarium accipere, etiam murmurantes; proinde omnes salvari; at « cœlorum regnum nullus murmurans accipit ; nullus qui accipit murmurare potest. » (S. Greg.) b) Omnes illum, nec plus, nec minus accipere : ubi primi, ubi novissimi ? ubi ex multis vocatis pauci electi, ubi non electi ?

Clar.Knabenbauer, Klofutar, et alii, reapse putant omnes de quibus in parabola agitur et quibus datur denarius salvatos esse, eorumque murmurationem esse negligendam, quia eo tantum daretur ut opportunitatem haberet heri responsio ; eos etiam revera æqualem accipere mercedem æquali merito correspondentem, quod meritum æquale reputandum est ex hoc, quod breviori tempore laborentes ex copiosissima gratia digniora opera præbuerunt quam alii. — Sed majoris faciendus est exitus parabolæ in quo nimis clare et forte condemnatio quædam operariorum primorum et indignatio heri apparet, ita ut negligi nequeat et ægre Salvatis aptetur. Deinde, nihilo obstante, conclusio parabolæ, quæ eadem est ac conclusio parabolæ cœnæ nuptialis, valde similis quoad

sensum generalem præsenti parabolæ, eodem modo est explicanda ac supra.

Itaque primi vocati et sufficienter tantum remunerati, et ideo murmurantes ac reprehensi, non remunerati, sed potius puniti et rejecti dicendi sunt, sicut Matth. V. 19 : « *minimus vocabitur* » significat: *ne quidem vocabitur;* pro cœteris « *denarius* » inaccurate beatitudinem describit : « Sancti omnes sine fine regnabunt, quamvis non omnes eadem eminentia regnabunt, quemadmodum commune est stellis omnibus perpetuo fulgere, tametsi aliæ aliis clarius micent. « (S. Aug.)

Ut intelligatur autem quænam prioritas indicetur « *horis* » diversis diei laboris, recurrendum est ad occasionem qua Dominus parabolam proposuit. Exposita doctrina de difficili salute divitum, S. Petrus interpellavit Jesum circa mercedem quam exspectare possent discipuli qui ad eum sequendum omnia reliquerunt. Magistri responsio liberalissima promissio est, quacum tamen jungitur gravis monitio: « *Multi autem* (nota antithesim) *erunt primi novissimi, et novissimi primi.* » (Matth. XIX. 30 ; Marc. X. 31.) Parabola operariorum in vinea amplificatio est hujus monitionis quam in fine repetit Dominus, rationem addens quæ prævenire debebat apud suos omnem teporem, a securitate falsa nascentem et fervorem eorum excitare. Non enim quia omnia reliquerunt, de salute et præmio jam sunt securi : quod hucusque fecerunt donum Dei fuit : « *non omnes enim capiunt verbum istud, sed quibus datum est* » (Mat. XIX. 11.) et « *non discipuli elegerunt Jesum, sed Jesus elegit eos*

(Jo. XV. 16, 2.) Primi sunt omnino *origine, tempore et dignitate vocationis, promissione ;* unus eorum novissimus fiet « *Judas* (nempe) *Simonis Iscariotes : hic enim erat traditurus eum, cum esset unus ex duodecim.* » (Jo. VI. 72.)

Monitio autem illa generalior est quam applicatio a nobis Apostolis facta, ut ex verbis ipsis et ipsa hac applicatione patet ; complectitur enim omnem prioritatem vocationis, sive sit ex tempore, sive sit ex dignitate, sive sit ex alio aliquo fonte, sive sit individui, sive sit nationis. Inde revera in hac parabola habetur, licet dissimulata, prædictio rejectionis populi judaici. Vide Fillion h. l.

Intellectis sicut intelligi ea debere probavimus XIX 30 et XX 16ª, non tantum licet, sed et requiritur intelligere XX 16ᵇ eodem modo ac in fine parabolæ præcedentis,in sensu nempe patristico et traditionali. Cur enim ex primis quidam erunt novissimi et videbunt publicanos et meretrices præcedere eos in regnum cœlorem et ipsi non intrabunt ? nonne quia « *multi vocati, pauci vero electi ?* »

Quod autem attinet sensum illum patristicum et traditionalem, sequentibus denique verbis P. Castelein non uti non possumus « Pour que l'interprétation des SS. Pères fixe le sens d'un texte de la Sainte Ecriture, il faut que cette interprétation soit moralement unanime sur un sens déterminé et déclaré par eux comme étant le sens même de la révélation. Une opinion exprimée à propos d'un texte ne s'identifie pas toujours avec l'interprétation du texte. » (p. 64 note) Ergo, dato non haberi communem interpreta-

tionem hujus gnomes apud Patres, nostrasque rationes et probationes non valere, stat semper doctrina moraliter unanimis Patrum, occasione ejusdem istius gnomes et aliàs tradita, de paucitate salvandorum. Est autem hæc doctrina cui adversatur R. P., non autem interpretationi, nisi propter hanc doctrinam.

Parabolas quibus idem R. P. suas explicationes confirmat non exponimus : inspiciatur, juxta hermeneuticæ regulas, scopus earum, et evidenter apparebit quomodo explicationes illas confirment.

III

« Regnum cœlorum vim patitur et violenti rapiunt illud »

Matth. XI. 12.

Hæc verba exponi debent, ait R. P., juxta contextum eorum et parallelismum S. Lucæ (XVI-16). «Notre-Seigneur compare donc ici les deux religions... Cette première religion... avait été confiée au seul peuple juif.... Depuis Jean-Baptiste, dit l'Evangile, le royaume du ciel ou la religion définitive... est prêché. Pour qui ? Pour tous. Ce n'est plus un privilège pour personne, mais aussi personne n'est plus exclu. Voilà pourquoi Jésus-Christ le compare *à un butin de guerre, dont tout le monde peut s'emparer*. Les termes « violents » et « violence » ne sont pas là pour signifier qu'il faut un effort plus ou moins grand pour se sauver, comme s'il n'en fallait pas auparavant. Le salut, au contraire, est rendu plus facile. Le but de cette métaphore est simplement de redresser l'er-

reur des Juifs qui croyaient avoir droit au royaume du ciel par privilège de naissance, et cela à l'exclusion des autres hommes. » (p. 43.)

Ita, *suo modo* et *imperfecte,* sicut pro parabola operariorum in vinea, exponit opinionem quamdam circa hunc locum S. Scripturæ ; et addit : « Nous prenons ici le texte dans son sens traditionnel, mais le grand exégète contemporain, le P. Knabenbauer, S. J. reprenant l'explication de Dom Calmet, a établi par l'analyse des mots grecs un sens tout différent, à savoir que le royaume du ciel est persécuté et que des hommes violents (les Pharisiens) veulent le détruire. (1) L'objection alors tombe d'elle-même. » (p. 44.)

De hac expositione linguistica clar. Knabenbauer sufficiat dicere quod et ipse de ea fatetur : « Scio equidem paucos esse hujus interpretationis patronos, inter quos Calm. recenseri debet et Wilke, Lexicon græco-lat. in libros n. t. s. v. et ex *protestantibus* Cremer, Hilgenfeld et ad Luc. XVI. 16 præter Calm. etiam Ludovicus de Dieu. » (2)

Ergo suspecta est iis qui amant Sanctorum interpretationes sequi, et moraliter certum est hunc sensum non fuisse a Christo intentum, aliis verbis non esse sensum Scripturæ Sacræ.

Non loquitur R. P. Castelein de explicatione aliqua tertia, quam R. P. Bainvel dicit « certainement

1. « Rapiunt illud i. e., ait Knab., auferunt illud et eripiunt iis qui illud ingredi vellent. »

2. Comm. in Ev. s.Matth. I. p.437. Mirari quis possit in ejus favorem nullum citari Patrem vel Interpretem græcum.

fausse », deinde tamen ut sensum *consequentem* admittit communioris opinionis, (1) cui etiam P. Knabenbauer eam docet cognatam et fere communiter additam ; imo Van Steenkiste hanc « *sententiam* » præfert et pro ea citat Allioli et Bisping. (2) Illam autem clar. canonicus Brugensis, olim in Seminario S. Scripturæ professor, ita gallice exprimit : « Depuis que Jean a commencé à prêcher, jusqu'au jour d'aujourd'hui, il n'y a eu, et il n'y a encore maintenant, qu'un seul moyen d'entrer dans le royaume des cieux: il faut le prendre d'assaut, il faut se faire une sainte violence pour y pénétrer. »

Rigoristæ vero, ut ex Matth. XI-12 argumentum habeant, nullatenus coacti sunt ultimam explicationem tueri; sed licet illis amplecti opinionem communiorem, eximiam, verba non torquentem, contextui convenientem et cui favet auctoritas eorum Patrum qui melius sensum litteralem exposuerunt (3).

Hanc igitur *recte* jam exponamus juxta contextum et parallelismum.

Probat Dominus in hoc Evangelii loco dignitatem Joannis, qui est plus quam propheta: est enim ipse a prophetis prænuntiatus (v. 10), non canit tantum Messiam affuturum, sed indice illum prodit (v. 11-13), in spiritu sanctitatis Eliæ Christo præit (v. 14). Primam excellentiæ Joannis rationem, et secundam partim, i. e. Matth. 10-11, habet S. Lucas VII.27-28;

1. Contresens Bibl. p. 220 seqq.
2. Quæst. 341.
3. Bainvel. l. c.

alteram illius secundæ rationis partem refert XVI. 16 : « *Lex et prophetæ, usque ad Joannem*, (regnum cœlorum prophetaverunt), *ex eo regnum Dei evangelizatur* (a Joanne et Christo) *et omnis in illud vim facit.* » Sit igitur Matthæi sensus, transpositione facta in ejus verbis juxta textum parallelum Lucæ, et quam connexio inter ejus vv. 12 et 13 (« *enim* ») permittit : « Omnes prophetæ, præstantissimi Veteris Legis viri, ipsa Lex et Moyses munus habebant prophetare regnum Messiæ, illudque a longe tantum aspicere et salutare potuerunt (Heb. XI); Joannes autem denuntiator est Messiæ præsentis primusque prædicator regni illius ; ab ejus prædicationis initio usque ad hodiernam diem, jam illud regnum ingrediuntur, non Scribæ et Pharisæi, qui primi illud intrare deberent, sed humiles et pauperes, publicani et peccatores, illi scilicet quibus aditus ejus præcludendum videbatur ; vim patitur et *violenti illi, sibimetipsis potius quam regno vim facientes, pœnitentiam nempe et vitam meliorem agentes, rapiunt illud.* Vide quæ hanc expositionem confirmant : Mat. III. 5-6 ; VIII. 10 ; XXI. 32 ; XXIII. 13 ; Luc. III. 10-14 ; etc. præsertim vero Luc. VII. 29-30 quæ verba Jesu sunt, et sequentia VII. 27-29.

Equidem vero, Dominus hic non ponit legem qua declarat omnes per ævum perituros nos esse, nisi pœnitentiam agamus et nobismetipsis sancte vivendo vim faciamus ; sed factum consignat, scilicet quod hi qui hoc faciunt, regnum cœlorum rapiunt. Jamvero: « Si le salut se laisse emporter d'assaut, si ceux-là n'y arrivent pas, faute de correspondance à la grâce,

qui auraient pu y prétendre par droit d'héritage, il s'ensuit qu'il faut travailler et faire effort pour entrer au ciel, comme il faut travailler et faire effort pour gagner le prix de la lutte. » (1) Conferatur hic locus cum doctrina Domini de arcta via et angusta porta.

Quod attinet transitum fieri in hac explicatione a regno Messiæ ad regnum beatorum (Knabenb. l. c.), patet id non esse difficultatem.

Denique quoad assertionem Reverendi contradictoris nostri : « Le salut, au contraire est rendu plus facile » — examinare juvat, cum S. Thoma, *utrum lex nova sit gravior quam vetus*, et illud mente retinere, quod, « relate ad opera virtutum in *interioribus actibus, præcepta novæ legis sunt graviora præceptis veteris legis.* Quod exponens Augustinus dicit : Quod non sunt gravia amantis, sed non amanti sunt gravia. » (2)

IV.

« Dives difficile intrabit in regnum cœlorum. »

Matth. XIX. 23-26 ; Marc. X. 23-27 ; Luc. XVIII. 24-27.

Tria prænotentur : 1. Textus ille non adhibetur ab illis quos R. P. Castelein vocat Rigoristas et Terroristas, ad probandam paucitatem absolutam salvandorum, sed simpliciter ad ostendendum quod *divites difficile salvantur.*

2. Insuper nemo Sanctorum unquam docuit legiti-

1. Bainvel, l. c.
2. Summ. Theol. 1a 2æ q. 107. art. 4 in corp.

mam possessionem et usum divitiarum constituere peccatum, sed occasionem tantum peccati et impedimentum salutis. Omnium Sanctorum fuit semper mens S. Ambrosii : « Discant divites, non in facultatibus crimen hærere, sed in iis qui uti nesciant facultatibus. Nam divitiæ ut impedimenta in improbis, ita in bonis sunt adjumenta virtutis. » (1) Probe norunt Sancti et alios Christi Domini sermones contra divitias, ut parabolam de seminante, in quo docet divitias esse *spinas,* quæ verbum Dei suffocant, et ideo salutem difficilem reddunt ; — terribile « *væ* vobis divitibus, quia habetis consolationem vestram » ; — miseram sortem divitis epulonis descriptam ; — stultum esse dictum « qui sibi thesaurizat et non est in Deum dives, » ut habet parabola divitis horrea destruentis, etc.

3. Scimus in Evangelio nonnullos viros divites nobilesque a Deo vocatos et a Christo dilectos fuisse; tales fuerunt Zachæus, *princeps publicanorum et ipse dives ;* — Joseph ab Arimathæa, *homo dives ;* —Nicodemus, *princeps Judæorum ;* — Lazarus, Martha et Maria, familia insignior et honoratior ; — Joanna, uxor Chusæ, procuratoris Herodis, etc. Attamen pauperes hominesque plebeii præ ceteris erant a paupere Jesu electi.

Otiosum igitur esset quod ait R. P. : « Allons à ce passage, et ici encore cherchons à dissiper d'aveuglants préjugés par un examen, dont la vérité soit le seul souci (p. 36) », nisi hunc locum citaret

1. In Lucam XIX. 2. — Cf. Van Steenkiste h. l.

propter suum caput IV : « Les obstacles humains au salut », ubi verba Domini illi molestiam parent. Revera claudit auctor præsentes suas animaversiones hoc modo: « Mais a plus tard le développement de cette belle doctrine (!) avec les preuves fondées en foi et en raison qui l'appuient. » (p. 40) Ibi autem, cap. IV, ait : « Je puis être ici plus court, car j'ai déjà indiqué le sens et la portée (?) du célèbre texte qui condamne les mauvais riches.... Je me suis déja expliqué sur ce point dans mon premier chapitre. » (p. 256, 258)

Sed 1° nullo præeunte Patre aut Doctore, eum parvipendit, tamquam simplex monitum *speciale* Christi et applicationem doctrinæ generalis salutis : « Ce texte ne forme pas d'argument nouveau pour la théorie du rigorisme. Il signale un empêchement au salut, qui ne peut faire doute pour aucun chrétien, car il rentre dans la doctrine générale qu'il est impossible de se sauver si on préfère un bien créé au Créateur. » (p. 38)

Non ita locuti sunt Sancti. — « Multa est enim, — verba sunt S. Chrysostomi, — pecuniarum tyrannis; licet enim virtutes alias colamus, hæc omnia bona labefactat. Jure, itaque Paulus illam *omnium malorum radicem* esse dixit ; nam qui divites volunt fieri, incidunt in tentationem et in laqueum diaboli et desideria multa, inutilia et nociva, quæ mergunt homines in interitum et perditionem. »

Grave onus, ait S. Hilarius, innocentia subit incrementis opum accupata. Divitiæ enim incitamenta

sunt et fomenta superbiæ, gulæ, luxuriæ aliorumque vitiorum. Unde cum natura hominis ad malum sit proclivis, ex opibus majus accrescit periculum.

Difficultatem salutis pro divitibus ter cum emphasi indicat Dominus : primo præmittendo locutionem : *Amen dico vobis;* — dein cum magna vi exclamans : *Quam difficile !* et obstupescentibus discipulis, rursus: *filioli, quam difficile est ;* — demum adhibens modum loquendi popularem et proverbialem ad rem valde difficilem designandam : *facilius est camelum per foramen acus transire.*

Summa itaque totius sententiæ est, ut Maldonatus dicit, valde esse difficile divitem in regnum cœlorum intrare.

Sed cur potius de divitiis, quam de ambitione, de libidine, de vindicta, etc. id dictum est ?

Respondit Maldonatus, quia ceteræ res, etsi aliquos magis, tamen plerosque minus impediunt ; divitiæ vero fere omnes retardant.

Addi debet in divitiis adesse incitamenta et subsidia omnium aliarum animi concupiscentiarum. (1)

2. Errat igitur R. P. dicendo. « Ce texte ne forme pas d'argument nouveau. » Cui errori alium errorem proxime addit, colligens explicationem suam circa vocem « *dives* » his verbis « si on préfère un bien créé au Créateur » et periculum damnationis ex divitiis oriundum non admittens, nisi in opulentibus impiis, vel in avaris nimis cupidis : « Cette notion prise au sens absolu, comme l'expression est

1. Knab. h. l. I p. 160.

absolue, signifie un attachement total du cœur, qui s'attache à la richesse comme à son bien suprême, prêt à tout lui sacrifier.» (p.37)— « Riches... disposés et décidés à y (aux biens terrestres) sacrifier la loi de Dieu et les biens du ciel... Passion poussée à cette extrémité. » (p. 38) etc.

Periculum proximum æternæ damnationis datur etiam pro divitibus illis moderatis, *tertiæ viæ* sectatoribus, qui « eo majori in periculo versantur, quo se tutiores arbitrantur ; qui tanto securiores se credunt, quanto atrocioribus sceleribus non serviunt. Rari etenim sunt homines omnino prostitutæ et perditæ conscientiæ. » (1) Etiam moderati divites exponuntur valde tentationibus superbiæ, gulæ, luxuriæ, etc.

3. Errat quoque cum existimat malos divites esse valde raros, pergendo in suo sensu vocis « *dives* » ut inde se et lectores suos convincat : « Non, la plupart des hommes ne sont pas prêts à vendre leur âme pour une poignée d'or, et la possession de cet or ne les rend pas tellement durs et inhumains qu'ils se refusent à soulager la misère du prochain.... Que l'on prenne au hasard une centaine de riches, je suis intimement convaincu que parmi ces hommes la majorité, et, dans les milieux chrétiens, la grande majorité est honnête et charitable. » (p. 258)

Nolumus probare omnes divites esse in statu peccati mortalis, sed omnes ex divitiis pati grave periculum, cui major pars occumbit, præsertim si considerantur tot divites qui parum catholice vivunt. Liben-

1. Vide supra p. 151 Contenson.

tissime concedemus omnes divites illos quos colit doctus Jesuita esse christianos exemplares. Ast non benignam ejus opinionem generalem defendit alter Jesuita, e nobili et opulenti familia ortus, Cardinalis Bellarminus, qui scribit : « At, inquies, « divites » Dominus vocat eos, qui amant divitias, et qui habent ad fruendum eis, non ad erogandas in usus necessarios et pios. » — « Ita est ; sed *quam pauci* sunt hujusmodi ? Ideo, saltem ob raritatem, recte comparata est miraculo salus divitum ! » (1) Optime noverat Bellarminus divites sui temporis et patriæ, qui certe nostris meliores fuere.

4. Errat etiam nimis ampliando vim salvificam eleemosynæ: « Là où la charité habite, l'égoïsme et la cupidité ne revêtent pas ce caractère absolu et exclusif, qui est inconciliable avec les conditions du salut » (p. 258)

« Nous avons contre la rigueur de ces jugements (de Dieu) une compensation *facile* et magnifique dans les œuvres de charité. » (p. 55)

« J'estime que cette sentence (du jugement dernier) où saillit en si vif relief le grand rôle de la charité et le remède efficace qu'elle renferme contre nos manquements *dans les autres vertus,* nous rassure contre les troubles du rigorisme. » (p. 57)

— Non omnino, R. P. ; charitas securos reddet illos qui Deum suum dilexerunt *toto corde*, et proximum suum, propter Deum, concedo ; — securos

1. *De Gemitu columbæ*. Lib. II. Cap. VIII. Oper. Ed. Vivès T. VIII, p. 444, col. 2.

reddet philantropos qui sine charitate erga Deum habitualiter vivunt, nego.

En quæ docet Angelicus circa potentiam liberativam operum misericordiæ, relate ad damnationem æternam. — Objicit : « Videtur quod illi omnes qui opera misericordiæ faciunt, non punientur æternaliter, sed solum illi qui opera misericordiæ negligunt. » — Respondet : « Sed contra est quod dicitur I. Cor. 6. « Neque fornicarii, neque adulteri, etc. regnum Dei possidebunt. » Sed *multi qui se exercent in operibus misericordiæ* sunt tales. Ergo non omnes misericordes ad regnum æternum pervenient. — Præterea Jac. 2. dicitur ; « Quicumque totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus. » Ergo quicumque servat legem quoad opera misericordiæ, et negligit alia opera, reatum de transgressione legis incurret : et ita æternaliter punietur. » — « Ad primum ergo dicendum quod illi misericordiam consequentur qui misericordiam ordinate impendunt. Non autem ordinate misericordiam impendunt qui seipsos in miserendo negligunt, sed magis se impugnant male agendo. Et ideo *tales misericordiam penitus absolventem non* consequentur, etsi consequentur misericordiam de pœnis debitis aliquid relaxantem. » (1)

5. — Demum quoad ultimam partem textus : « *Apud homines hoc impossibile est ; apud Deum autem omnia possibilia sunt,* » — R. P. Castelein his vere abutitur cum nimis gratis auxilium promittit gratiæ

1. *Summa. Supplem.* q. 99 (alias 102) art. 5.

efficacis, ita ut terribilis comminatio Christi in divites ad nihilum redigatur :

« Le passage donc à première vue le plus effrayant de l'Evangile, renferme le principe *le plus consolant et le plus rassurant*.

« L'homme est faible ;... il ne peut par lui-même rompre sa chaîne, mais Dieu le peut ; il le peut toujours.

« Dieu usera-t-il de ce pouvoir ?

« J. C. *évidemment le fait entendre,* en employant une formule qui ne souffre *ni limite, ni exception*. La puissance de Dieu ne se laissera pas vaincre par la faiblesse humaine. » (p. 39.)

Beati ergo divites, quoniam ipsis post regna terrena promittit *P. Castelein* regnum cœlorum !

Aliter ratiocinantur serii et genuini interpretes S. Scripturæ : « Ergo hoc sibi vult Christus, — verba sunt D. Van Steenkiste, — rem istam secundum vulgarem consuetamque hominum agendi rationem non fieri, fieri tamen *posse* per *singulare* et *extraordinarium* Dei auxilium ; verbo, *raram* eam esse et *difficillimam*... Per Dei specialem gratiam obtineri et perfici valet. Sic Zachæus *et ipse dives*, conversus est ad Christum » (1)

« Inculcatur, inquit Knabenbauer, ad Deum adjutorem esse confugiendum. Deus enim dabit cor novum et spiritum novum ponet in medio nostri. Ita animus hominis avellitur a terrenis, ut dicere possit cum S. Paulo: Vivo, jam non ego, vivit vero in me Christus. » (2)

1. Supra cit. op. q. 453 et 454.
2. Ib. l. p. 161 et 162.

V.

De renuntiatione christiana.

Matth. X. 37-39.

« Le second texte qu'on nous objecte, ait R. P. Castelein, vise la doctrine du renoncement. Evidemment, pour mériter le salut, il faut pratiquer le renoncement. Mais voyons si dans son triple objet, la famille, les biens terrestres et la vie, ce renoncement est si affreux, et si rare. » (p. 44) Citat deinde verba Matthæi X. 37 : « *Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus* », quibus exponit vocem « *odium* » occurentem in textu parallelo S. Lucæ, eo modo quo omnes, etiam Rigoristæ et Terroristæ, hoc faciunt, ut refutet istorum objectionem. Eumdem in finem demonstrat (quod omnes admittunt) renuntiationem perfectam, quam Dominus juveni proponit Matth. XIX. 17, non expostulari nisi ab eis qui ad sublimiorem vocationem invitantur, ab aliis autem non exigi « que le renoncement spirituel... disposition du cœur à ne pas vouloir s'emparer, disposer ou jouir de ces biens de façon à violer en matière grave la loi divine. Qui prétendra que cette disposition est pénible et rare parmi les chrétiens ? Il est même faux de dire que le mouvement de l'opinion et des mœurs est sur ce point contraire à l'évangile. (p. 46.) » Ita adversarius noster, qui deinde transit ad vitæ pro Christi renuntiationem, cujus occasio est « exceptionnellement rare » et quam comitantur « des grâces exceptionnelles pour triompher. » Et addit : « Le conflit entre le salut et les jouissances de la vie est fréquent. C'est

là que se révèle le plus la faiblesse humaine ; mais nous prouverons que la miséricorde divine est ici incomparablement plus large en secours et en pardons que les rigoristes ne le supposent. » (p. 47.)

Sensum completum hujus loci Matth. X. 37-39 tradit S. Scripturæ interpres quem R. P. Castelein tanti facit, cl. Knabenbauer, eumque sic concludit :

« Declaratur hisce versibus quanta animi fortitudine opus sit, ut quis strenue adhæreat Christo ; *unde iterum illustratur illud VII, 14 de angusta porta et via arcta*. Simul autem explicatur cur *multi* alieni futuri sint a salute. » (1)

Sed R. P. Castelein contendit quod *multi* sunt qui inveniunt viam arctam et intrant per angustam portam ; ideoque tam universalis est, secundum eum, abnegatio evangelica.

VI.

De evangelica humilitate.

Matth. XVIII. 3

Ars est adversariorum verba evangelica sibi incommoda, quoad applicationem restringere judæis, pharisæis, coævis Domini, mundo pagano, etc. Monitum Jesu : « *Nisi efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cœlorum* », ab Eo traditum occasione ambitiosæ cujusdam contentionis Apostolorum illis tantum, juxta eos, vel saltem solis fidelibus datur qui speciali voca-

1. Comm. in Ev. s. Mat. I p. 408.

tione invitati sunt « à ces cimes de vertus, où Dieu voulait les continuateurs de son œuvre et les chefs de son Eglise. » (p.46.) Cæteris sufficit humilitas « qui est l'aveu de notre néant devant Dieu, et la foi à la divinité et à la doctrine de Jésus-Christ..Or, ces conditions, par l'effet de notre éducation chrétienne et de tant de grâces reçues,... nous sont rendues plus faciles qu'elles ne l'étaient aux disciples. » (p. 48.)

Negamus et procul rejicimus laxam istam interpretationem. Humilitas non est merum consilium evangelicum, uti voluntaria paupertas, cœlibatus et religiosa obedientia : est virtus christiana fundamentalis, omnino necessaria cuilibet ; ita docent omnes Sancti. Apostolorum obligationes speciales clare discernuntur e vocatione eorum speciali ad Apostolatum, ad quem diriguntur, tamquam media necessaria ad finem particularem.

VII.

Antithesis inter Christum et mundum.

« Mais que dire de l'antithèse entre Jésus-Christ et l' esprit du monde ?

« C'est que les rigoristes la comprennent très mal.

« Le monde que nous devons abandonner pour ne pas nous perdre, c'est.... le monde qui hait, combat et persécute Jésus-Christ.... De quel droit ces rigoristes affirment-ils que ce monde ainsi défini est... la société publique parmi les peuples chrétiens ? Ce milieu, cette société publique au sein desquels nous vivons, ne seraient donc autres qu'au temps du paga-

nisme ?.. Est-il concevable qu'un théologien fasse pareille confusion, et de l'identité du même mot « monde » ou « siècle » conclue à l'identité des deux sociétés, de la société païenne et de la société chrétienne ? » (p.49-50)

Ut optime advertit R. P. Coppin (1), hic non agitur de quæstione historica, sed de re morali. Christus nullatenus societatem quamcumque sui temporis exprobravit, sed nefaria principia quibus homines communiter ducuntur. « Le monde, tel qu'il faut l'entendre ici, *ait Cl. Monsabré;* ce n'est pas l'ensemble des êtres, ce n'est pas la terre qui nous porte, ce n'est pas l'espèce humaine, *ce n'est pas telle ou telle société policée dans laquelle se trouvent mêlés les bons et les mauvais;* le monde, c'est tout ce qui, dans l'humanité, prend le parti d'un Esprit destructeur dont la vie n'est occupée qu'à troubler les desseins de Dieu... Le monde, au sens évangélique, c'est tout ce qui par pensée, paroles et actions, proteste contre Dieu, contre sa loi, contre sa grâce, contre la vie supérieure qu'il nous communique, contre les espérances qu'il nous donne, contre les destinées qu'il nous a faites. Ce monde, Jésus-Christ l'a montré du doigt et nous a révélé ses tendances, ses maximes et ses vices.... Si vous m'avez bien compris, Messieurs, cette malédiction du Sauveur tombe plutôt sur un ensemble de maximes et d'œuvres d'iniquité que sur un ensemble d'individus (2) ».

Porro, principia ista mundana e regione opposita

1. *Op. cit.*, p. 35.
2. *Retraite pascale* de 1877 ; *Le monde*, p. 43 et 73.

sunt principiis christianis. « Le monde est corrompu dans ses maximes, corrompu dans ses œuvres qui ne sont que la publique et désespérante confirmation de ses maximes.... Quelles sont les maximes du monde touchant le service de Dieu, la dignité de l'homme, le but de la vie, les rapports sociaux ?... Œuvres corrompues : avoir, pouvoir, paraître, telle est selon la maxime du monde, la véritable dignité de l'homme ; donc il faut arriver là... » (1). Hæc omnia lucide et eloquenter exponit Monsabré quem quisque poterit adire.

Nobis ergo licet dicere : « Est-il concevable qu'un théologien fasse pareille confusion ! »

VIII.

Ratio reddenda de verbo otioso.

Remanet severitas judicii Dei, Matth. XII, 35 : « Dico autem vobis quoniam omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicii. »

Parum juvat inverecunde respondere : » Le divin Maître sera indulgent pour les femmes. Beaucoup d'hommes, parmi lesquels je me range très humblement, pourront compter sur une indulgence semblable. » (In prima edit. p. 49.)

Equidem malo cum Sanctis vocare judicium Dei « tremendum judicium », et orare cum Ecclesia :

1. Ibid. p. 48 et 58.

« Dies *iræ* dies illa !...
« Quantus tremor est futurus,
« Quando Judex est venturus,
« *Cuncta stricte discussurus...*
« Nil inultum remanebit.

« Quid sum miser tunc dicturus ?
« Quem patronum rogaturus ?
« Cum vix justus sit securus »

« Ingemisco, tanquam reus :
« Culpa rubet vultus meus :
« Supplicanti parce Deus ! »

« Peccavi nimis in vita mea. Commissa mea pavesco, et ante te erubesco.

« Peccantem me quotidie. et non me pœnitentem, timor mortis conturbat me.

« Domine, secundum actum meum noli me judicare ; nihil dignum in conspectu tuo egi. » (1)

4.

Neoterici facta V. T., quibus salvandorum paucitas indicatur, attenuare conantur, eorumque sensum typicum contemnere videntur.

Verbulum de sensu typico præmittamus. Eum in S. Scriptura inveniri statuunt, post antiquam synagogam, (cujus sententiam confirmant Christus Dominus et Apostoli, mystice exponendo nonnulla Veteris Testamenti loca,) non tantum catholici interpretes omnes, sed et priores protestantes, qui verbis potius quam re ipsa in hoc dissentiunt. Imo censet eruditus

1. Missa et offic. pro defunctis.

Cornely, S. J. cum Molina, Bannez, Vasquez aliisque non paucis, «omnino ad fidem pertinere in S. Scriptura typos inveniri, ita quidem, ut ea, quæ de typis dicuntur, *simul de antitypis sint intelligenda.* » (1)

Admittendus ergo est, et ut verus S. Scripturæ sensus, sicut sensus litteralis, vim probativam habet, ubicumque in sacris eloquiis et prout ibi sufficienter constat de intentione Spiritus Sancti, res quasdam ad significandas alias res vel personas, destinantis. Certo certius autem constat de hac intentione quando aliquis ex ipsis Hagiographis explicite vel implicite eam adesse significat : habetur enim tunc declaratio authentica ipsius Auctoris Spiritus Sancti de tali sua intentione.

Huic de inveniendo sensu mystico regulæ aliam addamus ab auctoribus hermeneuticæ sacræ communiter traditam : Si aliunde constat aliquam rem vel personam V.T. typum fuisse alterius rei vel personæ N. T., jure possumus specialem mysticam significationem persequi in determinata circumstantia illius rei vel personæ, quoties certa et obvia apparet convenientia inter typum et antitypum. Non enim æstimandum est S. Scripturam vel traditionem totum exhausisse mysterium uniuscujusque typi ; hujusque agendi rationis exemplum dederunt S. Patres et Interpretes.

Jamvero, omissis multis aliis, tres tantum afferamus e V. T. typos, qui certissime tales sunt, et ad

1. Cornely. Introd. in S. S. T. I. — De S. S. interpr. — Cap. I. d S. S. sensibus. p. 534.

probandam salvandorum paucitatem merito non semel allatos. Quos typos, vel *sensum typicum* aut contemnens aut non intelligens, silentio præterit R.P. Castelein, dum inducit Rigoristas ita objicientes:

« Le châtiment du déluge, qui ensevelit *à travers* ses eaux, dans l'abîme *éternel*, le genre humain *tout entier*, à l'exception d'une famille privilégiée, — la pluie de feu qui consuma les cinq villes de la Pentapole à l'exception de la famille de Loth.... enfin les multiples châtiments, à si vastes dimensions, qui frappèrent le peuple juif.... constituent des objections poignantes et terribles contre la doctrine du salut, telle que vous l'exposez. » (p. 65.)

Respondet ipse : « Eh bien ! non, ces objections ne sont pas aussi poignantes ni aussi terribles qu'on se l'imagine à première vue. Nous espérons dissiper les objections de l'Ancien Testament, comme nous avons dissipé les objections du Nouveau Testament. » (p. 66.)

Hoc ut faciat duplicem sequitur viam : 1° ex ratione ad minimum reducit numerum eorum qui divinis istis castigationibus perierunt ; 2° ad maximum vero numerum eorum extollit qui per vias secretas divinæ misericordiæ ad pœnitentiam et salutem venerunt.

Sed hæc conamina id unum demonstrant, R. P. Castelein non intellexisse argumentum quod vult refutare. Sane, horrida spectacula quæ Dei justitia ante oculos nostros in S. Scriptura expandit ut configat timore suo carnes nostras, facta historica sunt non negligenda computanti generatim per secula dam-

natorum numerum, quidquid doceat R. P. Castelein. Sed et aliud argumentum præbent Rigoristis, illud nempe quod deducitur ex eis prout figuræ sunt futurorum. Exponamus ea sub duplici eorum respectu, et videamus quid probent in nostra quæstione.

I.

Diluvium.

GEN. VI — VIII.

A. — « *Je suis porté à croire* qu'au déluge *moins* d'hommes ont péri qu'il n'en meurt actuellement chaque jour. Où sont les preuves de cette opinion *à première vue si hardie peut-être, parce qu'elle est neuve ?* Je les découvre dans le texte de ma Bible soigneusement interrogé et pesé. » (p. 70.) De quibus argumentis infra in nota ait : « Aucun exégète n'ayant traité cette question, à ce que je sache, je ne puis la traiter qu'aux moyens des arguments que j'ai invoqués..... C'en est assez pour *justifier mon hypothèse*, contre laquelle *je n'ai pu découvrir* aucune preuve plausible. » (p. 71.)

Sunt autem hæc argumenta : 1° Tempus diluvii, quod indicat Geneseos auctor cap. VI. 1, his verbis : « Cumque cœpissent homines multiplicari super terram » — « Evidemment, ait, ces mots ne sauraient signifier une bien grande population. » Notet R. P. ibi indicari tempus non diluvii, sed primi divini decreti homines diluvio puniendi, et verba « *cumque cœpissent multiplicari* » gallice interpretanda esse non

« *commençaient* à se multiplier », sed « *eûrent* commencé... » ; insuper in Vulgata hic habetur hebraïsmus quo illud quod jam existit, dicitur incipere existentiam; inde sensus est: « les hommes s'étaient déjà multipliés, étaient déjà nombreux sur la terre. » Minutis argumentis minutæ opponantur refutationes!

2° Causa diluvii quæ, est « un crime de même espèce, un désordre de mœurs collectif. Or la propagation ou la contagion d'un même désordre suppose l'humanité suffisamment rapprochée et formant encore un même tout moral. (p.70.) » De valore talis argumenti judicet lector, sicut etiam de usu vocis « collectif » ubi rectius diceretur « universel ». Causam enim diluvii indicans Gen. VI. 11 dicit : « *Corrupta est autem terra coram Deo, et repleta est iniquitate.* »

3° Computatio a R. P. elaborata hominum tunc temporis viventium : « quelques centaines de tribus ou de familles patriarcales, composées chacune également de quelques centaines de membres et disséminées dans les vallées et sur les montagnes de l'Arménie. Voilà, *selon toute probabilité,* ce qu'était alors l'humanité. (p. 72.) » Cum singularis sit iste computus et gratuitus, et cum nihil certi circa numerum viventium hominum tempore diluvii statui possit, de eo disputare omittimus. Admittere tamen non possumus quod dicit R. P. per modum confirmationis : « *Rien ne nous autorise* à supposer que Dieu ait favorisé *outre mesure* la fécondité d'une race *qu'il avait résolu de sacrifier.* » (p. 71. note) Permagnam fœcunditatem supponere permittit Dei manda-

tum: *Crescite et multiplicamini et replete terram* (Gen. I. 28.); sed non licet supponere, quod Deus et decrevit exterminare primævum genus humanum, ideo majorem fœcunditatem ei non concedit.

Pergit autem R. P. suam refutationem objectionis ex diluvio : « Nous savons, au reste, par un texte de la Ire Epître de Saint Pierre (III, 19 - 20), qu'un certain nombre de victimes ont bénéficié de ces pardons.... nous ignorons s'il y en eut beaucoup ou peu.... Dieu... a voulu graver dans les souvenirs de l'humanité... une leçon de haute morale... conciliée dans son exécution, avec un nombre de victimes *relativement restreint*... » (p. 74.)

Nemo Rigoristarum asserit victimas diluvii esse damnatas omnes ; eorum autem numerum *relative magnum*, imo, præter *exceptiones*, omnes cum angelis peccantibus detractos esse in tartarum, recte concludi potest ex II Petr. II,4-5.

B. — Ex eadem I Petr., cap. III. 19-21, supra a R. contradictore nostro allata, certiores facti sumus in narratione Gen. VI-VIII, præter litteralem et historicum sensum, alium haberi mysticum. Quem sensum typicum ita exponit doctus Recupito S. J. :

« Dicit arcam, in qua Noe cum paucis salvus factus est per aquam, figuram fuisse Ecclesiæ, in qua fideles salvi fiunt per Baptismum. Signanter autem in arca *paucos, id est octo animas salvas factas esse,* ut ostendat *paucitatem prædestinatorum in Ecclesia.* Quamvis hic non fiat comparatio fidelium inter se, tamen cum dicitur paucos salvandos esse in Ecclesia,

sicut pauci, id est octo animæ salvæ factæ sunt in arca, respective ad reliquos omnes homines, qui tunc in diluvio perierunt, satis ostenditur tanta in Ecclesia paucitas salvandorum, ut comprehendere non possit, præter parvulos, majorem partem adultorum ; nulla enim daretur proportio cum iis, qui in arca octo tantum, respective ad reliquos omnes homines, salvati sunt. Diluvium autem illud universale figuram fuisse extremi Judicii dicitur... Ex hoc diluvio in Ecclesiæ arca pauci salvi fiunt, licet multi sint intra hanc arcam. Ideo subdit ibidem Petrus : *Quod et vos nunc similes formæ salvos facit Baptisma : non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio in Deum.* Quod perpendens Augustinus (1) dicit homines in unitate catholica baptizatos, qui sæculo solis verbis, non factis renuntiant, non pertinere ad hujus arcæ mysterium, in quibus non est conscientiæ bonæ interrogatio. Hanc eandem arcæ figuram, ad ostendendam paucitatem electorum, affert S. Joannes Chrysostomus. (Vide ejus verba supra, pag. 111.) In hoc etiam expendi oportet, quod arcæ cacumen, seu pars superna, erat arctissima ; pars vero inferna erat latissima, ut significaretur in arca Ecclesiæ *paucos ad superna deduci,* plurimos ad inferna. Quod adnotavit Origenes : « Quam pauci, inquit, sunt qui salvantur. Sed et in arca quæ a Noe constructa est, ubi mensura cœlitus designatur, in inferioribus arcæ centum cubitorum ponitur longitudo, et quinquaginta latitudo : summitas in unius cubiti spatium consumatur. » (1)

1. Lib. V. De Bapt. contra Donat. cap. 18.

Item S. Gregorius Magnus : « Arca... ibi lata exstitit, ubi bestias habuit; ibi angusta, ubi homines servavit... Multi sunt vocati, » etc. (Vide supra, pag. 99.)

Paucis verbis : Sicut in diebus Noe in arca minor pars animantium et octo tantum animæ humanæ ab aquis diluvii et morte corporali salvæ factæ sunt, ita nunc in Ecclesiam, extra quam non est salus, minor hominum pars ingreditur, minima autem intrantium pars ab æterna damnatione salvatur.

II.

Sodomæ destructio.

GEN. XVIII. 16 — XIX. 29.

A. — « Quelques siècles après le déluge, un châtiment *moins étendu* (que le déluge, réduit par le R.P. à quelques centaines de familles patriarcales) mais d'une forme plus effrayante, s'abattit sur un coin de la Palestine. Le feu du ciel, *peut-être sous la forme d'explosion volcanique,* produite par les lois *de l'ordre naturel* en harmonie préétablie par Dieu avec les lois et les desseins de l'ordre moral, détruisit *Sodome et les bourgades voisines.* Pourquoi ? Pour des crimes inouïs... Le châtiment *semble s'être limité cette fois à quelques milliers de victimes.* » (p. 75-76.) His verbis R.P. Castelein narrat suo modo factum, ita a Spiritu Sancto relatum : « *Dominus pluit super Sodomam et Gomorrham sulphur et ignem a Domino de cœlo ; et subvertit civitates has, et omnem circa regionem, univer-*

sos habitatores urbium et cuncta terræ virentia. » (XIX. 24-25) Deinde pergit: « Toutefois, ici encore la miséricorde de Dieu traverse sa justice pour en prévenir l'éclat. Qui ne se rappelle.... cette miséricorde divine s'inclinant vers la prière d'Abraham et ne demandant, pour contrebalancer le plateau chargé de tous les crimes de Sodome, que les mérites de dix justes ? (p. 75.) Il (Dieu) voulut ce châtiment, moins pour se venger de cette multitude de pécheurs, puisqu'il l'aurait épargnée..., moins encore pour les damner tous, puisqu'il leur offrit à tous des pardons, selon le livre de la Sagesse (? Vide infra p. 336.), que pour assainir le genre humain et lui laisser... un nouvel avertissement.... » (p. 76.)

Circa hæc igitur notemus : 1. Intentionem Dei nobis timorem salutarem incutiendi libenter admittimus; at primarium Dei finem fuisse putamus ipsam impiorum punitionem : « *Dixit Dominus : Clamor Sodomorum et Gomorrhæ multiplicatus est, et peccatum eorum aggravatum est nimis. Descendam et videbo, utrum clamorem qui venit ad me, opere compleverint...* » (Gen. XVIII. 20 sqq.) Vide etiam Deut. XXIX. 23 ; Sap. X. 6-9 ; II. Pet. II. 6-9 et Jud. 7.

2. Licet nullus citari possit S. Scripturæ vel S. Patrum textus dicens aut insinuans vel unum ex impiis habitantibus pentapoleos per ignem temporalem esse liberatum ab igne sempiterno, non dicemus absolute omnes esse damnatos ; sed eos, generatim sumptos ignis æterni pœnam sustinere quis dubitabit ? « (*Deus*) *civitates Sodomorum et Gomorrhæorum in cinerem redigens.... justum Lot oppressum...*

eripuit... Novit Dominus pios de tentatione eripere, iniquos vero in diem judicii reservare cruciandos, » ait S. Petrus. (II. II. 6-9. Vide etiam supra citata.)

3. Quidquid sit de numero combustorum, quem R. P. in supra citata sua expositione facti quam maxime coarctat, auget tamen numerum damnatorum et objectionem constituit ex historia contra thesim adversariorum. Opponant illi conversionem Ninivæ, sicut illam opponunt diluvio : « Si les rigoristes aiment à évoquer le châtiment du déluge, mal compris et mal expliqué (?), comme un exemple terrifiant de la justice divine, nous aimons à leur opposer le miracle de la conversion de Ninive, où un nombre d'hommes peut-être vingt fois plus considérable (1) fut pleinement pardonné, comme un exemple consolant de la miséricorde divine. » (p. 140) An inde forsan concludent ad salutem æternam Ninivitarum ? Si non, quid probant ? Misericordiam Dei infinitam et nos miramur et in condonatione Ninivitis facta, et in præsenti punitione quinque civitatum : « Cette miséricorde divine s'inclinant vers la prière d'Abraham et ne demandant, pour contrebalancer le plateau chargé de tous les crimes de Sodome, que les mérites de dix justes » (p. 75), sed et perversitatem hominum

1. Bene R. P. Coppin refutando R. P. computationem habitantium orbem tempore diluvii : « Il ne sera pas aussi sobre dans ses chiffres quand il dressera contre les rigoristes son cheval de Troie : «Ninive», « Ninive pénitente », « Ninive pardonnée ». Il donnera à cette cité deux millions d'habitants alors que des auteurs très compétents n'évaluent sa population qu'à un demi-million. » Pag. 72.

miramur qua decem hi justi in tot millibus non sunt inventi; et scientes Dei justitiam, æque ac misericordia ejus, esse infinitam, non miramur numerum damnatorum superare numerum salvatorum.

4. Denique non omittamus obiter verbulum dicere de modo naturalistico quo R.P.Castellin explicat sulphur et ignem quæ *Dominus... a Domino de cœlo pluit*. « Or sur ce point le texte sacré ne permet pas le doute ; il nous y montre clairement une intervention *immédiate* de la Divinité, *un miracle*. » ait Crelier in h. l.

B. — Typicam significationem hic haberi nos docet Epistola S. Judæ, v. 7, cum dicit : « *Sodoma et Gomorrha et finitimæ civitates... factæ sunt* **exemplum, ignis æterni pœnam sentinentes.** » Imo et S. Petrus (II. II. 6) juxta Estii commentarium : « Sentit autem Petrus, Deum statuisse civitates illas non in exemplum vulgare ; quomodo qui publicis suppliciis afficiuntur, statuuntur exempla, ne cæteri similia committant: sed in *exemplum typicum;* secundum hoc quod ait Paulus : *Omnia in figura contingebant illis,* I. Cor. 10. Nam per illam punitionem horribilem sed temporalem, velut per typicum quoddam exemplum, significata fuit æterna pœna, longe formidabilior, quæ manet homines impios, præsertim impietatis magistros. » Idem deinde auctor in dubio aliquo circa Jud. 7, denuo ait : « Dubium est quo referendus sit genitivus, *ignis æterni ;* utrum ad *exemplum,* an ad *pœnam*. Si ad *exemplum,* sensus erit ; civitates illæ sustinentes pœnam in Genesi descrip-

tam, scilicet ignis et sulphuris, *propositæ sunt in exemplum ignis æterni,* id est, punitionis impiorum in igne æterno. Nam illarum civitatum tam horribilis pœna fuit insignis quædam figura gehennæ..... (Qui) prior sensus et constructio magis convenit cum verbis Apostoli Petri. » Ita etiam Calmet et Beelen in Ep. Judæ; inter recentiores cl. Van de Putte, in Gen. et alii.

Dum autem incolæ pentapoleos *omnes* igne pereuntes figuram gerunt damnatorum ad ignem æternum, teste Isidoro Hispalensi, in Alleg. in Script., *Loth et sui*, soli de flamma ignis liberati, « typum habuerunt Sanctorum, qui in fine sæculi ab impiorum incendio liberabuntur, » (1), *cum Dominus,* ut canit Ecclesia, *venerit judicare sæculum per ignem.*

III

Ingressus duorum tantum in terram promissionis.

Est hoc tertium factum historicum V. T., quod neoterici attenuant et cujus respuunt sensum spiritualem, a Patribus adductum ad probandam paucitatem electorum. Inverso ordine nostro hoc tractabimus, nempe prius de ejus typico loquemur sensu, deinde de ipso facto in se, prout a contradictore quodam interpretatur.

A.—Typum ita proponit Apostolus in I.Cor.X. 1-6: « *Nolo enim vos ignorare, fratres, quoniam patres nostri*

1. Recupito l. c. p. 18.

omnes sub nube fuerunt, et omnes mare transierunt, et omnes in Moyse baptizati sunt in nube, et in mari : et omnes eamdem escam spiritalem manducaverunt, et omnes eumdem potum spiritalem biberunt ;... sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo : nam prostrati sunt in deserto. Hæc autem in figura facta sunt nostri. » Et infra : « *Hæc autem omnia in figura contingebant illis ; scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fine sæculorum devenerunt. Itaque qui se existimat stare videat ne cadat.* » (Vers. 11 et 12) Ad melius vim hujus typi percipiendam, videamus e contextu quomodo adducatur ab Apostolo.

Postquam exemplum suum proposuit, exhortatur S. Paulus Corinthios ut illud imitentur. Nam ad salutem assequendam non sufficit ut simpliciter sint Christiani: necesse est ut totis viribus, ad exemplum Pauli, laborent, si certam suam salutem reddere velint.

Duabus quasi partibus exhortatio constat :

1° Comparatione agonis ostendit solum illum obtinere bravium, qui magne cum ardore certaverit.

2° Hanc doctrinam deinde confirmat, *typice* explicata narratione exitus ex Ægypto.

Dicto ergo : « *Castigo corpus meum, et in servitutem redigo : ne forte cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar*, » ne vanum inanemque esse ejus timorem neophyti Corinthii putent, atque ut sibi ipsi consulant, pro confirmatione exemplum Israelitarum affert, quorum paucissimi, Josue et Caleb tantum, ad terram promissam pervenerunt, licet omnes ex Ægypto exeuntes iisdem beneficiis fuerint ornati.

« Itaque, inquit Cornely, præprimis magna illa beneficia, quæ omnibus Israelitis ex Ægypto egressis a Deo collata sunt, ita exponit, ut illis gratias multo sublimiores, quæ in N. T. omnibus ex Ægypto (i. e. ex hoc mundo) egressis conceduntur, præfiguratas esse appareat.

« Plerosque deinde Israelitas in itinere per desertum periisse præmonens, peccata quoque illorum atque pœnas, *prophetias reales esse docet eorum, quæ Christianis contingunt*. Unde ad directam exhortationem transiens, vigilantiam omnibus inculcat, auxilio simul divino promisso iis, qui tentationibus sese ultro non objiciant.

« Duo summa sunt beneficia, quæ Christianis præstantur : Baptismus in aqua et Spiritu S., quo homo ad novam vitam renascitur, — et Eucharistia, qua nova vita alitur... Utriusque beneficii *figura* etiam collata est omnibus Israelitis : omnibus ex Ægypto egredientibus collatus est typicus baptismus; omnes ex Ægypto egressi cibo et potu typico corroborati sunt. » (1)

In præcedente sectione, Græcis quodammodo Græcus factus Apostolus, ex eorum ludis argumentum desumpserat et commemoraverat ex omnibus currentibus in stadio, *unum* dumtaxat accipere bravium. — Nunc, Judæis Judæus factus, ex Judæorum historia argumentatur : e sexcentis fere millibus, qui, absque parvulis et mulieribus de Ægypto egressi sunt, *duo* tantum intrarunt terram promissam.

1. Cornely. in h. l. p. 270, 271.

Omnes igitur iisdem beneficiis spiritualibus Israelitæ ex Ægypto egressi, a Deo sunt ornati : *sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo.* Duplici litote utitur Paulus : *in pluribus* idem est quod « in majore omnium eorum numero » ; — *non beneplacitum est Deo :* « e contra, Deum offenderunt » ; *nam prostrati sunt in deserto.* Ut pergit Cornely : « Continua enim sua incredulitate et contumacia, continuis suis murmurationibus et peccatis, *integer* populus divinam iram ita provocavit, ut omnes, qui ex Ægypto egredientes numerati sunt a viginti annis et supra, ab ingressu in terram promissam sint exclusi, omniumque variis plagis et mortibus extinctorum cadavera sint in deserto ; duo soli, Josue et Caleb, ex plus sexcentis millibus virorum (603550, Num. I. 46) in Palæstinam sunt ingressi. »

Hæc autem **in figura** *facta sunt nostri, ut non simus concupiscentes malorum, sicut et illi concupierunt.* — « Admirabili sua providentia Deus populi antiqui res ita ordinare et gubernare voluit, ut novæ Ecclesiæ res præfigurarent et prædicerent.

« Apostolus igitur, sicut in beneficiis spiritualibus populo ex Ægypto egresso præstitis, figuras propheticas vidit multo majorum beneficiorum, quæ Christianis Deus esset collaturus, ita in sorte totius illius populi, propter peccata in deserto interempti, *figuram videt multo graviorum pœnarum,* quibus Christianos, si similia peccata commissuri sint, Deus sit puniturus. Sicut enim dona, inquit Chrysostomus, *figuræ* sunt, ita quoque *supplicia sunt figuræ ;* et sicut baptismus et mensa (eucharistica) prius describuntur,

ita in sequentibus præsignificatum est, quod qui tali dono indigni fuerint, supplicio sint afficiendi; ut, tali exemplo moniti, cautiores simus et temperantiores. Sicut enim in beneficiis typi præcesserunt, et secuta est *veritas*, ita etiam in suppliciis sequetur. Videsne, quomodo ostendat, non tantum eos punitum iri, sed etiam graviores pœnas esse luituros ? Nam si illud quidem typus est, hoc autem veritas, necesse est in suppliciis culmen quoddam esse, sicut in donis. »

« Ad quæ ultima verba, quibus typus a suo antitypo, sicut umbra a re ipsa, cujus umbra est, differre insinuatur, explicanda cum Thoma, notandum est, quod, sicut in bonis longe melius est, quod figuratur, quam ipsa figura, uti Regnum cœlorum, quam terra promissionis, ita in malis longe pejus est, quod figuratur, quam figura significans. Juxta Augustinum autem, illa supplicia, quæ Israelitæ sustinuerunt, *figura gehennæ fuerunt*, quæ omni pœna major est. » Similiter alii antiquiores interpretes, ait Corneły, (1) optimus interpres ipse, non inferior Patri Knabenbauer, quem P. Castelein merito tanti facit.

B. — Quæ nunc, relictis antiquioribus interpretibus, fretus unice somniis istis, quæ vocat : *Etude approfondie de l'Ecriture Sainte*, et : *Règles d'exégèse actuellement adoptées pour les meilleurs exégètes*, audet de tanto typo scribere contradictor noster, stupenda sunt. « Massillon, pour prouver que dans tous les temps les élus sont rares, nous signale Josue et

1. L. c. p. 278.

Caleb seuls, de 600,000 Hébreux, introduits dans la terre de promesse. Mais suit-il de là que tous ces Hébreux, parmi lesquels se trouvent Moïse et Aaron, soient damnés ? Evidemment non. Moïse est loué partout dans les saintes Ecritures comme un Saint prophète. Dieu *a pu* refuser aux autres comme à lui cette suprême récompense d'entrer dans la terre promise, pour un manque *même léger* de foi ou de fidélité à sa loi. Au reste, durant les quarante ans de fatigante pérégrination dans le désert, sous le climat brûlant de l'Arabie, le plus grand nombre de ces milliers d'Hébreux qui avaient quitté l'Egypte ne durent-ils pas mourir de mort naturelle? » (p. 143.)

Quot verba, tot errores ad decipiendos « les laïques, même les plus instruits. » (p. 9.)

1. — Quoad Massillon: en verba exordii celebris concionis ejus : « *Si* je venais ici vous alarmer plutôt que vous instruire, il me suffirait de vous exposer simplement ce qu'on lit de plus terrible dans les livres saints sur cette grande vérité ; et, parcourant de siècle en siècle l'histoire des justes, vous montrer que, dans tous les temps, les élus ont été fort rares.... Josue et Caleb, etc... A des *figures* si effrayantes auraient succédé les expressions des prophètes... L'Evangile aurait encore ajouté de nouveaux traits à la terreur de ces *images.* » (1) Nequaquam ergo dicit Massillon, neque supponit illa sex centena millium Hebræorum fuisse damnata. In his agnoscit cum S.

1. Migne. Orat. sacr. T. XLII. col. 705.

Paulo, cum Patribus omnibus, *solum typum* paucitatis salvandorum : *des figures, des images.*

2.— « Dieu *a pu* refuser aux autres comme à Moïse cette suprême récompense d'entrer dans la terre promise, pour un manque *même léger* de foi ou de fidélité à sa loi. »

Quoad levitatem peccatorum Israelitarum, S. Paulus, explicando typum de quo agimus, tria singularia peccata enumerat, quæ id habent commune, quod directe sint contra Deum : præ oculis enim semper habet scopum suum, ut ab idolothytorum usu Corinthios retrahat. Sunt autem tria illa peccata :

(1°), *Idololatria :* « Neque idololatræ efficiamini, sicut quidam ex ipsis. » (v. 7)

(2°), *Tentatio Christi :* « Neque tentemus Christum, sicut quidam eorum tentaverunt, et a serpentibus perierunt. » (v. 9). « Tentaverunt me jam per decem vices. » (Num. XIV, 22).

(3°), *Murmuratio contra Deum :* « Neque murmuraveritis, sicut quidam eorum murmuraverunt. » (v. 10).

Quibus additur quartum peccatum : « Neque *fornicemur* sicut quidam ex ipsis. » (v. 8).

An de tribus ergo peccatis contra Deum et de fornicatione audet scribere R. P. Castelein : « Un manque *même léger* de foi ou de fidélité à sa loi ? »

3. — « Le *plus grand nombre* de ces milliers d'Hébreux ne durent-ils pas mourir durant les 40 ans ?» Transeat quoad *maximam partem ;* sed nullatenus quoad omnes 603550, et quidem juniores eorum, ante sexagesimum ætatis suæ annum, duobus

exceptis. Tantum ingressi sunt terram promissam « 23,000 generis masculini ab uno mense et supra, inter quos nullus fuit eorum, qui ante numerati sunt in deserto. *Prædixerat* enim Dominus quod *omnes* morerentur in solitudine. Nullusque remansit ex eis, nisi Caleb et Josue. » (1)

4. — «Ne durent-ils pas mourir de *mort naturelle?*»

Sed prius quæram a docto contradictore, qua intentione Deus populum suum tam numerosum errare fecerit in deserto per quadraginta annos ? Iter rectum ab Ægypto ad Jordanem non tantum requirebat tempus. — Numquid R. P. non legit hæc terribilia Dei verba in Libro Numerorum : « Usquequo multitudo hæc pessima murmurat contra me ? Querelas filiorum Israel audivi. Dic ergo eis : Vivo ego, ait Dominus : sicut locuti estis audiente me, sic faciam vobis. In solitudine hac jacebunt cadavera vestra. Omnes qui numerati estis a 20 annis et supra, et murmurastis contra me, non intrabitis terram.., præter Caleb filium Jephone, et Josue filium Nun... Vestra cadavera jacebunt in solitudine. Filii vestri erunt vagi in deserto annis 40, et portabunt fornicationem vestram, donec consumantur cadavera patrum in deserto. Juxta numerum 40 dierum, quibus considerastis terram : annus pro die imputabitur. Et quadraginta annis recipietis iniquitates vestras, *et scietis ultionem meam :* quoniam sicut locutus sum, ita faciam omni multitudini huic pessimæ, quæ consurrexit adversum me : *in solitudine hac de-*

1. Num. I, 46 ; — XIV, 21-24 ; — XXVI. 62-65.

ficiet, et morietur. » (1) « Circumduxit eum per desertum 40 annis, *donec consumeretur universa generatio, quæ fecerat malum.* » (2) Numquid igitur mors ista, utut naturalis in se, non est decreta in vindictam peccati ?

— Deinde quænam fuit mors illa *naturalis?* Audiamus testem oculatum, Moysen, dicentem Deo versus finem vitæ suæ, de his qui ita mortui erant in deserto : « Defecimus in ira tua, et in furore tuo turbati sumus... In ira tua defecimus. Dies annorum nostrorum in ipsis, 70 anni. Si autem in potentatibus 80 anni, et amplius eorum, labor et dolor. » (3)

Et ne hæc interpretatio displiceat his qui Psalmum LXXXIX, quamvis sit inscriptus « Oratio Moysi hominis Dei, » recusant ab eo conscriptum fuisse, dicam cum judicioso P. de Hummelauer : « Qui tum 20^{m} annum paulo excesserant, omnes morituri erant ante expletum annum 60^{m} : *ea certe erat extraordinaria mortalitas,* eo imprimis ævo, quo senes 80 et etiam 100 annorum non videntur fuisse rari. Ubi primum gens, quæ in Ægypto fixas sedes habuisset, condemnabatur sub cœlo deserti 40 annis vagam vitam ducere, expectanda *fortasse* erat etiam secundum naturæ leges major aliqua mortalitas ; at mortalitas *universalis*, qualis h. l. describitur *erat inauditum quid.* « Vestra cadavera jacebunt in solitudine hac » non revertimini in Egyptum. » (4) —

1. Ibid. XIV, 27-35.
2. Ibid. XXXII. 13.
3. Ps. LXXXIX, 7, 9, 10.
4. In. Num. XIV, 31. pag. 117.

« Luxit populus nimis », addit sacer textus (1) : nec sine causa, audita sententia mortis.

Præter has tres typicas figuras, dantur adhuc plures aliæ a Patribus allegatæ ad paucitatem salvandorum confirmandam. Tales sunt : eversio urbis Jericho, salva sola domuncula mulieris Rahab ; — trecenti tantum milites electi e 32.000, qui erant in exercitu Gedeonis ; — figura symbolica in Ezechiel, cap. IX, ubi jubetur Angelus *unus* signare litteram Tau super frontem virorum gementium et dolentium super abominationes quæ fiebant, et *sex* Angeli jubentur interficere reliquos omnes, incipiendo a Sanctuario ; — locus Apocalypseos C.XX, ubi non agitur nisi de *unico* libro vitæ, dum libri mortis seu reproborum sunt *plures ;* — probatica piscina, quinque porticus habens, in quibus jacebat multitudo magna languentium, expectantium aquæ motum : et ex tanta multitudine, ad descensum Angeli, salvabatur tantum *unus ; — quarta pars* seminis, quæ cadit in terram bonam ; — apud S. Paulum, comparatio electorum vasis aureis et argenteis, quæ rariora sunt ; reproborum vero, vasis ligneis et fictilibus, quæ sunt vulgata ; etc. (2) — Sed hi typi et symbola non adeo certa sunt quam illi tres loci mystici, quos exposuimus, qui ab ipso Novo Testamento sunt indicati uti tales. Hæc igitur sufficiant.

1. Ibid. 39.

2. Cf. Recupito. P. II. cap. III. — Card. Wiseman. Serm. IX : « Si nous méditons un instant sur l'histoire de la Providence de Dieu, nous ne pouvons nous empêcher de voir que c'est le petit nombre qui peut

Glorietur jam R. P. Castelein præclara scientia sua S. Scripturæ et traditionis vicisse omnia Sanctorum Patrum argumenta !

5.

Argumenta Scripturæ Sacræ et Theologiæ, dicunt adversarii, incomparabiliter evidentiora sunt in favorem majoris numeri electorum.

Post inanem suam demonstrationem, non cunctatur R. P. Castelein scribere :

« Les arguments tirés de l'Ecriture sainte et de la théologie catholique sont incomparablement plus expressifs en faveur du grand nombre des élus.

« Les textes si nombreux, si variés, si clairs que

espérer avec raison d'être admis en la compagnie des élus. — L'Esprit saint les compare,dans Isaïe, aux quelques épis que les glaneurs recueillent dans le champ, après que les moissonneurs ont passé ; — aux quelques grappes qui restent sur la vigne, après que les vendangeurs ont cueilli tout ce qui a frappé leurs yeux. Abraham seul reçoit un ordre de quitter la terre des idolâtres pour échapper à la ruine générale, et, de tout le royaume religieux de Dieu en Israël, il n'y a que sept mille hommes qui ne fléchissent point le genou devant Baal, et qui forment son peuple. — Tobie est le seul des douze tribus qui va à Jérusalem adorer Dieu. — Daniel est le seul à la cour de Babylone qui soit fidèle aux heures de la prière, quand il est dangereux de s'acquitter de ce devoir. — De tous les Satrapes, il n'y que trois jeunes gens qui refusent de tomber à genoux devant la statue dorée du roi.—L'Evangile marque qu'il y aura la même disproportion entre les véritables disciples de Jésus-Christ. Le Sauveur leur rappelle qu'il y avait beaucoup de veuves en Israël aux jours d'Elie, et, cependant, il n'y en eut qu'une seule qui fut sauvée de la famine ; aux jours d'Elisée, il y avait beaucoup de lépreux ; il n'y en eut qu'un qui fut guérie : Naaman le Syrien. » (Edit. 1866. T. II. p. 211.)

j'ai réunis, doivent dissiper *tout doute* sur ce point. » (p. 266).

Quænam est illa incomparabilis evidentia, quæ minime apparuit Divo Thomæ, ac tot aliis theologis, et quam nullus omnino Sanctorum unquam perspexit?

Et quinam demum sunt textus isti tam numerosi, tam varii, tam clari, qui luce sua omne vel minimum in nostra quæstione dubium dissipant, et quos maximi theologi non viderunt? Ut optime scribit confrater noster, R. P. Coppin: « Ils (les saints) auraient donc erré dans la pleine lumière que l'écrit du P. Castelein prétend révéler au monde ! » (1)

Quo directe probet suam doctrinam de numero salvandorum, textum Scripturæ S., vel argumentum ex theologia citat nullum. Sed textus omnes affert quibus docetur misericordia divina magna, infinita, et redemptio universalis pro omnibus hominibus ex parte Dei, quasi ostenderent fere omnes salvandos esse de facto. « Celui-ci, lui (scilicet R.P.Castelein), conclut de tous ces enseignements le très grand nombre des élus ; et l'on sent que, s'il n'était retenu par les décrets de l'Eglise, il conclurait volontiers au salut réel de tous !

« Car enfin le bon Père accable ses adversaires d'une vraie grêle de *tout,* de *tous* et de *toutes ;* il cite une multitude de textes des deux testaments, où le mot *tout* intervient, et il a soin de mettre toujours ce mot en *italiques,* afin que son évidence scripturistique et typographique crève les yeux de ses lecteurs. »(2)

1. *La question de l'Ev. Seigneur, y en aura-t-il peu de sauvés.* p. 100.
2. Coppin, l. c.

Et primum quidem occurrit apud R. P. « une doctrine aussi claire que consolante, formulée aux chapitres XI et XII du livre de la Sagesse. « Dieu, y est-il dit, a pitié de *tous* » ; « Il dissimule les péchés des hommes pour leur donner le temps du repentir » ; « Il aime *toutes* ses créatures » ; « Il épargne les hommes, parce qu'ils lui appartiennent et qu'*Il aime les âmes*. (1) » Quam doctrinam Sapientiæ adhibet tamquam lumen et ducem « pour bien expliquer les châtiments que nous objecte le rigorisme, » (p. 66) ut supra jam vidimus; deinde p. 169 eam repetit dicens : « Ne nous lassons pas d'opposer à tous les rigoristes présents et futurs ces mots si clairs. »

Sed quædam notanda sunt circa usum hujus loci apud auctorem nostrum : non nisi partem aliquam doctrinæ ibi expositæ tradit, et applicationem ejus casibus aliquibus particularibus, nempe ipsissimis punitionibus quæ a rigoristis objiciuntur, omittit.

In cap. X-XII (R. P. videtur non legisse nisi XI-XII v. 21) scriptor libri Sapientiæ ex historia demonstrat sapientiæ utilitatem : per eam enim *sanati*, i. e. salvati, *sunt quicumque placuerunt Domino a principio* (Sap. IX. 16), dum e contra *qui ab ea recesserunt injusti* et impii *deperditi sunt* (X.3). Deperditio hæc a Domino est propter istorum iniquitatem et Dominus illam operando seu puniendo eos, non eodem modo agit erga servos et filios suos ex una parte et erga inimicos servorum suorum ex alia : filiis suis *dat disciplinam* illosque corrigit, cæteros

2. XI. 24, 25, 27.

vero *multipliciter flagellat* (XII. 22) ; ultimorum tamen adhuc *misereatur quia omnia potest et dissimulat peccata hominum propter pœnitentiam* (XI. 24) *et eos qui exerrant, paribus corrigit* (XII. 2) ; sed *virtutem ostendit, quando non creditur esse in virtute consummatus, et horum, qui eum nesciunt, audaciam traducit* (17) ; *qui autem increpationibus non sunt correcti, dignum Dei judicium experiuntur,* nempe *finem condemnationis* (26-27), i. e., juxta commentarium Jansenii Gandavensis, completa et perfecta condemnatione temporaliter puniti sunt, et pœna æterna, quia in obduratione morieban-tur. (1)

Hanc doctrinam Sapiens historice, uti diximus, evolvit facta quædam referendo ex annalibus Hebræorum : verbo indicat finem condemnationis generis humani perversi per diluvium : « *cum aqua deleret terram* » (X. 4) ; breviter etiam loquitur de Sodomæ destructione, cujus habitantes vocat « *pereuntes impios* » (6), sed præsertim agit de punitione inflicta populis Chananæis (XII) de qua punitione tamen R. P. ait : « C'est ainsi (partialiter et juxta falsam interpretationem suam) qu'il nous faut envisager les châtiments infligés avec de grandes lenteurs aux peuples chananéens. » (p.76)

Quid ergo significat et valet quod ait adversarius noster : « Ces châtiments publics et collectifs, dont le récit semble si effrayant dans la Bible, n'entraînent donc pas de leur nature la perte du salut éternel. » (p. 69.) « Finis condemnationis. » (Sap. XII. 27)

1. Migne. Curs. compl. S. S. — T. XVII, col. 526.

Sed ad alias jam pergamus ex S. Scriptura citationes adversariorum, quas indicare partim sufficit :

« Commençons par l'Ancien Testament.

« Nous y découvrons tout d'abord deux témoignages à part, d'un incomparable éclat, dans *deux célèbres visions* de Dieu accordées à Moïse et à Elie, au représentant de la Loi, et au représentant de la Prophétie.

« Ces deux visions, consignées l'une au chapitre XXXIV de l'Exode, l'autre au 3me livre des Rois, chap. XIX, ont eu pour objet les attributs de Dieu, tels que Dieu a résolu de les manifester et de les glorifier parmi les hommes. » (p. 161 sqq.)

Ex prima visione, quam incomplete narrat, urget sequentia : « Seigneur Dieu... que vous êtes miséricordieux et clément, patient et abondant en pardons! Vous faites sentir votre miséricorde sur des milliers; vous effacez l'iniquité, le crime et la faute.

« Toutefois, ajoute Moïse, « vous savez punir aussi le péché, et vous châtiez le crime des pères sur les enfants et les petits-enfants jusqu'à la troisième et la quatrième génération.

« Vous le voyez, la miséricorde divine est énoncée en premier lieu et sous des termes absolus et illimités. Puis, Moïse ajoute un correctif, le correctif des châtiments divins. Mais la supériorité de la miséricorde sur la justice est marquée par la différence des nombres symboliques. »

Pauca igitur circa hanc visionem : Agitur h. l. de instauratione fœderis a Deo cum Moyse, de tradi-

tione scilicet legis in duabus novis tabulis scriptæ, prioribus tabulis confractis; verba citata a R. P. juxta textum hebraïcum et contextam orationem, non Moysis, sed Dei sunt, seipsum *fœdus cum Israelitis inientem* describentis. Ea sic exponit de Hummelauer, S. J. : « Igitur primum suam essentiam proclamat Deus tribus vocibus : « *Dominator Domine Deus* »... Dein enuntiat eam perfectionem, quæ *in hac fœderis instauratione maxime emicat : « misericors et clemens* »... ejusdem perdurantiam extollit: « *patiens* », seu verius *longanimis, « et multæ miserationis* », quæ perfectio imprimis exercetur quoad minus gratos pro miserationibus antea acceptis. Adjicitur: « *ac verax* ».. (vox hebraïca) potissimum dicit veracitatem quoad promissa, neque minus quoad minas, ergo *fidelis*..... « *Qui custodis* » — verte *custodiens* — « *misericordiam in millia* » i. e. in mille generationes; cum vero (vox hebraica) imprimis etiam *de custodiendo fœdere* edicatur, exprimitur custodia misericordiæ *promissæ*. Dein misericordia manifestatur peccati condonatione; « *qui aufers* » — *auferens* — « *iniquitatem et scelera atque peccata.* »... Sed quia illa misericordia *omnimoda fidelitate temperatur,* ideo *a justitia quoque non deficit : « nullusque apud te per se innocens est.* » Hebr.: *justificando tamen non justificabit,* i. e. non semper et sine ullo discrimine justificat et condonat, sed *etiam severe et perseveranter punit : « qui reddis » — reddens — « iniquitatem patrum filiis ac nepotibus in tertiam et quartam progeniem.* » (1)

1. Hoc loco, p. 329.

Quæ expositio non adæquate convenit nec cum translatione gallica et explicationibus P. Castelein, nec cum sensu et intentione ipsius visionis juxta eumdem : « Ces deux visions... ont pour objet les attributs de Dieu, tels que Dieu a résolu de les manifester et de les glorifier parmi les hommes. » Et infra : « C'est donc surtout de sa miséricorde que Dieu veut tirer sa gloire. » (p. 164.)

Nec in secunda visione allata clarius apparet eadem intentio. Sensum ejus sic exponit Clair : « Le Seigneur ne se trouve dans aucun de ces phénomènes, c'est-à-dire, ses justices procèdent de lui, le précèdent et rendent témoignage de lui, mais ne le font point connaître dans son essence. Au contraire, sa nature se manifeste plutôt dans la brise vivifiante qui accompagne le calme qui succède à l'orage.... Le Dieu d'Israël prouve que, dans sa puissance, il peut châtier et anéantir ses contempteurs, mais que, dans sa nature et son essence, il est la grâce et l'amour qui vivifient ; *que si son peuple a rompu le pacte de l'alliance, il le maintient fidèlement, comme il l'a promis.* » (1)

Attamen R. P. : « Qui n'admire le magnifique enseignement qui se dégage de cette double vision de Dieu ? Qui n'en saisit *la portée universelle?* »(p. 166).

Dicere omisit R. P. cum suo confratre, R. P. Bainvel in h. l. «C'est presque toujours au milieu des éclairs et des tonnerres que Jahvé se montre, et la terre tremble en sa présence. » (2)

1. In h. l. p. 345.
2. Contres. bibl. p. 69.

Confirmat suam conclusionem aliis non paucis locis V. T. similiter misericordiam Dei, quam et nos infinitam prædicamus, docentibus. Inter istos textus citat Ps. CXLIV, 9, de quo Bainvel, S. J. sic loquitur : « On ne doit pas citer ce texte pour montrer que la miséricorde est pour ainsi dire l'attribut dominant de Dieu, celui qui dépasse tous les autres. » (1) Hoc autem facit P. Castelein.

Deinde transit ad N.T. et inter multos refert :

(p. 173) — « Gaudium erit in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente. » (2) — Et nos, una cum Sanctis omnium sæculorum, comparamur Pharisæis : « Contre qui cet enseignement était-il tourné ? Contre les rigoristes de ce temps-là, les Pharisiens. » (p. 173)

— (p. 174) « Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus. Euntes autem discite quid est : Misericordiam volo et non sacrificium, non enim veni vocare justos, sed peccatores. » (3) — « Que pourrait-on rêver de plus touchant et de plus consolant que ces paroles ? » (p. 174)

— (p. 174) Parabola filii prodigi, etc. etc.

— (p. 176) Nativitas Christi, de qua dixit Angelus : « gaudium erit *omni* populo » (4) ; et Ipse Christus omnes invitat ad se dicens : « Venite ad me, *omnes*. » (5)

1. Contresens bibliq. p. 98.
2. Luc. XV, 7.
3. Matth. IX, 12, 13.
4. Luc. II, 10.
5. Matth. XI, 28.

— (p. 179) Verba S. Petri : « Non est personarum acceptor Deus, sed in *omni* gente qui timet Eum et operatur justitiam, acceptus est illi. » (1)

— (p. 180) Verba S. Pauli : « Non enim est acceptio personarum apud Deum. » (2) — « Non est gentilis et Judæus, circumcisio et præputium, Barbarus et Scytha, servus et liber, sed *omnia* et in *omnibus* Christus, » (3) — « *Omnes* enim vos *unum* estis in Christo Jesu. » (4) — « *Omnes* homines vult salvos fieri. » — « Dedit redemptionem semetipsum pro *omnibus*. » (5) — « Pro *omnibus* mortuus est Christus. (6).

— (p. 185) Verba S. Joannis : « Ipse est propitiatio pro peccatis nostris ; non pro nostris autem tantum, sed etiam pro *totius* mundi. » (7) Etc. etc.

An forsitan loca ista non probant salutem *omnium* Christianorum ?

Objiciet nobis Lector : At R. P. nil intendit his probare nisi *magnam esse Dei misericordiam,* redemptionem *ex parte Dei* esse universalem, etc. quod, ut supra dictum est, hi textus realiter probant.— Verum dicis, sed indirecte R. P. ex istis omnibus falso concludit esse majorem numerum electorum.Dico: falso; nam latius hos quam præmissæ conclusio non vult.

Deinde, nonne fucum facit R. P. lectoribus suis

1. Act. X, 35.
2. Rom. II, 11.
3. Colos. III, 11.
4. Gal. III, 28.
5. I Tim. II, 26.
6. II Cor. V, 15.
7. I Joan. II, 1.

simplicioribus, seu generaliter laicis ? Jam in proloquio sui operis doctrinam suam novam et singularem, uti eam esse fatetur, fructum vocat studii diligentissimi SS. Librorum ; initio sui capitis V : « *Derniers considérants. — Conclusions théoriques,* » verba habet initio hujus articuli relata : « Les arguments tirés de l'Ecriture sainte... sont incomparablement plus expressifs en faveur du grand nombre des élus. *Les textes si nombreux, si variés, si clairs que j'ai réunis,* doivent dissiper tout doute sur ce point. » (p. 266.) Et infra : « A tous ces textes si explicites en faveur de Jésus-Christ et des âmes sauvées par lui, vous ne pouvez opposer dans toute l'Ecriture en faveur de Satan et du mal, rien de semblable. » (p. 287.) Imo post ipsas allatas aliasque id genus citationes, venit ovans hæc exclamatio : « Comment les rigoristes soutiendraient-ils, en face de pareils textes, leur *désespérante* doctrine du petit nombre des élus ? » (p. 189). Nonne lector inde concludit auctorem allaturum esse, vel attulisse argumenta scripturistica, positiva et directa ? Nonne citatos textus ut talia argumenta considerabit ?

Denique, circa locutionem : *désespérante doctrine,* animadvertam neminem esse qui contendat spem viatorum frustrari a parte Dei; sed docemus omnes cum S. Thoma : « Quod aliqui habentes spem, deficiant a consecutione beatitudinis,contingit ex defectu liberi arbitrii, ponentis obstaculum peccati, non autem ex defectu divinæ potentiæ, vel misericordiæ, cui spes innititur. » (1).

1. 2ª 2æ q. 18. art. 4. ad 3.

Quid autem si doctrina R. P. Castelein minuat fervorem vel zelum pro salute æterna? Nonne eo ipso minuit etiam unum ex fundamentis spei, et sic fit ipsa doctrina *præsumptuosa?* Præsumptio autem contra spem peccat per excessum et sic etiam destruit spem veram.

— Addere licet textum quem D. Bougaud post Episcopum Camus citat : (1) « Nihil ergo nunc damnationis est iis qui sunt in Christo Jesu. » — Profecto ! sed pergas, quæso, et compleas textum : statim enim sequitur ; « qui non secundum carnem ambulant. » (2) Sed quomodo ambulant infideles ? Quomodo Christiani ?

Neotericis, de moderna sua interpretatione textuum Scripturæ, *olim* difficultatem salutis æternæ et paucitatem salvandorum asserentium, gloriantibus, in mentem revocare liceat sequentia Christi Vicarii monita :

In sacræ Scripturæ exegesi « habenda ratio et diligentia est, ne quid non modo *superbia* sed ne *levitate* quidem animi, *imprudentiave* peccetur. » — Ast Interpretes antiquos et probatos vocare Rigoristas, eorumque interpretationem communem respuere ut erroneam et contrariam Spiritui Christi, quid est aliud nisi « peccare *superbia, levitate* ac *imprudentia?* »

Pergit Summus Pontifex : « in primisque ne plus æquo tribuatur sententiis quibusdam *novis*, quas metuere satius est, non quia novæ sunt, sed quia plerumque *fallunt, specie quadam et simulatione veri.*

1. L. c. p. 373.
2. Rom. VIII, 1.

Adamari hac illac cœptum est, vel a quibus minime debuerat, genus interpretandi *audax* atque *immodice liberum.* » — Neoterici fatentur suam opinionem esse « *novam* » ; eam exaltare audent utpote fructum *progressus* exegeseos ; « *audaces* » sunt et « *immodice liberi;* » et sic doctrina fallax « *amatur* » et prædicatur ab iis, « *a quibus minime debuerat.* » — « Avec une belle crânerie! » (E. T. S.-J.) (1)

« Id intelligant ac serio considerent, quicumque pertractant divinos libros : iidemque meminerint, utique habere se quod in his studiis tuto sequantur, si modo audiant Ecclesiam ut debent. Nec silebimus... Præcepta vero et documenta Pontificis Maximi negligere, catholico homini licet nemini. » (2) Hæc dicta sint neotericis ! Sed quonam successu ?

Quis non obstupesceret legendo sequentia : D. Mauran fatetur sibi dictum fuisse a doctis Theologis de opere suo *Élus et sauvés :* « L'auteur explique dans le sens de sa thèse certains textes de l'Ecriture Sainte, tandis que *rien ne prouve que tel est leur véritable sens.* »

« A cela *j'ai répondu* que rien ne m'empêche d'expliquer dans *mon* sens des passages de l'Ecriture obscurs, renfermant des *sous-entendus* et dont le vrai sens n'a jamais été donné officiellement par l'Eglise. » (Préf. p. I. note de l'auteur).

Cum tali exegesi facile est majorem probare numerum electorum contra unanimem consensum sanctorum et antiquam Scripturæ S. interpretationem.

1. Lettre au « Patriote, » — 19 Mars, 1899.
2. Leo XIII. Lit. ad Minist. Gen. Ord. Fratr. Minor. 25 Nov. 1898.

Et ille Mauran serio citatur in magno opere : « *Dictionnaire de la Bible* publié par Vigouroux, art. *Élus.* » col. 1711, quasi auctoritas, statim post Knabenbauer, in favorem theseos neotericorum ! Et addit scriptor hujus articuli, Parochus Lesêtre : « Parmi les modernes, il y a tendance marquée à interprêter d'une manière plus large la sentence qui termine les deux paraboles évangéliques. »

Superabunde sufficiant hæc ut judicet Lector de Neotericorum observantia in Sanctos, in Doctores Patremque Ecclesiæ, in avitam interpretationem verbi Dei scripti. Jam cœtera eorum sophismata ad trutinam revocabimus.

Caput septimum.

Cætera Neotericorum Sophismata.

Examinata adversariorum nostrorum observantia in Patres atque in S. Scripturam, jam longam seriem futilium eorum argumentorum explodemus ; et quidem, ordinis causa, perpendemus :

I. Sophisma generale de libertate controversiæ circa salutem majoris partis humani generis.

II. Sophismata particularia relate ad honorem Dei.

III. Item relate ad fidem et Ecclesiam.

IV. Item relate ad peccatum originale ejusque vulnera.

V. Item relate ad luxuriam.

VI. Ac tandem varia sophismata quæ thesim minime probant, quia ad rem non pertinent.

§ I.

Sophisma generale.

1.

« *Opinio* majoris numeri hominum salvandorum *est liberæ discussionis in Ecclesia catholica.* »

1. — Ponderatis ergo ex una parte tum innumeris et Patrum, et Sanctorum, et Theologorum auctoritatibus ; ex altera vero perspectis inanibus sophisma-

tibus contra sententiam communem, imo unanimem Sanctorum, — si quæstionem ad trutinam regularum sanæ Theologiæ revocamus, non possumus ullo modo concedere, opinionem *de incomparabiliter majori numero electorum,* esse inter fideles catholicos plane liberam.

Graviter proinde errant, lectoresque suos in errorem ducunt R. P. Castelein aliique, contendentes doctrinam de majori numero hominum salvandorum ideo esse liberam, quia contradictoria ejus non est jam ab Ecclesia definita ; perinde ac si obligatio aliquid admittendi tantum oriretur pro fidelibus ex *decisione* magisterii infallibilis.

« L'Eglise catholique, qui progresse constamment dans l'intelligence de la doctrine révélée, laisse cette question *libre* (p. 285)

« Nous pouvons, *en toute liberté d'esprit*, adopter sur la question du nombre des élus, question au reste *librement discutée* au sein des écoles théologiques, la solution qui se réclame des puissants arguments que nous développons. (p. 190)

« L'Eglise catholique, laisse *libre* la question, objet de notre travail. (p. 283)

« La question d'autorité bien éclaircie et résolue en faveur de la *liberté* du théologien, etc. (p. 286) — « La question reste *libre*. » — (Epist. ad Ephem. *Le Patriote ; le XX*e *Siècle*, etc. etc.)

In eodem errore versatur Bougaud : « Qu'on veuille bien nous permettre d'user de la liberté qui a toujours été accordée à tous dans les questions douteuses. *In dubiis libertas*. Le jugement de l'Eglise ne

ressemble pas à celui des hommes. Elle a des intuitions de mère. » (p. 363.)

Item Mauran : « Entendons-nous bien, ce n'est pas ici une doctrine enseignée par l'Eglise... C'est une opinion *privée*, *libre*, et qu'il est permis de combattre et de repousser. » (Op. cit. p. VIII.)

Per transennam notemus sapientissimum consilium S. Ignatii qui multis Constitutionum locis decrevit, « sequendam esse doctrinam solidam et securam, atque etiam *securiorem et magis approbatam*. » Quod consilium Sanctissimus Dominus Leo XIII Patribus Societatis Jesu in mentem revocavit litteris suis *de doctrina S. Thomæ profitenda ;* eisque simul indicavit tamquam scopulum vitandum : *libidinem novarum rerum, per speciem progredientis doctrinæ.* (1)

2. — Ast operæ pretium est ut rem magis ad trutinam revocemus regularum, juxta quas Ecclesia sanam regit theologiam et doctrinam populo fideli tradendam esse censet. Quærimus ergo :

Quibus regulis inniti poterit R. P. Castelein cum suis, ut recte judicet suam doctrinam esse liberam opinionem ?

Juxta principia universaliter admissa, propositio *libera* dici postest, si

1°/ non sit de fide, neque fidei contraria ;

2°/ non sit opposita bonis moribus ;

3°/ in scholis catholicis innoxie palam tradatur a multis.

— Exempla doctrinæ liberæ sunt : variæ sententiæ

1. 30 Dec. 1892. — Acta Leonis XIII. Ed. Vatic. T. XII. p. 368.

de prædestinatione *ante* vel *post* prævisa merita ; de scientia media ; de Incarnatione *a priori* ; de modo efficacitatis gratiæ, etc. (1)

Hisce positis, contendo doctrinam paucitatis salvandorum *e toto genere humano,* nequaquam esse liberam.

Etenim *quoad 1^m^* : A/ Secundum aliquos Theologos, uti Laselve, Smising et Bosco est *de fide ;* — secundum Suarez, Estium, Gonet et multos alios est *vera, nimis quam vera* et *certa,* — nec ullus invenitur Patrum qui ei contradicat.

B./ Esto non aperte sit de fide, (quia nempe non omni evidentia constat ex revelatione divina, et sensus S. Scripturæ, licet sufficienter certus, non tamen infallibiliter talis declaratus fuit ab Ecclesia), — nonne contraria integritati fidei dici potest ea doctrina, quæ consensum Patrum et Theologorum magno discrimini, imo et despectui exponit ?

Nonne *temeraria* dicenda est propositio ea, quæ in materia theologica, aut aliquo modo cum hac connexa, arbitrarie, imprudenter, ac temere, sine rationis regula, vel contra hanc, audacter ut nova asseritur et commendatur, præcipue quia est nova ? Opinio, inquam, quæ contra se habet, ut sæpe jam dixi, communem Sanctorum, Patrum, Doctorumque doctrinam ; necnon et censuram facultatis theologicæ Sorbonnæ adversus librum Marmontel cui titulus *Bélisaire* (2) ; insuper constantem maximorum Theologorum atque Verbi divini Interpretum sententiam ;

1. Cf. Schouppe. Elem. Theol. Dogm. Tr. I. n. 159. Ed. 6. p. 50.
2. Cfr. *Bulletin de N. D. de la St Esperance-mai 1899.*

demum rationes gravissimas, quibus absque ullo auctoritatis vel rationis fundamento contradicit ? (1)

Quoad 2^m^ : Quamvis, ut doctrina speculativa, opinio adversariorum nostrorum nihil habeat directe bonis moribus oppositum, ubi tamen defendi et probari debet, id fieri nequit quin adhibeantur argumenta talia, quæ non vereor immoralia, imo scandalosa vocare. Etenim nonne de facto, et uti exponitur, contraria videtur christianis moribus, doctrina quæ

a) amorem et æstimationem erga fidem et Ecclesiam catholicam labefactat, docendo et extra Ecclesiam salutem esse facilem ?

b) ordinem supernaturalem et ordinem naturalem non apprime distinguit, loquendo quasi ad salutem æternam, in præsenti, sufficeret servare religionem naturalem ?

c) reverentiam et obsequium erga Doctores et Pastores minuit, docendo eos per tot sæcula errasse in exponenda doctrina catholica circa necessaria ad salutem ?

d) horrorem peccati minuit, nonnisi horridorum scelerum rationem habendo, peccata mortalia *ordinaria* quasi negligendo, malitiam luxuriæ præsertim extenuando ?

e) vigilantiam Christianorum in re suæ salutis minuit, minoris habendo periculum ex triplici concupiscentia oriundum, et periculum mundi et mali exempli vix non negando ?

f) fervorem fidelium minuit in operando salutem per

1. Cf. Schouppe. l. c. n^o^ 168. p. 52.

bona opera, orationem et sacramentorum frequentiam ; minimismum docendo in hac materia ?

g) et per hæc omnia demum fidelibus facile ingerit præsumptuosam securitatem ?

*Quoad 3^m^*: An opinio R. P. Castelein *in scholis catholicis* innoxie palam a *multis* traditur ? Citare poterit quidem unum alterumve Apologistam, qui agendo contra incredulos, animosque inquietos, vel religioni minime amicos, concessit *majorem minoremve numerum electorum, non esse dogma de fide catholica* credendum ; ast, qui R. Patris Castelein doctrinam docet fideles, aut eam in *scholis catholicis* tradat tironibus, non invenietur theologus ullus. Quapropter minime licet eam vocare liberam.

3. — Quo ergo tendunt verba : *L'Église laisse libre... ?*

Numquid Ecclesia libero cujusque relinquit arbitrio — et suas despicere decisiones, per SS. Congregationes manifestatas, — et violare leges quibus S. Theologia discernit doctrinas catholicas ? —

Jam vero : 1°) Exstat hic declaratio S. Congregationis Indicis, quæ piam et filialem submissionem requirit a fidelibus catholicis. (1)

En dicta Pii IX, quæ directe quadrant in hujusmodi decisiones necnon veritates theologicas.

« Si cum agatur de illa submissione, qua ex conscientia ii omnes catholici adstringuntur, qui in contemplatrices scientias incumbunt, ut novas suis scriptis Ecclesiæ offerant utilitates, idcirco ejusdem con-

1. Cf. Regulas Indicis. — Scheeben, I. p. 396.

ventus viri cognoscere debent sapientibus catholicis non satis esse, ut præfata Ecclesiæ dogmata recipiant ac venerentur, verum etiam opus esse, ut se subjiciant, tum decisionibus, quæ ad doctrinam pertinentes, a pontificiis congregationibus proferuntur, tum *iis doctrinæ capitibus, quæ communi et constanti catholicorum consensu retinentur*, ut theologicæ veritates et conclusiones ita certæ, ut opiniones eisdem doctrinæ capitibus adversæ, quamquam hereticæ dici nequeant, *tamen aliam theologicam mercantur censuram.* » (1)

2°) Exstant regulæ servandæ in Catholica theologia. Num Ecclesia liberum cuique relinquit hasce regulas violare vel observare pro libitu ?

Jam, præter Scripturam Sacram et Traditionem Patrum, quorum fontium sensus, etiam ubi non evidens est, sed sufficienter certus, nostrum cogitandi modum regulare debet;—præter Scripturam Sacram et Traditionem dico, exstat sensus catholicus, cui contradicere non fas est sine magna temeritate. En verba Cl. Doct. Scheeben : « On peut concevoir aussi, même pour le présent immédiat, une espèce de règle de foi, et même de règle vivante, fournissant une direction à l'égard des décisions juridiques. Nous voulons parler du sentiment unanime des fidèles et des docteurs, en tant qu'il est l'écho d'une prédication ecclésiastique antérieure, ou le témoignage de l'Esprit Saint agissant dans toute l'Eglise. » (2)

1. *Epist. : T.as libenter accepimus.* Ad Archiep. Monac,
2. Dogm. T. I. p. 287, n° 114.

3°) Exstant regulæ proprie theologicæ, juxta quas Ecclesia infligit censuras theologicas, et doctrinam fidelibus tradendam componi vult : « Il y a en dehors de la vérité rigoureusement catholique, une autre vérité catholique, une doctrine *ecclésiastique*, une théologie dans le sens large, qu'un vrai catholique doit accepter avec une respectueuse confiance, qu'il ne peut nier sans offusquer le sens catholique, et qui restreint encore le terrain des libres opinions. » (1)

Huc spectant dicta Melch. Cani : quod unanimis consensus omnium Sanctorum et Patrum præbet theologo certissimum argumentum ad assertiones suas confirmandas, quia talis sensus est ipse sensus Spiritus Sancti ; — vel ut ait Duplessis d'Argentré — est sensus Apostolorum. — Unanimem autem consensum Patrum, in favorem nostræ sententiæ existere, testatur Estius, dicens: «Nec omnino quisquam Patrum invenitur, qui diversum scripserit. » (2)

Ut merito scribit D. Vacant : « Il y a *obligation* de respecter, ou même d'admettre, sous peine de *témérité*, un enseignement des saints Pères ou des théologiens, qui se rapproche sensiblement de l'accord unanime. » (3)

Falso ergo clamitat R. P. quæstionem de majori minorive numero hominum salvandorum esse quid liberæ discutionis in Ecclesia Dei.

---

1. Ibid. p. 295 nº 127.

2. Vide supra, pag. 79.

3. Vacant, Prof. au gr. sém. de Nancy. — Etude sur le Magistère ordinaire de l'Eglise. — Science cathol.-1886-87 ; p. 425.

§ II.

Sophismata particularia relate ad honorem Dei.

2.

« *Doctrina paucitatis salvandorum nequit conciliari cum doctrina de universalitate Redemptionis.* »

« La théorie du petit nombre des élus est inconciliable avec la doctrine de la Rédemption, étudiée dans ses causes divines, ses caractères surnaturels et sa portée universelle. » (301)

Nullus ergo Patrum, Sanctorum, Doctorum Ecclesiæ nullus, neque Augustinus, neque Thomas, neque Anselmus, neque Alphonsus hucusque intellexit doctrinam fundamentalem totius Religionis christianæ ! Ignoraverunt Redemptionis causas, characteres supernaturales, extensionemque universalem.

O felix sæculum nostrum, quod nos tandem tanta ignorantia liberaverit !

Et quare gratis hoc asserit R. P. Castelein? Nullum affert argumentum, nullam auctoritatem.

An Redemptio deberet nolentes cogere cœlum intrare et invitos compellere ad servanda Dei mandata ? An talem deberet habere efficaciam gratia Redemptionis ut destruat liberum hominis arbitrium ?

Insuper aliud datur argumentum. Sententia inter Theologos communis est, Traditioni et Scripturæ consentanea, Christum etiam pro parvulis absque baptismo decedentibus, pretium Redemptionis

obtulisse. An Redemptio ideo minus universalis dici potest, quia parvuli illi, de facto, fructum ejus non percipiunt ? Minime rerum ! Ita nec obstat universalitati Redemptionis, quod secundum sententiam inter theologos communem et Traditioni Scripturæque consentaneam, maxima pars hominum, imo catholicorum damnetur.

D. Mauran, qui ad augendum numerum electorum recurrit ad salutem æternam habitantium sidera, ita argumentum de universalitate Redemptionis, modo, si non omnino theologico, saltem pathetico exponit :

« Le Sauveur ne cesse de dire qu'il est le Fils de l'**homme**. Ainsi que nos voisins inconnus des sphères planétaires ne prétendent point nous ravir ce qui est à nous, notre bien, notre **don**, notre Jésus crucifié...

« Quel avantage a-t-on de se représenter la Rédemption comme un sauvetage qui a échoué ? L'humanité ayant pour fin dernière le sort de Sodome et de Gomorrhe ?

« Cette terre, consacrée par la vie humaine d'un Dieu, unie à lui par la chair, arrosée de son sang, un sang d'un prix infini, et puis.... finissant son histoire par la damnation et le désespoir suprême !

« Et pendant que cette grande catastrophe se consommerait, les autres mondes s'en iraient à leurs joies éternelles ?

« Quelle ironie ! » (p. 159.)

Numquid non ironia faceta est serio talia proponere argumenta ?

3.

« *Si numerus hominum salvandorum non superat numerum damnandorum, tunc non Christus de dæmone, sed dæmon de Redemptore triumpharet.* »

1. — « Le Christ doit remporter sur Satan un triomphe éclatant... et il ne parviendrait pas à conquérir la moitié des âmes que Satan a enlevées au Père céleste !

« Mais alors la conquête de Satan serait, dans son ordre, plus belle que celle de son vainqueur !

« Si le Christ ne sauve pas effectivement la grande majorité des âmes... *je ne saurais comprendre* que son triomphe soit digne de lui. » (p. 189)

« Il n'aboutirait pas dans ses efforts persévérants pour sauver les âmes qu'il a créées, à en sauver la moitié. Est-ce vraisemblable ?

« Encore une fois, ne serait-ce pas Satan qui serait le vainqueur et le conquérant ?

« Arrière cette affreuse image et cette odieuse hypothèse. (p. 190)

«... *Je* ne saurais le croire. *Je* suis persuadé, tout au contraire, que le Christ emportera entre ses bras sanglants au trône de son Père incomparablement plus d'âmes qu'il ne s'en laissera ravir. Ce n'est pas seulement l'amour du Christ pour l'homme, mais son honneur qui l'exige. » (p. 267)

« La conquête de Jésus-Christ l'emportera *dans toute l'humanité de beaucoup* sur la conquête de Satan *Je* suis même intimement convaincu que le Christ

saura pour la gloire de sa miséricorde et de ses mérites tirer *de tout peuple* et de *tout milieu humain*, plus d'élus qu'il n'y laissera de réprouvés. » (p. 301)

Idem argumentum ita proponitur a Bougaud : « Dieu ne peut pas être vaincu sur toute la ligne... Il faut que la bataille soit gagnée. Dieu ne peut pas clore la création sur une défaite universelle! Autrement, je le répète, à quoi bon avoir commencé la création ? Pourquoi avoir livré la bataille ? Les mesures n'ont donc pas été bien prises ! Le plan a donc été mal conçu ! Les soldats étaient donc bien mal équipés, les grâces bien insuffisantes. L'immense et magnifique création n'a été en somme qu'une immense déroute, une immense et magnifique victoire du mal sur le bien, de Satan sur Dieu ! *Pour moi*, je ne le crois pas. Oh ! non ; *je ne le comprendrais pas*. J'y verrais compromises la sagesse, la puissance, la bonté de Dieu.

« Il *me* semblerait, » etc. etc. etc. (364)

Et D. Mauran : « Si la majorité des âmes devait appartenir éternellement au démon dans l'enfer, au grand ennemi de Dieu, où donc serait la victoire de Jésus-Christ ?

« Depuis quand un roi qui perd sur le champ de bataille les trois quarts de ses soldats et de son royaume peut-il se dire victorieux ? » (1)

Argumentum istud, quod neoterici tanti faciunt, in hæretico libello : *De amplitudine beati regni Dei*, apud Gravinam laudato, palmare habetur, et ab in-

1. Op. cit. p. 19.

credulis haud semel objicitur contra Dei Providentiam, uti statim videbimus.

2. — Porro, absurdum est argumentum.

Loquuntur enim citati auctores, de Christo et de Lucifero, quasi hi essent duo dii æquales, fere uti in errore Manichæorum admittebantur duo principia suprema, æqualia : alterum bonum, malum alterum.

« Si Christus non superat Luciferum, superabitur ipse ab adversario suo ! » — Scio quidem Sanctum Ignatium in meditatione sua de *Duobus vexillis*, comparare Satanam duci bellico : sed nullam ei æqualitatem tribuit cum Filio Dei.

Respondeo proinde :

1° Semper et in omni casu Christus vicit, vincit et semper vincet diabolum. Oportet eum regnare in æternum et ultra ; inimici ejus sunt scabellum pedum ejus.Ergo etiam asseclæ Luciferi sunt subjecti Christo triumphanti, una cum duce eorum et angelis ejus.

Judiciose scripsit olim Bergier : « Le prétendu triomphe que Bayle attribue au démon sur Jésus-Christ au jour du jugement dernier, en conséquence du grand nombre des damnés, est *absurde à tous égards*.

« a/ — Il suppose que le démon a autant de part à la réprobation des méchants, que Jésus-Christ en a au salut éternel des saints ; que les premiers sont perdus, parce que le démon a été le plus fort, et Jésus-Christ le plus faible; c'est un trait de démence et d'impiété. Ils sont damnés, non par la malice du démon, mais par leur propre malice, puisque Dieu

n'a pas permis au démon de les tenter au-dessus de leurs forces, et qu'avec les secours de la grâce, il n'a tenu qu'à eux de vaincre l'ennemi de leur salut.

« b/ — Une autre *absurdité* est d'envisager le sort des bons et des méchants comme un combat entre Jésus-Christ et le démon, dans lequel Jésus-Christ fait tout ce qu'il peut pour sauver une âme, sans en venir à bout, comme si le salut était l'ouvrage de la seule puissance du Sauveur, sans la coopération libre de l'homme. Le démon a-t-il donc plus de pouvoir qu'il ne plaît à Dieu de lui en accorder ?

« c/ — Il suppose que par la perte d'une âme Jésus-Christ perd quelque chose de son bonheur ou de sa gloire ; qu'il en a du regret, comme le démon a du dépit lorsqu'il n'a pas réussi à pervertir un juste; que Jésus est trompé dans ses mesures, comme Satan est confondu dans ses projets ; parallèle insensé ! Jésus-Christ, en tant que Dieu, a su de toute éternité quel serait le nombre des élus et celui des réprouvés ; quand le genre humain tout entier périrait, le Sauveur n'y perdrait rien pour lui-même, et le démon n'en serait pas moins malheureux pour l'éternité.

« La victoire de Jésus-Christ sur le démon, n'a donc pas dû consister en ce qu'aucun homme ne puisse se damner par sa faute ; alors la vertu ne serait d'aucun mérite, et le salut ne serait plus une récompense. Mais elle consiste en ce que le genre humain, banni entièrement du ciel par le péché d'Adam, a recouvré, par la rédemption, le pouvoir d'y rentrer ; et que chaque particulier reçoit, par les mérites de

Jésus-Christ, toutes les grâces dont il a besoin pour se sauver, de manière qu'il est inexcusable lorsqu'il se damne. » (1)

Respondeo 2°, Justitia est attributum divinum æque ac misericordia ; utrumque est glorificandum. Dum Beati in cœlo Deum misericordem glorificant per infinita sæcula, damnati glorificabunt, quamvis inviti, justitiam infinitam Dei, ut in nomine Jesu omne genu flectatur cœlestium et infernorum. Gloria Dei nullatenus minui potest per damnatorum majorem numerum.

Sapienter hanc veritatem exponit pius et doctus Lessius, S. J. :

« Deus permisit infinitam hominum multitudinem ruere in æternum exitium. Etsi enim esset præscius tanti mali secuturi, si justitiam originalem et providentiam illam primam subtraheret ; nihilominus non curavit, quasi in vindicando illo peccato tantam cladem parvi fecerit. Sicut cum princeps alicujus potentis inobedientiam vindicaturus, nihil de pœna vult remittere, etiamsi videat inde *totius regni secuturam* vastitatem et maximam partem internecione delendam. » (2) — Et Deum ipsum ita alloquirur :

« Rursum eamdem (justitiam) ostendisti ; quando totum genus humanum propter peccatum primorum parentum justitia originali et primi status felicitate spoliasti, ac innumeris miseriis simul et morti addixisti. Ex qua pœna jam ante *providebas fore ut infinita*

1. Bergier : Dictionnaire de Théologie. Art. *Élu*.

2. *De perfect. moribusque divinis.* — De justitia et ira Dei. Cap. V. — De secundo opere just. div. 4°.

hominum multitudo damnaretur et *vix centesimus* quisque salutem obtineret. » (1)

Audiamus et clarissimum Monsabré. « Prétendrez-vous, Messieurs, que le nombre des élus, si grand qu'il soit, est inférieur à celui des réprouvés ? Qu'importe ! Vous n'avez plus le droit d'accuser le gouvernement de Dieu d'avoir échoué dans son action providentielle. Dieu a voulu le salut de tous ; à tous il a offert ses secours et ses grâces : il n'y a de damnés que ceux qui n'ont pas voulu se laisser sauver. A chaque plainte des victimes de son éternelle justice, Dieu peut répondre : Tu t'es perdu toi-même : *perditio tua ex te*. Non, le malheur des réprouvés ne le déshonore pas, non plus que le supplice des scélérats ne déshonore un grand roi. N'ayant pas obtenu le triomphe de sa miséricorde sur ces rebelles, il est assuré du triomphe de sa justice, et peut dire avec l'auguste majesté du plus grand, du plus sage, du meilleur des maîtres : la gloire de mon gouvernement est d'être bon et miséricordieux pour ceux qui se soumettent à ma volonté sainte, et de combattre éternellement les superbes : *parcere subjectis et debellare superbos*. » (2)

4. — Respondeo 3°, cum D. Paquet: « Non numerandum sed ponderandum est bonum quod fit, præsertim bonum gratiæ », — item et gloriæ. Sic immaculata Deipara, ipsa sola, plus glorificat adorandam Trinitatem, quam fecissent damnati omnes si inter

1. De just. et ira Dei, cap. 31. Recoll. præc. de justitia.
2. Confér. de N.-D., 1889 : *Le nombre des élus*. p. 266.

electos fuissent. Idem docet B. Clemens Hofbauer. (1)

Et laudatus Monsabré hanc responsionem optime illustrat. « Si nombreux qu'ils soient, ces superbes, ils ne peuvent tenir en échec l'immense armée des élus. Une seule âme sauvée est un chef-d'œuvre auquel concourent toutes les perfections divines, de concert avec la liberté humaine ; une seule créature glorifiée et admise à la vision béatifique est une merveille de beauté, plus étonnante et plus ravissante que toutes les merveilles réunies de la terre et des cieux. Et l'on voudrait déshonorer celui qui l'a produite, en lui reprochant la quantité numérique des misérables qui se sont déformés eux-mêmes, par l'abus des dons divins et de leur liberté ? Autant voudrait dire qu'il n'y a plus de génie dans l'humanité, parce que les chefs-œuvre sont moins nombreux que les œuvres avortées, dont la maladroite ambition des esprits médiocres inonde le monde. Ici, Messieurs, il ne s'agit pas de compter, mais de peser : *non numeranda, sed ponderanda*. Un seul élu pèse plus dans la balance de la gloire divine que l'enfer tout entier. »

5. — Refutato jam argumento adversariorum, hujus occasionem nanciscimur animadversionis faciendæ circa modum quo ratiocinantur neoterici. Etenim sæpissime in hac discussione invenitur, loco argumenti solidi, hæc locutio : « Ego non intelligo » ; —

1. N'y eut-il qu'un seul homme qui profitât des mérites du Sauveur, le démon en sécherait de dépit pendant toute l'éternité. » *Vie*, par Haringer. Ed. Tournai 1887. pag. 212.

et conclusio videtur esse : « Quia non intelligo, non potest esse ; ergo non est. » —

Recolat lector loca initio hujus numeri citata.

Quid dicemus ad talia et tanta argumenta ? Multa sunt quæ, quamquam non intelligamus, credere tamen oportet. Increduli etiam relate ad mysteria ita ratiocinantur : « Transmissionem peccati Adæ, vel damnationem æternam propter delectationem libidinosam brevissimo momento durantem, non intelligo, ideoque illa non credo. Ergo non existunt. »

6. — Modernis istis *Benignistis* dictum sit quod olim de *misericordibus* sui temporis scripsit S. Augustinus : « Quæ sententia, si propterea bona et vera, quia misericors est, tanto erit melior et verior, quanto misericordior fuerit. Extendatur ergo ac profundatur fons hujus misericordiæ usque ad damnatos angelos, saltem post multa atque prolixa quantumlibet sæcula liberandos. Cur usque ad universam naturam manat humanam, et cum ad angelicam ventum fuerit mox arescit ? Non audent tamen se ulterius miserando porrigere, et ad liberationem ipsius quoque diaboli pervenire. Verum si aliquis audet, vincit nempe istos, et tamen *tanto* invenitur errare difformius, et *contra recta Dei verba* perversius, *quanto* sibi *videtur* sentire clementius. » (1)

Et revera, ut scribit de adversariis nostris D. Emmanuel : « Tous leurs raisonnements se réduisent à ceci : Dieu sauve la plus grande partie des hommes parce que cela *paraît* convenable à *ma* raison. » (2)

1. *De civit. Dei.* Lib. 21. cap. 17. — Migne. Pat. Lat. T. XLI. col. 732.
2. *Bulletin de N. D. de la S. Esp.* — Oct. 1898. p. 151.

Quare S. Augustinus, S. Thomas, centumque alii doctissimi inter sanctos non idem cum neotericis nostris tenuerunt ? Quia humiliter rationem suam submiserunt revelationi divinæ et traditioni :

Arcta via... pauci sunt qui inveniunt eam.

Liceat respondere neotericis id quod Fleury dicenti : « Nous croyons qu'on peut appeler du Pape au Concile », respondit De Maistre : « Voilà d'abord un *Nous* dont l'Eglise catholique doit très peu s'embarrasser... Fleury réfuté par Mosheim et Bossuet, sur le point d'être remis dans la droite route par les Centuriateurs de Magdebourg, voilà où l'on est conduit par l'envie de dire : *Nous*. Ce pronom est terrible en théologie. »

4.

« *Quia major est numerus Angelorum beatorum, deo a pari, major quoque esse debet numerus hominum salvandorum.* »

« Cherchons une nouvelle lumière pour éclairer la solution de notre problème dans un argument d'analogie tiré de la nature angélique.... (p. 272)

« Comme le grand Suarez en considérant les seules lois de la création, a conclu que dans la nature angélique la bénédiction l'emporterait de loin sur la malédiction, *nous, en considérant* ces mêmes lois, » etc.... (p. 273)

Respondeat, non quidem Suaresio, qui numquam hanc ineptam deduxit conclusionem, sed R. P. Castelein, iterum ipse Doctor Angelicus.

Sibi objicit : « Videtur quod plures peccaverunt de Angelis, quam permanserunt ; quia ut dicit Philos. *Malum est ut in pluribus, bonum ut in paucioribus.* » — Respondet : « Dicendum quod philosophus loquitur quantum ad homines in quibus malum contigit ex hoc, quod sequuntur bona sensibilia, quæ sunt pluribus nota, deserto bono rationis, quod paucioribus notum est ; in Angelis autem non est nisi natura intellectualis : unde *non est similis ratio.* » (1)

Insuper propter aliam adhuc rationem rejicit illud *argument d'analogie tiré de la nature angélique.* — Etenim : « Angelus, qui est superior ordine naturæ quam homo, consecutus est beatitudinem ex ordine divinæ sapientiæ *uno motu* operationis meritoriæ. Homines autem consequuntur ipsam multis motibus operationum. » (2) — Unde etiam ex hoc capite non est similis ratio.

5.

« *Doctores, qui majorem numerum Angelorum beatorum admittunt, citare etiam licet in favorem opinionis quæ tenet majorem partem hominum salvari, etiamsi expresse contrarium dicant ; etenim male intellexerunt S. Scripturam.* »

« Si les ombres du texte « pauci electi », alors mal compris par suite d'une exégèse encore imparfaite, n'avaient obscurci le regard de ces illustres

1. Summa, 1a Q. 63. a. 9. ad 1m.
2. Ibid 1. 2. Q. 5. a. 7. in corp.

docteurs (S. Thomas et Suarez), *nul doute* qu'ils n'eussent raisonné sur le salut final de la nature humaine, comme ils l'ont fait sur celui de la nature angélique. Je puis donc m'abriter derrière leur autorité. (p. 273.) »

Quanta philosophia! S. Thomas et Suarez expresse docent, uti supra vidimus, majorem partem hominum damnari, sed nequaquam ut unicum fundamentum opinionis suæ assumunt textum, cujus sensum genuinum neoterici post novemdecim sæcula arbitrantur se tandem invenisse.

6.

Ad majorem Dei gloriam vel error in præsenti materia prævaleat doctrinæ desperabundæ de paucitate salvandorum. »

« Je me rassure par la conviction intime que ces idées sont vraies et justes. Elles sont le fruit d'une étude approfondie de l'Ecriture Sainte et des enseignements de nos plus grands théologiens, (p. X.) Doctrine comprise selon les saines traditions de la théologie catholique (355). — Aux théologiens trop étroits ou trop timides pour penser comme nous, nous *pouvons* opposer les grands docteurs de l'école (114.) » Profecto hæc encomia, a P. Castelein doctrinæ suæ tributa, bonam ejus ostendunt fidem.

Sed quid dicam de neotericis istis qui, dum aperte agnoscunt labilem esse suam doctrinam, imo probabiliter erroneam, eam tamen doctrinæ communi et certæ anteponunt ?

Ita scribit Bougaud :

« Il y a sans doute ici une part *conjecturale considérable.* Le P. Faber ne le nie pas. Mais, dit-il, *si nous parlons de choses que nous ne savons pas,* il doit nous être permis d'opposer ces considérations à ceux qui nous donnent sur Dieu des pensées dures et insupportables à *notre* faiblesse. Ce ne sont *pas* des *doctrines,* ce ne sont pas des certitudes ; ce sont des inductions, des *espérances,* des théories. » (1)

— Ipsissimus Faber confitetur. « Ce sont là de *mauvais arguments,* si on les examine séparément. » (2)

— Palmam autem meretur D. Mauran :

« Je vais dire une chose impossible.

« Je m'imagine que si Dieu avait consulté ses élus, *avant de les créer,* ceux-ci, se voyant si peu nombreux, auraient fait le sacrifice de leur bonheur éternel, pour éviter à leurs frères, à la grande foule humaine, les tourments de l'enfer.

« Que le lecteur indulgent me pardonne cette boutade. Ces quelques mots suffisent pour *montrer,* » etc. (3)

Sed tantus est amor adversariorum nostrorum erga opinionem suam personalem, ut eam arbitrentur bonam et utilem, etiamsi esset falsa ! « *Et quand même nous serions dans l'erreur,* nous aimerions mieux

1. Op. cit. p. 382.

2. *Progrès de l'âme.* Trad. De Bernhardh. 2e éd. Paris 1883. p. 403.

3. Op. cit. p. 150. — Cum non minore levitate scribit Gay : « En tous cas nous *ne savons rien* de ceci (du petit nombre des élus,) et *c'est à tort* qu'en cette grave question on fait appel à l'Evangile... On ne voit dans l'Evangile rien de clair ni de certain sur cette question. » (*Serm. de charité.* Instr. pour les pers. du monde. Edit. Paris. 1892 pag. 385.,.)

avoir cherché à inspirer sur Dieu des pensées qui le fassent plus honorer parmi les hommes, et nous portent à l'aimer davantage. » (1)

Et D. Mauran : « Et pourtant qui sait ! Cette thèse n'est-elle pas un sophisme et notre espoir une illusion ? Ne sommes-nous pas dans l'erreur ? Eh bien, quoi qu'il en soit, nous croyons qu'*il vaut mieux se tromper* en versant dans les âmes la consolation et l'espérance que la peur et le désespoir. » (2)

Ad hæc sit responsio triplex.

1. Optima quidem, sed frustranea intentio! Etenim hujus doctrinæ, quæ Deum exhibet, non solum bonum et misericordem, sed sui honoris et juris adeo obliviosum, ut gratiæ et gloriæ margaritas jaciat ante porcos, ut et eorum permittat sperare et affirmare salutem, qui a sola via veritatis aberrant, vel qui totam vitam degunt luxuriose, quis possit esse effectus bonus ? Nonne quisque illico concludet : ergo media salutis, frequentia Sacramentorum, fuga occasionis peccati, odium mundi, macerationes corporales, observantia ac preces, a Patribus et Ecclesia nimium commendantur. Ad quid tot et tanta onera ? Sine his sanctificabimur ! Deus *tam facile condonat peccatum luxuriæ*. « Venite ergo et fruamur bonis quæ sunt, et utamur creatura tamquam in juventute celeriter... Nullum pratum sit quod non pertranseat luxuria nostra. Nemo nostrum exsors sit luxuriæ

1. Bougaud. op. cit. p. 382. — Faber : *Le Créateur et la créat.* p. 315.
2. Op. cit. p. 225.

nostræ : ubique relinquamus signa lætitiæ : quoniam hæc est pars nostra et hæc est sors. » (1)

In valde egregio opere : *La question de l'Evangile, etc...* : *Nos conclusions*, P. Coppin, uti jam vidimus, excellenter demonstrat horum P. Castelein perniciosum esse. — 1. « Son premier fruit naturel et nécessaire sera d'affaiblir dans une foule d'esprits le respect et la soumission à l'égard des prédicateurs et des écrivains pieux, passés, présents et futurs. 2. Un second funeste effet sera d'affaiblir en bien des âmes l'horreur du péché. 3. Funeste il l'est encore parce qu'il rabaisse l'idée vraie de la vie chrétienne. 4. Parce qu'il raffermira et accroîtra l'esprit mondain dans les âmes. 5. Parce qu'il amoindrit l'idée de l'Eglise Catholique, et diminue l'estime que nous devons avoir de la faveur de lui appartenir par la vraie foi. » (2)Singula lucuienter et eloquenter exponit auctor ; longiora sunt quam ut hic referantur, sed ea lectori enixe commendamus.

Porro, numquid poterit quisquam negare hæc satis logice deduci ? Et si minus logica foret illatio, numquid poterit saltem negare eam *de facto,* quam facilime a plerisque deductum iri ? Quanta pernicies inde sequi nata sit, vel cæco palam est.

Volunt neoterici amorem Dei inter populum propagare. Sed quis est ille amor qui consistere potest cum spiritu hujus mundi vani, superbi et sensualis ? qui non horret nisi peccata monstruosa et obstinate

1. Sap. II. 6-9.
2. Coppin. p. 308 et seq. — Vide etiam hic supra. pag. 15.

volita ? Quomodo ea quæ minuunt horrorem peccati, possunt augere amorem Dei ?

Volunt spem fidelium erigere ; sed præsumptionem pariunt. « Quel appointles âmes inclinées à la funeste présomption ne trouveront-elles pas dans le livre du R. P. Castelein, dans ses enquêtes bénignes sur les quartiers moyens de Bruxelles, dans ses considérants sur les péchés de faiblesse, dans son refrain perpétuel de la prépondérance de la grâce, dans ses voies secrètes, ses apparitions de Notre-Seigneur aux âmes qui franchissent le seuil de l'éternité pour les conquérir d'un coup de main victorieux, dans les multitudes innombrables de gens qu'il met en paradis sans qu'ils aient jamais rien fait pour le mériter ? » (1)

Jamvero, « ex fructibus eorum cognoscetis eos ! » Numquid hæc doctrina, quæ nata est multis fieri lapis offensionis, quod certo certius est et jam experientia constat, numquid, inquam, poterit dici *scandalo vacare ?*

2. Gratuito prorsus et insolenter asseritur Doctrinam Sanctorum Patrum impedire ab amore Dei et a spe christiana. Hæc est gravis accusatio adversus omnes doctores catholicos qui hanc doctrinam tenent et prædicant, et adversus ecclesiasticam auctoritatem quæ hujusmodi doctrinam toleravit hucusque : nam a spe et amore Dei arcere, salutem æternam impedire est, quod oppositum est fini Ecclesiæ. Sed hæc accusatio nonnisi temeritatem ejus auctorum prodit. Sancti semper prædicarunt amorem Dei verum, qui

1. Coppin. L. c. p. 330.

ab omni peccato horret et ab ejusdem periculo, et ideo multam renuntiationem postulat et jugem conatum adversus triplicem concupiscentiam : vulgus hanc renuntiationem non curat, et propterea amor Dei non vulgatur. Scimus neotericos hanc renuntiationem facilem reddere, eam attenuando ; sed eo ipso hæc renuntiatio non ea est quæ requiritur in Evangelio, et sine qua amor Dei verus existere nequit. Sancti semper prædicarunt spem christianam, Dei promissionibus et misericordiæ innixam : sed præsumptionem et temeritatem oppugnarunt. Num prædicarunt umquam media necessaria salutis deesse facienti quod est in se ? Si quis ergo umquam desparationi sese dedit, num ex bene intellecta doctrina Sanctorum hujus peccati causam aut occasionem desumpsit ?

3. « Et quand même nous serions dans l'erreur ! » — Non licet populo prædicare errorem, etiamsi inde per accidens oriretur bonum ; non sunt enim facienda mala ut eveniant bona. — « *Veritas* liberabit vos, » — non error, qui, quantumvis *nobis* videatur dulcis atque proficuus, semper est deceptio nociva.

O, quanto melius et secundum mentem divini Salvatoris animarum, scripsit zelans apostolus Italiæ, magnus P. Segneri, S. J. !

« Si ex ista medicorum generatione essem, qui malunt infirmum mortuum videre quam mœrore affectum, sermonem hic abrumperem : scio enim quam amare sapient nonnullis ea, quæ locuturus sum, verba. Sed cui tacere prodesset ! Si tacerem, opus præstarem dæmonio qui, teste Eusebio, immit-

tit securitatem, ut immittat perditionem. Attendendum igitur est. Sanctos a Deo in Ecclesia positos fuisse Doctores, ut viam paradisi nobis indigitarent. Sancta Constantini mater Helena, ut peregrinantes a Constantinopoli in Jerusalem a recta via non aberrarent, turres excelsas ædificare curavit, quibus superaccensus ignis noctu securum iter demonstraret. Ita quoque egit Dominus in sua Ecclesia. Interdum animas robustas, turrium instar, suscitavit, quas et luce illustravit splendidiore, ut quasi faculæ illis præfulgere possent viatoribus, qui sanctam paradisi civitatem petere contendunt. Quod ergo uno ore nos docent sancti Doctores, id amplecti debemus tamquam veritatem, ad cujus normam progrediendum est in tam perculosa peregrinatione ab uno ad alterum mundum. Sancti autem isti Doctores communi consilio existimant *plures esse christianos qui amittunt quam qui consequuntur paradisum*. Si ergo cum prudentia in tanto itinere incedere volumus et non errare, secundum istam opinionem vitam nostram instituamus oportet. » (1)

§ III.

Sophismata relate ad Fidem et Ecclesiam.

Ne miretur benevolus Lector tot tantaque sophismata in hac materia proferri ab auctore cœteroquin pio et docto, ante oculos semper retineat scopum

1. *Il Cristiano instruito*. Part. I. Ragion. 5. n. 3. Edit. Milan. 1854. T. III. p. 51.

quem sibi proposuit R. P. Castelein. Nequaquam voluit per elucubrationem suam animas ad pœnitentiam, ad viam arctam, ad timorem Dei, ad fugam mundi occasionumque, ad orationem, ad frequentiam Sacramentorum revocare ; voluit ergo dicere : « Cavete a prædicatoribus rigoristis, terroristis, a specie Jansenistarum. »

Ideo, velit hæc tria animadvertere Lector :

1° Scribit, sine motivo, sine ulla orta controversia, (1) de materia valde abstracta, lingua vernacula, in periodico laicali, ad laicos : ut fidem eorum componat cum ratione !

2. Quoad catholicos, contendit maximam partem eorum salvari, etiamsi male vixerunt.

3° Quoad acatholicos, nimis extendit animam Ecclesiæ, ita ut paganos, Mahumetanos, Judæosque in cœlum per bonam fidem introducat.

Salubrius secutus esset monitum istud sancti Patris sui Ignatii : « Accidit etiam non raro, ut ex immodica fidei prædicatione et laude, adjecta distinctione aut explicatione nulla, ansam arripiat populus, torpescendi circa bona quælibet opera, quæ fidem præeunt aut sequuntur charitatis nexu efformatam. » (2)

1. « Qu'on le remarque, c'est sans aucune raison que le P. Castelein a écrit son livre. » (Coppin. p. 311.)

2. Exerc. spirit — Regula XVI ad sent. cum Eccles. Edit. Antverp. 1635. p. 142.

7.

« *Nostra ætate oportet fidem componere cum postulatis rationis naturalis et cum necessitatibus cordis.* »

« Nous nous proposons de traiter dans la *Revue Générale* certaines questions religieuses, sur lesquelles les laïques, même les plus instruits ne possèdent généralement que des idées confuses et incomplètes, alors qu'il leur faudrait sur ces points des notions nettes, précises et beaucoup plus complètes, pour mettre en harmonie leur foi et les exigences de leur raison. *Ces exigences de la raison* doivent être satisfaites. Plus l'esprit est cultivé, plus la foi doit être éclairée. La foi du charbonnier n'est louable que dans le charbonnier. Elle ne doit pas être l'idéal des classes instruites. » (1)

Et ut componat fidem cum ratione naturali lectorum suorum, et cum exigentiis cordis eorum « et les besoins de leur cœur, » (p. 9.) obtrudit eis R.P.Castelein doctrinam singularem, apud Sanctos et Patres inauditam, eamque fulcire conatur innumeris sophismatibus. (2)

1. Revue générale. — 1898 T. I *Le Rig. et la quest. des élus.* — p. 40.

2. Ita et alii neoterici sæculum nostrum adulantur cum detrimento sanæ doctrinæ. « J'entreprends d'écrire une nouvelle exposition du Christianisme, au point de vue des temps présents, » — scribit Bougaud. « Nul âge peut-être n'a reçu de plus grands dons... Ce siècle grand dans son génie, noble dans ses espérances, » etc. (*Le christian et les temps prés.* Introd). — Et D. Mauran : « Notre siècle... a ses qualités, je dirai même ses vertus. Un sentiment et un amour plus vrais du bien, du bonheur de tous et une notion plus juste de l'Eternelle Justice s'empare de l'humanité... Le programme de la faculté de Théologie pour 1895 prouve *l'opportunité* de notre travail, » etc. (*Elus et sauvés.* Préf. p. X et XI.)

1.— Profecto R. P. Castelein non est Rationalista; scopus ejus non est minuere vel attenuare fidem, aut eam subjugare rationi naturali. Cum optima intentione, ad lucrandas animas Christo, — præsertim eas quas vocat « des classes instruites, des laïcs éclairés, » — vult ostendere doctrinam terribilem de paucitate salvandorum non amplius posse sustineri nostra ætate, propter progressum scientiæ; et revera relictam esse a recentioribus Ecclesiæ Doctoribus et ab optimis S. Scripturæ interpretibus modernis.

Itaque, quamvis inscius, videtur velle fidem componere cum postulatis rationis doctorum laicorum et cum necessitudine cordis eorum.

Equidem non solus sum qui ita scopum docti Patris Jesuitæ intellexerim.

Mense aprili præterito in meo sensu scripsit D. Emmanuel, Abbas Olivetanus, de libro Patris Castelein :

« Le langage du P. Jésuite *n'est pas sans rapport* avec les expressions du *Bélisaire* de Marmontel : « Dieu, dit le Philosophe déiste du XVIII^e^ siècle, nous a donné deux guides qui doivent être d'accord ensemble : la lumière de la foi et celle du sentiment. Ce qu'un sentiment naturel et irrésistible nous assure, la foi ne peut le désavouer... C'est la même voix qui se fait entendre du haut du ciel et du fond de mon âme. Il n'est pas possible qu'elle se démente ; et si d'un côté je l'entends me dire que l'homme juste et bienfaisant est cher à la Divinité, de l'autre elle ne

me dit pas qu'il est l'objet de ses vengeances.... *Est-il besoin qu'il y ait tant de réprouvés ?...* » (1)

Caveamus a tendentia neoterica, quæ vult fidem cum ratione componere et quam egregie ita describit P. Tournebize, S.J. : « C'est d'abord au *nom du Progrès* qu'on adjure l'Eglise de modifier son enseignement sur les châtiments d'outre-tombe. On lui dit : Tout évolue dans l'univers ; il y a des transformations incessantes à tous les degrés de la nature. Comment donc le dogme religieux demeurerait-il immobile ? — Il y a plus : la nature de Dieu comme celle de l'esprit humain exige cette évolution ; aussi l'enseignement sur la nature des tourments de l'enfer, qui était docilement accepté au moyen âge, ne convient plus à notre époque. Il faut chercher de nouvelles formules mieux adaptées aux mœurs actuelles. » (2)

Prædicandum est nostro tempore, plus unquam cum S. Paulo : « Destruentes et omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei, et *in captivitatem redigentes* omnem intellectum in obsequium Christi. » (3)

Repetendum est sæpe fidelibus, qui se doctos esse existimant, hunc canonem Concilii Vaticani :

« Si quis dixerit, fieri posse, ut dogmatibus ab Ecclesia propositis, aliquando secundum *progressum scientiæ* sensus tribuendus sit alius ab eo, quem

---

1. Bullet. de N. D. de la S. Espér. Avril. 1899. p. 258.
2. *Opinions du jour sur les peines d'outre-tombe.* p. 10 et 11.
3. I Cor. X. 5.

intellexit et intelligit Ecclesia : anathema sit. » (1)

2. — Et quid dicendum de necessitatibus cordis, præsertim feminarum devotarum ? — Submittantur veræ et antiquæ doctrinæ sanctæ Ecclesiæ ! — En factum quod mihi olim contigit.

Propter necessitudinem cordis sui, nobilis femina, valde docta, recenter ex hæresi Anglicana conversa, nolebat admittere æternitatem pœnarum infernalium. « Quomodo, dicebat, ego, quæ jubente ipso Deo, teneor diligere parentes meos, felix esse possem in cœlo, dum viderem patrem meum vel matrem cruciari in inferno ? » — Ostendente me textus explicitos Scripturæ : « Transeat, respondebat illa ; hoc non est decretum Dei serium, sed conditionatum, sicut fuit decretum delendæ Ninive. Post aliquot sæcula æternitatis, orante B. Virgine Maria, postulantibusque Sanctis et Angelis omnibus, Deus revocabit decretum suum primitivum, damnatis pœnas condonabit, eosque admittet in cœlum et tunc fiet gaudium magnum et erit, sicut scriptum est, unus pastor et unum ovile. » — Hoc postulabat necessitudo cordis ejus, et non cessit nisi urgente necessitate fidei absolutæ.

Erat pia illa matrona, ipsa inscia, de genere *misericordium* illorum, de quibus S. Augustinus agit in opere suo *De civitate Dei,* Lib. 21. c. 18, scilicet « de his qui novissimo judicio, propter intercessiones Sanctorum, neminem hominum putant esse damnandum, » et quos refutat cap. 23 et 24.

3. — « La foi du charbonnier n'est louable ou

(1). Can. de Fide et ratio et can. 3.

plutôt tolérable que dans le charbonnier. Ne la vantons jamais comme l'idéal des classes instruites.» (p.9)

Laici, etiam doctissimi, nullatenus indigent circa rigorismum et numerum electorum habere solutionem theologicam. P. Castelein necessitatibus socialibus præsentis temporis laudabiliter studet : atvero, sine dubio hallucinatus est, cum laicos hodiernos arbitratus est angi de numero electorum. Et si qui revera quærant solutionem, hæc dari non potest modo veriori et utiliori quam qui indicatur a Bourdaloue, affirmando scilicet paucitatem electorum juxta S. Scripturam et Patres, et describendo hujus paucitatis causas, ut fideles ab iis deterreantur et salutem strenue operentur. (1) Illa expositio etiam doctissimis, sufficit; nam tempore quo vixit Bourdaloue, laici multo melius religionem noverant quam laici hodierni etiam in rebus profanis versatissimi. Quot sunt inter doctos laicos qui omnes articulos fidei bene norunt, et sensum eorum capiunt theologicum? Multo utilius dissiparetur eorum ignorantia de necessariis, quam coram illis instituerentur de rebus secundariis disputationes theologicæ, quæ nonnisi eorum vanitatem et præsumptionem nutriunt.

8.

« *Plebs christiana, generatim sumpta, habet fidem vivam.* »

Major ejus pars necessario debet salvari : nam « La foi simple et humble est loin d'être rare. Le

1. Vide supra pag. 22-26.

peuple chrétien, pris dans sa masse, croit à Jésus-Christ d'une foi simple, humble, **vive.** »

Loco citato agit Apostolus de decoro in agapis servando, et nolumus scandalum de quo loquitur minuere aut ampliare. Audiamus ergo optimum interpretem Cornely, S. J. — « Illud, quod in suis cœtibus Corinthii agunt, nihil habere commune cum cœna, quam Dominus cum discipulis suis ante passionem celebravit, facile apparet : 21. *Unusquisque*

enim suam (propriam vel privatam) *cœnam præsumit ad manducandum*, — i. e. aliis, ut cum iis sua dividat, non exspectatis ; unde mirum non est quod *et alius quidem esurit, alius autem ebrius est.* Qua ex descriptione jure concludimus, fideles ad hanc cœnam communem pro suis quemque facultatibus cibos attulisse, qui omnibus inservirent ; divites vero, neglectis pauperibus iisque esurientibus laute ita esse epulatos, ut justos limites transgressi, gulæ ac ventri servire viderentur. Cum aliis Estius censet, ebrietatem hoc loco non eam esse intelligendam, quæ usum rationis tollat. » (1)

« Difficile est creditu, Ecclesiæ recenter natæ, quam Apostolus in hac Epistola (I. 4 et seq.) tot laudibus exornavit, fideles ita degenerasse, ut *multi* jam inter eos essent, qui in statu peccati mortalis ad SS. Eucharistiam accedere non hæsitarent; facilius et, ni fallor, rectius admittitur, modum quo Corinthii ante Eucharistiæ sumptionem agapas habebant, effecisse, ut *multi* in ipsa mysteriorum celebratione reverentiæ necessariæ immemores, minus dignos sese exhiberent præcones dominicæ passionis. Ipsa igitur descriptio suadet, ut non de sola communione vere indigna sententiam intelligamus, neque pœnæ recensitæ, quum sint omnes temporales, arctiorem et severiorem interpretationem postulant ; licet eam non plane excludant, Apostolum tamen æternam pœnam non prætermissurum fuisse opinor, si omnes illos *multos* in statu peccati mortalis mensæ Domini

1. In h. l. p. 333.

accubuisse putasset.... *Dormire*, translato moriendi sensu, in N. T. illi soli dicuntur, qui vita defuncti in gloriosæ resurrectionis exspectatione usque ad secundum Christi adventum requiescunt ; hoc igitur vocabulo velut pœna mors procul dubio præmatura quidem, at non infelix designatur. » (1) — Uti videtur, docta, sapiens ac rationabilis interpretatio Cornely benignior est opinione P. Castelein, quoad scandala Corinthiorum.

B). — Hic enim, subito et ipse Rigorista factus, ita pergit : « Plus loin (XV, 12-34) il reproche à plusieurs de nier le dogme capital de la résurrection des morts, et il sent le besoin d'en fournir une longue démonstration!» (p. 311 nota.). — Iterum benignior est et verior interpretatio Cornely : « Resurrectionis dogma, uti olim a Sadducæis respuebatur, multo majorem difficultatem ethnicis philosophis creabat, qui in carnis resurrectione neganda unanimes erant; quare etiam Athenis Paulum eam annuntiantem, velut seminiverbium irriserunt. Porro inter primos quoque christianos non deerant, quibus vera corporum mortuorum resurrectio creditu tam difficilis visa est, ut resurrectionis dogma in allegoriam convertentes, sese per novitatem vitæ spiritualis jam resurrexisse, resurrectionemque jam factam esse dicerent. — *Admodum mirum igitur non est* (attendat R. P.) quod etiam Corinthi nonnulli *neophyti* (N. B.) falsis doctrinis philosophicis imbuti, resurrectionem mortuorum non fore, proclamaverint. » (2)

2. In h. l. p. 350, 351.
1. Id. p. 447.

C). — « Au chapitre V il se plaint qu'ils acceptent dans leurs assemblées, pour communier avec lui, un chrétien vivant dans l'inceste. S. Paul excommunie ce pécheur public. » (p. 311 nota.)

Quatuor animadvertam : 1° Inter Apostolos fuit unus Judas, et in ferventi Ecclesia Hierosolymitana aderant Ananias et Saphira. Numquam dicamus : *ab uno disce omnes.*

2° Increpat Paulus Ecclesiæ *præpositos*, qui non satis subditorum suorum moribus invigilabant.

3° Mulierem ethnicam fuisse, aut saltem non christianam, recte concluditur, quia Apostolus ne verbulo quidem eam vituperat : quod non omisisset, si ipsa quoque fidelis fuisset. (1)

4° Apostolum statum Ecclesiæ cognovisse per legatos tantum, quorum relationes variæ erant. (2)

D) — « Plus loin (II chap. XII, 21) il exprime son opinion sur l'état mauvais d'un grand nombre : « Ne *iterum* cum venero humiliet me Deus apud vos et lugeam *multos* ex iis, qui ante peccaverunt et non egerunt pœnitentiam super immunditia et fornicatione et impudicitia quam gesserunt. » — Hic sine discussione concedimus Patri Castelein iniquitatem neophytorum Corinthiorum ; plenum fructum, quem

1. Cf. Cornely in h. l. p. 117 et 119.

2. Vide Fouard : *S.Paul.Ses missions.* Ed. 2. p. 292. « Grâce aux relations fréquentes entre l'Achaïe et Ephèse, Paul connut ce triste état de Corinthe. » — P. 293 : « D'autras fidèles d'Achaïe, dans leurs voyages à Ephèse, achevèrent de lui montrer la division partout... » — P. 294 : « Peu de temps après le départ des délégués, trois chrétiens de Corinthe arrivèrent à Ephèse et peignirent, sous des couleurs *moins sombres*, l'état de leur Église. »

Paulus exspectaverat ex sua prædicatione, non attulerunt ; se autem a Deo humiliari dicit Apostolus, quia in hac humiliatione a Deo permissa, videt insigne divinæ bonitatis beneficium. — Sed magnopere animadvertendum est, in civitate illa, cultui Aphroditæ addictissima, etiam christianos ad libidinem fuisse proclives; multi enim, ante suam ad fidem vocationem, libidini indulserant. (1) Eorum Urbs morum corruptela, libidine, luxuriaque inter omnes imperii urbes ita erat famosa, ut verbo *Corinthiari* vita luxuriosa libidinosaque designaretur. Celeberrimum enim in urbis arce Aphrodita habebat fanum, in quo *mille scorta* deæ suæ inserviebant, in libidinem populi sese prostituentia. (2) Nequit ergo R. P. ex agro tam parum fecundo exemplum vel mensuram pro ceteris ecclesiis assumere, sicut et nobis non liceret mores civitatum balneorum cum vita agricolarum fidelium comparare.

E.)— «Mais ce qui met sous son vrai et triste jour l'état de *l'Eglise* primitive, après son premier temps de ferveur, c'est que S. Paul atteste dans son Epître aux Philippiens (II, 21) en faisant l'éloge de Timothée, que généralement les autres ministres de l'Evangile cherchent leurs propres intérêts plutôt que ceux de Jésus-Christ : **Omnes** *enim quæ sua sunt quærunt, non quæ Jesu Christi.* Si tel était généralement le clergé du temps de S. Paul, que devait être le peuple fidèle ? » (p. 312. note.)

1. Cornely. l. c. p. 340.
2. Id. Proleg. in Ep. I. ad Cor. pag. 2.

Hæc dicta Patris Castelein apta sunt ad scandalizandum magnopere lectores ejus et pias «lectrices».

Tria animadvertenda :

1° — *Gratis* asserit R. P. Professor Apostolum unice conqueri de *Ministris Evangelii ;* ut notat Estius h. l., de Christianis seu de laicis etiam sermo est Apostolo.

2° — Deinde an amor ille proprius discipulorum, seu quæsitio sui ipsius pertingit ad culpam mortalem usque ? — Cajetanus multique alii recte putant « non esse mortale peccatum genere suo, id quod hîc Apostolus reprehendit, sed esse studium imperfectorum, i. e. eorum qui non student, ut ait, ad quærendum augmentum meritorum in aliis, sed satis habent manere in propriis. »

3° — Non sentit Apostolus *omnes omnino* qui tunc erant, fideles aut Evangelii ministros, uno tantum Timotheo excepto, tales esse. Non talis erat Epaphroditus, quem in consequentibus admodum laudat, nec alii de quibus superiori capite 15 et 16 ait : « Quidam autem et propter *bonam voluntatem* Christum prædicant, quidam *ex charitate*, scientes quoniam in defensionem Evangelii positus sum. » Hi profecto non erant de numero eorum, qui sua quærebant, non quæ Jesu Christi. *Omnes* dixit pro eo quod Latine dicimus : plerique, i. e. plurimi, valde multi. Quam acceptionem Scripturis usitatam esse docent Hieronymus in Ep. ad Ephes. c. 1, sub finem, et Augustinus, Lib. de unitate Eccl. cap. XII. (1) Falso

1. Estius In Cap. II ad Philip. Edit 1679. p. 645.

proinde asserit R. P. Castelein se exponere statum Ecclesiæ tempore S. Pauli « sous son *vrai* et triste jour » ; — falso asserit clerum generaliter fuisse corruptum : « si tel était généralement le clergé du temps de S. Paul. »

F.) — Nec minus a veritate aberrat eruditus Professor dum asserit : « Mais un témoignage encore plus attristant nous vient de la 2e Ep. à Timothée (I. 15). S. Paul y dit que les chrétiens d'Asie mineure ont *tous fait scission avec lui... Tous* ces fidèles l'avaient donc renié ! » (p. 312. note.)

En quæ Romæ scribebat Apostolus in vinculis, ad dilectum discipulum suum, qui tunc erat in Asia : « Scis hoc quod aversi sunt a me omnes qui in Asia sunt. » — Commemorat hanc multorum a se defectionem, ut Timotheum, qui, ea re audita, turbari poterat animumque dimittere, corroboret et consoletur.

Sed tria animadvertenda :

1° Loquitur Apostolus de *Judæis* tantum qui crediderant, non de Gentilibus.

2° Loquitur, non de tota Asia minori, ut audet asserere R. P., sed de iis qui in Asia quidem ipsi adhærere cœperant, et cum Romam venissent, ipsumque in vincula conjectum et periclitantem viderunt, tamquam ignotum spreverunt. Nam in Græco textu non exprimitur verbum *sunt ;* unde multi vertunt : qui *erant* in Asia.

3° Non dicit eos deseruisse fidem, sed solam personam aversatos esse. « Ac verisimile est, inquit Estius, tantum velle dicere quod aversati sunt ipsum,

metuentes consortium periculi, aut etiam Paulo detrahentes, quod sua culpa ac temeritate in periculum incidisset. » (1) Sic diceretur : Omnes nationes catholicæ aversatæ sunt Pium IX et Leonem XIII in captivitate eorum. — Certe male egerunt hi Asiatici qui erant Romæ ; sed qua fide audet P. Castelein scribere : « Les chrétiens d'*Asie Mineure* ont *tous* fait *scission*.. *Tous* ces fidèles l'avaient donc *renié* » ?

G.) — « C'est donc en de tels temps et à de pareils chrétiens que S. Paul adresse ses exhortations toutes pleines de douceur... » Non semper tam dulcis et suavis est Apostolus ; e. g. dum scribit Corinthiis : « Quid vultis ? in virga veniam ad vos, an in charitate ? » (I Cor. IV. 21) ; « Epistolæ graves sunt et fortes» (II Cor. X. 10) ; et ad Galatas : « O insensati Galatæ, quis vos fascinavit non obedire veritati ? » (III. 1) ; necnon ad Titum : « Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri... Increpa illos dure. » (I, 12, 13.)

3. — Quoad conclusionem finalem R. Patris : « Ces citations suffisent pour mettre à néant le panégyrique sur l'Eglise primitive... (p. 312 note.) Je préfère l'Etat présent de l'Eglise à son état passé. » (p. 17), — Judicium audiamus meliorum auctoritatum.

Scribit Sanctitas Sua, Leo XIII : « Ecquis autem repetens Apostolorum historiam, exordientis Ecclesiæ fidem, fortissimorum martyrum certamina et

1. In h. l. p. 809.

cædes, veteres denique plerasque ætates sanctissimorum hominum fecundissimas, audeat priora tempora præsentibus componere, eaque affirmare minore Spiritus Sancti effusione donata ? » (1)

Scribit Card. Hergenrœther de Ecclesia primæva : « En face de la corruption morale et des vices de ses contemporains, elle conserve sa sainteté... Elle contient ses fidèles dans le devoir par la sainteté de sa discipline. Dans cet âge florissant des premiers chrétiens, où les dons supérieurs de la grâce sont encore si fréquents, les chefs apparaissent rarement avec la plénitude de leur autorité...Cette période de l'Eglise naissante, cet âge des martyrs, offre donc, malgré la rareté des documents, une image sublime et consolante. » (1)

Item cl. Fouard : « L'Apôtre s'éloignant de ses Eglises d'Orient avait donc l'assurance de leur laisser la pleine foi au Christ, affranchie et dégagée de toute compromission ; il avait de plus la grande joie de la voir triomphante et féconde dans la moitié du monde qu'il venait d'évangéliser. » (2)

4. — Promittit nobis R. P. « Un écrit que je pense devoir être très instructif et très intéressant, » — ad probandam superioritatem Ecclesiæ præsentis supra Ecclesiam primorum sæculorum.

Ex amore veritatis et salutis animarum speramus fore ut R. P. non stet huic promisso. Quod si tamen

1. Epist. ad Card. Gibbons. De Americanismo. 22 Jan. 1899.
1. *Hist. de l'Egl.* 1ere Période. Intr. — Trad. Bélet. T. I. p. 137, 138.
2. *S. Paul. Ses missions.* — Edit. 2. p. 474.

facit, impavidi exspectamus hanc elucubrationem,et, si oportuerit, filii devoti Ecclesiæ Apostolicæ, laudabimus viros gloriosos et parentes nostros in generatione sua !

II

«*In Ecclesia primæva deerat educatio seu formatio cleri.*»

« Au fond l'Eglise est persuadée que le salut est facile. Cet argument acquiert une grande force pour celui... qui réfléchit au manque de formation régulière pour le clergé » (tempore Ecclesiæ primævæ), (p. 278.)

Tantæ calumniæ pauca respondebimus.

1. Ipse Christus Dominus directe per se, et postea per Spiritum Sanctum suum formavit Apostolos.

2. Ipsi Apostoli elegerunt in cleros viros boni testimonii, plenos Spiritu Sancto et sapientia.

3. Postea « Le choix des clercs se faisait avec beaucoup de soins. Ils ne devaient pas être novices dans la foi, ignorants et vicieux, mal famés auprès du peuple.

« Les évêques s'appliquèrent ensuite à élever des jeunes gens pour la cléricature, et des établissements particuliers furent créés pour eux dans les grandes villes, telles que Rome, Antioche, Alexandrie, Césarée.

« On mettait autant de soin à cultiver en eux l'esprit de chasteté et de continence qu'à leur distribuer les connaissances nécessaires. On voulait surtout des hommes *capables d'enseigner*, de mœurs irréprocha-

bles et bienfaisants. Plusieurs clercs dénués de fortune vivaient du travail de leurs mains, à l'exemple des apôtres. » (1)

En veritas. Clerici priorum sæculorum edocti apparent litteris divinis et profanis; sanctamque duxerunt vitam quam plurimi martyrio coronarunt, quidquid dicat de manca eorum educatione R. P. Castelein.

§ IV.

Sophismata relate ad peccatum originale ejusque effectus, necnon relate ad justificationem.

12.

« *Peccatum originale superatur a gratia Redemptoris in actuali hujus efficacia erga omnes.* »

Contra suam thesim doctus Professor magnum obicem invenit, scilicet **peccatum originale**, in quo jacet *massa damnata* generis humani, prout cum S. Augustino commemorat Ecclesia, hisce verbis : « Jacebat in malis, vel etiam volvebatur, et de malis in mala præcipitabatur totius humani generis massa damnata. » (2)

Jamvero certissimum est maximam partem generis humani in his terris semper fuisse, et nostra ætate adhuc esse infectam peccato originali et sedere in tenebris et in umbra mortis.

1. Cardin. Hergenroether. *Hist. de l'Egl.* 1re. Per. chap. III. §. 1. Trad. Bélet. T. I. p. 480.

2. Dom. Septuag. Lect. II noct. — E libro Enchiridii S. Aug. — c. 25-27.

Profecto, peccatum originale, quod spoliavit hominem donis supernaturalibus et eum læsit in naturalibus, magnum est impedimentum pro salute universalitatis generis humani, quod valde debilitavit. Et vulnus illud diffusum est in omnes homines, in quorum longe majori parte continuo permanet cum lugendis effectibus suis.

2. — Ut ergo R. P. possit docere cum fundamento certo salutem majoris numeri eorum qui continuo vivunt cum peccato originali non remisso, debet probare effectus debilitantes peccati originalis non amplius existere, seu vi quadam neutralizari, in majori numero adultorum non-baptizatorum, cum pervenerint ad usum rationis : et hoc conatur præstare.

Verbotenus citabimus novam hanc doctrinam, quam ipse vocat « si hardie. » (p. 204.)

« Mais, dira-t-on peut-être, le péché originel a fait l'homme si faible, si porté au mal. » (p. 198.)

Ostendit remedium contra peccatum originale esse gratiam Redemptoris. De qua gratia rogat: « Demandons-nous quelles en sont *l'efficacité* et *l'extension,* ou, en d'autres mots, quelles sont *l'énergie* et *l'étendue* de son action dans l'humanité rachetée par le sang de Jésus-Christ et que le Père céleste désire sauver tout entière. »

« D'une manière générale, S. Paul dit, dans son Epître aux Ephésiens, que les richesses de cette grâce sont insondables, « investigabiles. »

« Mais c'est dans son Epître aux Romains qu'il prend à tâche de nous en découvrir, sous les vives clartés de la révélation, toute l'efficacité et *l'univer-*

salité. » (p. 200.) — Hæc universalitas præsertim requiritur ad salvandam universalitatem generis humani.

« Or, S. Paul nous apprend que cette grâce nous est donnée et opère en nous avec une efficacité et une *étendue* illimitées.

« Comparant, dans son chapitre V, les deux Adam..., il atteste que le nouvel Adam nous a été plus utile pour la vie et le salut, que le vieil Adam ne nous a été nuisible pour la mort et la damnation.

« Cette comparaison, notons le bien, porte coup pour l'humanité *tout entière.* L'humanité, prise *dans son ensemble,* a plus gagné pour son salut aux mérites du nouvel Adam, qu'elle n'a perdu aux fautes du vieil Adam.

« L'efficacité en bien de la grâce rédemptrice l'emporte pour l'humanité sur l'efficacité en mal du péché originel et cela *pour la multitude.* Cette multitude est évidemment *la même de part et d'autre,* donc **tout le genre humain.** (p. 202.)

« Qu'est-ce à dire ? Qu'au point de vue du salut final et pour *l'ensemble de l'humanité,* l'état de justice originelle eût été moins favorable que ne l'est l'état de rédemption. (203.)

« Dans le premier état, il y aurait eu, par suite des forces et de la perfection de notre nature, plus de secours préservateur contre le péché ; dans le second état, il y a, par suite des remèdes de la grâce, plus de *secours réparateur* après le péché.

« Dans le premier état, il y aurait eu probablement beaucoup moins de fautes personnelles, mais

ces fautes auraient produit leur fruit de mort éternelle *dans un plus grand nombre d'hommes.*

« C'est ainsi que le nouvel Adam a été plus salutaire au genre humain, *pris dans son ensemble*, que le vieil Adam ne lui a été funeste. » (204.)

Ergo, secundum P. Castelein, saltem si eum recte intelligo, universalitas generis humani, Pagani, Mahumetani, Judæi, verbo infideles omnes de facto melioris conditionis sunt nunc, in statu naturæ lapsæ, quam fuissent in statu innocentiæ, eo sensu quod nunc habent majus auxilium, quod vocat *secours réparateur*. Hoc verum est in actu primo; hoc nequaquam verum est in *actu secundo*, seu *de facto*, et hic jacet punctum dissensionis inter doctum professorem et nos.

4.— Certe in præsenti providentia, seu post peccatum originale, omnibus peccatoribus adultis, etiam obduratis et infidelibus negativis semper adest gratia actualis sufficiens ; sed certum est etiam non omnes accipere gratiam specialem et efficacem, qua ad fidem et justificationem perveniant.

In hoc sensu dicit Tridentinum : « non omnes mortis Christi beneficium accipiunt » (1) ; ut enim clare patet, agit ibidem S. Synodus de beneficio completo in hac vita per justificationem.

— Nunc noxa nostri Professoris philosophiæ ac theologiæ in hoc consistit, quod non distinguens voluntatem Dei *antecedentem* et *consequentem*, facile lectoribus suis laicis persuadebit, de facto omnes

1. Sess. VI. cap. 3.

omnino homines mortis Christi beneficium accipere, sicuti ab Adamo acceperunt peccatum originale, et consequenter infideles etiam facili negotio salvari.

Agnoscit ipse audaciam, et novitatem doctrinæ suæ ; contenditque eam eruisse e capite V. S. Pauli ad Romanos : « Cette doctrine **si hardie**, mais si consolante et si rassurante, est, dans son sens clair, formel, explicite, logiquement tirée de la doctrine de Paul. » (p. 204.)

« Doctrine qu'affirme le témoignage de S. Paul, dans sa comparaison entre la faute d'Adam, et la grâce du Christ, où celle-ci apparaît aussi étendue que celle-là **dans son application à toute l'humanité** (p. 208.)

« D'après S. Paul, le Christ se montre en toute réalité plus puissant pour nous sauver qu'Adam ne s'est montré puissant pour nous perdre. Donc au point de vue du *salut* ou du règne *effectif* de la grâce qui nous sauve (in vita regnabunt,) le Christ a plus rendu à *toute* l'humanité qu'Adam ne lui avait enlevé. C'est là une démonstration que nous croyons irréfutable. » (p. 203. note.)

5. — De hac demonstratione optime scribit R. P. Coppin : « Peut-on prétendre qu'il s'agit ici du *nombre, et au point de vue du salut final,* comme dit notre écrivain ? Dès lors la faute ayant damné *tous* les hommes en principe et en droit, il faut que le don, pour l'emporter *quant au nombre*, sauve plus que tous les hommes.

« Cette sotte conclusion nous prouve à l'évidence

que le R. P. raisonne mal quand il conclut ainsi quant au nombre. » (1)

6. — Sed theologiæ Professor pro more suo irruit in Rigoristas, quos devictos arbitratur : « Que peuvent toutes les lamentations des rigoristes et des pessimistes contre cette forte doctrine ? Rien. — (p. 204.)

« Que les rigoristes ne me reprochent pas d'avoir essayé de mettre dans tout son jour cette admirable doctrine, qui réfute de si haut leurs déplorables théories. » (p. 208.)

Sumus autem nos de numero rigoristarum illorum qui reformidamus in omni disciplina theologica et scripturistica, — præsertim vero ubi agitur de prædestinatione, de peccato originali et de distributione gratiarum, — omnem doctrinam novam et audacem, quamtumvis prædicetur admirabilis. Malumus sequi « doctrinam solidam et securam, atque etiam securiorem et magis approbatam. » (2)

7. — Et quia auctor noster ad S. Paulum appellat, videamus locum Apostoli, cum paraphrasi clarissimi Beelen.

Rom. V. 15. — Sed non sicut delictum, ita et donum : Si enim unius delicto multi mortui sunt ; multo magis gratia Dei et donum in gra-

Paraphrasis. 15. Verum non sicut se habet damnum, quod humano generi fecit Adamus, ita quoque sese habet divinæ gratiæ donum, quod hominibus obtingit per Christum. Non est inquam par utriusque ratio. Nam si, quod profitemur, per unius

1. L. c. p. 132.
2. S. Ignatius. (Vide supra pag. 48.)

tia unius hominis Jesu Christi in plures abundavit.

16. Et non sicut per unum peccatum, ita et donum : nam judicium quidem ex uno in condemnationem ; gratia autem ex multis delictis in justificationem.

17. Si enim unius delicto mors regnavit per unum : multo magis abundantiam gratiæ, et donationis, et justitiæ **accipientes**, in vita regnabunt per unum Jesum Christum.

18. Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem : sic et per unius justitiam in omnes homines in justificationem vitæ.

19. Sicut enim per inobedientiam unius ho-

illius hominis lapsum, tota hominum multitudo m[illegible] occubuit, culpaque illius in c[illegible]nium nocumentum exubera[illegible], at multo abundantius Dei amor indeque profectum gratiæ beneficium erga omnes homines sese effudit per gratiam unius hominis Jesu Christi.

16. Neque eadem mensura nocuit Adamus qua profuit Christus ; verum multo magis profuit hic, quam nocuit ille ; nam causa condemnationis nostræ extitit *unici* peccati reatus ; gratuitum vero illud donum efficax est in justificationem ex *multis* peccatis.

17. Non est inquam, par ratio doni et delicti ; nam si, quod profitemur, unius illius hominis lapsu mors per illum unum regnavit, at **illi qui in dies participant** abundantiam divini amoris, indeque profectum justitiæ donum, **hi** multo magis, destructa morte, vita potiti, regnabunt per unum illum Jesum Christum.

18. Itaque sicut unum peccatum hominibus omnibus cessit in condemnationem mortificam; ita quoque unum recte factum hominibus omnibus cessit in justificationem, quæ ad vitam æternam obtinendam perducat.

19. Etenim sicut per unius hominis inobedientiam omnes ex eo nati homines constituti sunt

minis, peccatores constituti sunt multi : ita et per unius obeditionem, justi constituentur multi. »

peccatores, ita quoque per unius obedientiam omnes constituentur justi, **quotquot** ex illo uno per fidem **renascuntur.**

8. — Audiamus jam aliam paraphrasim :

« Plaçons ici, pour les théologiens, inquit R. P. Castelein, les mots dont je tire ma conclusion.

(15.)« Si enim unius delicto A/ *multi* (en grec la multitude, c'est à dire le genre humain.»..) mortui sunt...

« Gratia unius hominis Jesu Christi B/ *in plures* (en grec de nouveau « la multitude » donc le genre humain tout entier) abundavit.

(19.) « Peccatores constituti sunt A/ *multi* (en grec de nouveau « la multitude » pour le genre humain) ita et per unius obeditionem justi constituentur B/ *multi* (le genre humain.)

« Donc, au point de vue du *salut* ou du règne *effectif* de la grâce qui nous *sauve*, (in vita regnabunt), le Christ a plus rendu à *toute* l'humanité qu'Adam ne lui avait enlevé. C'est là une démonstration que nous croyons irréfutable. » (p. 203. note.)

« Ainsi *doit* être compris l'enseignement du Docteur des Gentils dans sa magnifique Epître aux Romains. Voilà pourquoi il termine toute la partie dogmatique de cette épître en s'écriant à la fin du chapitre XI (v. 32) : « Dieu a laissé

A) *toute* l'humanité tomber dans l'abîme du mal, pour montrer sa miséricorde vis-à-vis

B) de *tous*. » (p. 206.)

9. — Libentissime concedimus docto Contra-

dictori nostro peccatum Adæ, seu delictum, superatum fuisse a Christo, seu dono, tum quia donum Christi sanat nos, non tantum ab illo uno peccato, quod per Adam contraximus, sed ab omnibus quæ nos, propria nostra voluntate commisimus, — tum quia per Christum datur nobis vita nova, excellentior illa, quam Adæ peccatum nobis ademit.

Sed hisce non contentus est R. P.; etenim pro falsa thesi sua stabilienda, non indiget intensitate seu excellentia Redemptionis; opus est ei *extensione actuali* seu applicatione gratiæ sanctificantis ad immensam multitudinem non baptizatorum. Ideo vult ut voces illæ, quas signavimus littera A : *multi*, *toute l'humanité*, eamdem amplitudinem habeant quam voces signatæ littera B : *in plures*, *multi*, *tous*.

10. — Et in hoc vehementer errat, uti probabimus auctoritate maximorum Scripturæ interpretum.

S. Augustinus. — « In *omnes* homines in justificationem ; non quia omnes homines veniunt ad gratiam justificationis Christi, sed quia omnes *qui renascuntur* in justificationem, non nisi per Christum renascuntur ; sicut omnes qui nascuntur in condemnationem, non nisi per Adam nascuntur. » — « Dicit ergo multo magis abundasse gratiam in multos, non in magis multos, hoc est, non in plures. » (1)

S. Bruno. « Non dicit in plures gratiam abundasse quam delictum, sed in plures, id est *in multos ; non* enim *omnes salvati sunt*, quia noluerunt. » (2)

« Per justitiam unius Christi, transeuntem in omnes

1. Epist. CLVII. 13. — Et in op. contra Julian. cit. ab Estio. h. l.
2. In h. l. — Edit. Monsterol. p. 30. col. 1.

homines *secundum potentiam*»(1) (non secundum actum quamvis Christus sufficiens pretium pro omnibus dederit.)

« *Constituentur multi justi: multi,* ideo quia non omnes justificari voluerunt. » (2)

« Sic ait : gratia utique Dei abundavit, hac lege, ut sicut peccatum ante justificationem regnabat, ducendo ad mortem, ita et gratia, postquam remisit peccata, regnet per acceptam justitiam, *bene conservatam* eundo in vitam æternam. » (3)

S. Thomas. — « Intelligendum est, quod sicut omnes homines, qui nascuntur carnaliter ex Adam, incurrunt condemnationem (mortis) per ejus peccatum, ita omnes, qui renascuntur spiritualiter ex Christo, adipiscuntur justificationem vitæ. Quamvis possit dici, quod justificatio Christi transit in justificationem omnium, *quantum ad sufficientiam*, licet quantum ad *efficientiam* procedat in *solos* fideles. » (4)

Ita et interpretes recentiores :

Estius. — V. 15 « *In plures*, Græce *in multos,* quemadmodum reliqua parte capitis eamdem vocem constanter vertit interpres, ut ne quem moveat hæc mutatio *multorum* in *plures ;* quasi plures per Christum sint salvati, quam in Adam mortui, : *quum res contrario modo potius se habeat.* » (5)

« Patet igitur, Apostolum *non hic multitudinem*

1. Ibid. col. 2.
2. Ibid. p. 31. col. 1.
3. Ibid. p. 31 col. 2.
4. Id h. l. Opera omnia. Edit. Parm. T. XIII, p. 56,
5. In Rom, V. 15.Edit Holzammer 1858. T. I. p. 115. col. 2.

eorum, qui gratiæ Christi participes fiunt, urgere, sed copiam beneficiorum Christi, quæ significatur in eo quod dicit, *multo magis*. — Est igitur sensus: Nam per unius quidem hominis delictum seu transgressionem multi, id est, *omnes ex eo propagati*, mortem incurrunt ; verum multo magis per gratiam unius hominis Jesu Christi, id est, propter ejus merita, Deus in multos, scilicet in *omnes electos*, vel omnes *ad Christum pertinentes*, gratiæ suæ dona largiter effundit. » (1)

V. 18 « Poterit dicere : — per *omnes* homines in utroque membro intelligi genus humanum, non tamen eadem amplitudine, sed juxta rem subjectam. In priore quidem membro plane generaliter, quoniam ibi sermo est de parente totius generis, per quem mors in omnes invecta sine exceptione. In posteriori autem secundum modum loquendi, quo sæpe utitur Scriptura, dicens omnes homines, quum vult intelligi passim multos. » (2)

B. a Piconio, in V. 18. « In omnes homines *qui credunt* in eum. »

Van Steenkiste. « Verba S. Pauli, Rom. V. 15, non probant eos qui per Christum salventur, plures esse quam istos, qui per peccatum originale ad infernum protrahantur. » (3)

Ut cæteros omittam, citabo adhuc **Knabenbauer**, cujus verba clare ostendunt R. P. Castelein errasse

1. Ibid. pag. 116. col. 1.
2. Ibid. p. 118. col. 2
3. In Evang. S. Matth. q. 268. T I. p. 386 (Edit. 3a).

ubi vocibus « omnes » et «multi» eamdem extensionem vult attribuere quoad salutem finalem, quam quoad peccatum originale, et non quidem relate ad sufficientiam intrinsecam, sed relate ad efficientiam actualem.

V. 18. « Difficultas quædam in eo adest, quod non constet, utrum eadem an diversa extensio locutioni *omnes* in utroque membro sit attribuenda.

« Dubium non est, quin in priore totum genus humanum, i. e. omnes ac *singuli*, qui naturali generatione ab Adam descendunt, intelligi debeant, atque eadem extensio in altero admittenda esset, si de sola *sufficientia* meritorum, quæ Christus obedientia sua humano generi acquisivit, nostro in loco sermo esset. In cruce enim moriens, pretium solvit ad omnes ac singulos homines redimendos plus quam sufficiens, idque seria intentione ideo solvit, ut omnes ac singuli omnium suorum peccatorum remissionem veramque justitiam obtinerent.

« At de *sufficientia redemptionis hic non* agitur, sed de ejus *efficientia actuali*, quæ sese ad solos fideles extendit ; ad eos nimirum, qui mediis, quæ Christus instituit, adhibitis, ex Christo renascuntur ; quare altero in membro locutio « omnes » ad eos limitari debet. » (1)

Deinde affirmat Knabenbauer hunc esse sensum S. Thomæ, quod et jam vidimus ; Doctoremque Angelicum hunc textum cum SS. Patribus ac plerisque interpretibus « *bene* » explicasse.

1. L. c. p. 301.

11. — Sed R. P. Castelein in scriptis S. Thomæ aliorumque Sanctorum nova invenit, quæ nemo unquam in iis vidit ; unusquisque enim judicat prout est affectus, et theologiæ ac philosophiæ Professor noster ubique invenit argumenta in favorem paucitatis damnandorum, etiam inter infideles.

Postquam male interpretatus est S. Paulum, quasi ovans exclamat : « Faut-il s'étonner maintenant de la large doctrine de S. Thomas d'Aquin sur la distribution de la grâce?—Cette grâce qui sanctifie et *sauve* l'âme, est donnée à tout homme adulte, *sans exception*, dans tous les temps et dans tous les pays, pourvu qu'il n'y oppose pas l'obstacle d'une faute mortelle par le refus de suivre sa fin, telle qu'elle lui est connue.

« C'est ce fameux texte de la Somme, (1) où S. Thomas démontre que le péché originel ne saurait coexister dans un homme, arrivé à l'âge de discernement requis pour qu'il puisse pécher, qu'avec la faute mortelle et non avec la seule faute vénielle. Le Docteur Angélique enseigne donc clairement que la grâce du salut est donnée *de fait* à tout homme qui n'y oppose pas l'obstacle d'une faute mortelle. Nous dirons même que c'est cette doctrine large et élevée qui nous a le plus enhardi à combattre le rigorisme. » (p. 207.)

Supra dixerat : « Je ne sais pourquoi on ne cite presque jamais ce texte si net et si décisif. » (p. 136.)

12. — Ut ad hanc difficultatem respondeam, dicam textum illum S. Thomæ notissimum esse inter theo-

1. 1, 2. q. 89. a. 6. — Et suppl. q. 69. a. 9. ad 3.

logos, sed non haberi ab omnibus tanquam « *si décisif.* » — Revera : 1°) Docet in 1ª 2æ, q. 89, a. 6 peccatum veniale non posse existere in aliquo cum solo originali et id probat : quia homo tenetur in primo instanti usus rationis se convertere ad Deum. Jamvero permulti hanc probationem non admittunt, nec proinde probatum, et dicunt cum Sylvio : « Valde probabile est, atque adeo tutum in conscientia, quod nullum sit præceptum se convertendi in Deum, statim ac homo incipit habere vim rationis ; ac, per consequens, quod cum solo originali possit esse peccatum veniale, quemadmodum docent S. Bonaventura, Durand, Richard et alii recentiorum non pauci. » Ipsi autem Thomistæ non nisi ut probabilem doctrinam docent, peccatum veniale non posse esse in aliquo cum solo originali. (1)

2°) Cur hic textus S. Thomæ citari deberet ? An ad probandum quod major pars hominum ad salutem pervenit? R. P. ait enim: « Même c'est cette doctrine large et élevée qui nous a le plus enhardi *à combattre si énergiquement le rigorisme* » ?

Sed textus ille Angelici Doctoris doctrinam majoris numeri electorum non probat, illamque ex hoc textu deducere foret « latius quam præmissæ », sicut deducere salutem fere omnium hominum ex Dei infinita misericordia.

Si argumentum S. Thomæ aliquid valeret ad probandam majorem numerum salvandorum, quomodo fieri potest, ut ipse S. Thomas hoc non viderit!—Quo-

1. Vide Billuart. Summa S. Thomæ hodiernis acad. morib. accommodata. Leodii, 1748, vol. v. p. 433.

modo id non vidit venerabilis et docta schola Thomistarum ? — Quomodo omnes dixerunt cum Magistro : *Pauciores sunt qui salvantur ?*

13. Adeo longe abest Angelicus a doctrina quam R. P. ex cap. V. ad Rom. eruit, ut, qui in commentario suo in Epistolas S. Pauli et in Summa Theologica (1) verba Apostoli exponit sicut supra exposuimus, in eadem Summa 1ª 2æ q. 109. a. 10. sibi objiciat : « Sicut Apostolus dixit, Rom., V, plus restitutum est homini per donum Christi, quam amiserit per peccatum Adæ ; sed Adam id accipit, unde perseverare possit ; ergo multo magis nobis restituitur per gratiam Christi, ut perseverare possimus. » (et ut ad optatam conclusionem suam possit pervenire, noster philosophiæ Professor libentissime adderet : « per consequens, major est numerus electorum post redemptionem Christi, quam ante lapsum Adæ. ») (2) Respondet autem: «Dicendum quod, sicut Augustinus dicit, homo in primo statu accepit donum per quod perseverare posset, non autem accepit ut perseveraret ; nunc autem per gratiam Christi multi accipiunt et donum gratiæ quo perseverare possunt et ulterius eis datur quod perseverent ; et sic donum Christi est majus quam delictum Adæ.

« Et tamen *facilius* homo per gratiæ donum perseverare poterat in statu innocentiæ, in quo nulla erat rebellio carnis ad spiritum, quam nunc possimus, quando reparatio gratiæ Christi, etsi sit inchoata

1. 2ª 2æ q. 81. a. 3. ad 3m.
2. Coppin. p. 134.

quantum ad mentem, nondum tamen est consummata quantum ad carnem. »

Insuper legantur quæ ex S. Thoma citavimus supra, pag. 71 et 72, de conditione humana, destituta gratia per corruptionem peccati originalis, e qua Deus aliquos erigit et in qua plurimi deficiunt.

17. — Errat ergo profunde P. Castelein in interpretatione sua Capitis V ad Romanos ; errat in doctrina sua de peccato originali, et dum vult majorem partem generis humani, per serpentem sauciati, nihilominus salvari, caveat ne hæc ipsa doctrina sit serpentina suggestio prout eam appellat Recupito.

S. Augustinus sibi objicit ex ore adversariorum doctrinam largam : « Absit, inquiunt ; cum venerit (Christus) et videbit tantam multitudinem ad sinistram, miserebitur et indulgentiam dabit. » — Id refellit S. Doctor : « Hoc plane etiam serpens ille promisit primo homini. Nam minatus erat Deus mortem, si gustaret; ille autem : *absit*, inquit, *non morte moriemini,* ac si diceret (similis suggestio serpentis est,) *non damnabimini.* — Hæc ad decipiendos homines serpentina vox est. » (1)

13.

« *Bona exempla magis prosunt quam mala nocent.* »

« C'est un problème de haute philosophie morale que celui qui a pour objet la comparaison du bien

1. Recupito. De signis prædest. Tr. II. Cap. IV Ed. 1681, p. 29.

produit par les bons exemples et du mal produit par les mauvais.

« Laquelle des deux influences est la plus efficace pour reculer ou pour avancer l'humanité sur la voie de ses destinées ?

« Les pessimistes se hâteront de dire que ce sont incontestablement les mauvais exemples.

« Les optimistes que ce sont les bons.

« Je me rangerai avec une entière conviction du côté des optimistes. » (p. 232-233)

Si factum consideretur, respondet Evangelium : « Væ mundo a scandalis ; » respondet sapientia gentium: « Pomme pourrie gâte sa compagnie. »—« Corrumpere et corrumpi, sæculum vocatur, » ait Tacitus. Quis sanus negare poterit homines ut plurimum imitari mala exempla ?

Si vero ratio hujus quæratur, tota continetur in hoc textu S.Scripturæ: « Sensus et cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua. »(1) Problema namque istud multo minus philosophicum est quam theologicum, et male prorsus solvitur, seu potius inexplicabile ænigma est, si consideratur humana natura juxta placita solius rationis, neglecto facto quod dogma catholicum revelat, peccati originalis. « Une de nos erreurs les plus communes, *ait egregius Monsabré,* est de nous imaginer que notre nature, telle que nous la recevons actuellement de la génération, est équilibrée de manière à ce qu'on puisse la tourner aussi facilement vers le bien que

1. Genes. VIII, 2.

vers le mal, et qu'il suffit pour cela d'un acte de volonté, qu'il nous est loisible de produire quand il nous plaira. Nous avons bien entendu parler d'un certain péché originel qui, dit-on, a diminué l'empire des hautes facultés de notre âme, et renforcé les exigences des passions, mais pratiquement on n'en tient guère compte. C'est à tort, Messieurs, car ce premier aveuglement élargit singulièrement pour nous le chemin de la perdition.

«Rien n'est plus certain que la blessure dont notre nature a été atteinte par la prévarication de notre premier père ; que le trouble de l'harmonie primordiale qui était la raison même de la justice originelle ; que la déchirure de ce merveilleux tissu de vie divine et de vie humaine où la subordination créait l'unité ; que la privation des dons gratuits en vertu desquels les puissances supérieures de notre être gouvernaient despotiquement les inférieures. Rien n'est plus certain que l'aveugle impétuosité avec laquelle les passions, originairement enchaînées par la raison et soumises au libre arbitre, se portent vers leur propre bien....

«Il résulte de là, Messieurs,... l'impuissance d'observer tous les commandements de Dieu, et par conséquent d'éviter tous les péchés graves sans le secours de la grâce. D'où l'obligation pour chacun de nous, de résister de bonne heure aux entraînements de nos convoitises, et de demander à Dieu les grâces dont nous avons besoin pour en triompher (1). »

1. *Retraite pascale, 1889 : 2e instruct. : Le chemin de la perdition : I.*

Jamvero, homo ad malum per propriam concupiscentiam intus æstuantem impulsus, et ad idem exterius per prava exempla allectus, quomodo resistere poterit ? Alii ignorantia plus quam malitia laborant, et id facile reputant licitum quod ab aliis norunt fieri. Alii vero sensim sine sensu malum parvipendunt quod sæpe vident ab aliis committi. Alii autem nec ignorantia nec passione ducuntur, sed humana consideratione erubescunt aliis non conformari. Alii suis concupiscentiis plene laxant habenas, cum vident id sibi vitio non verti, eo quod alii idipsum passim agant. Vulgatissimum est *exempla trahere :* sed id intercedit discrimen inter bona et mala, quod hæc conspirant cum interiori impulsu naturæ lapsæ, ista vero trahunt ad id a quo retrahunt humana fragilitas et concupiscentia.

Profecto, vita socialis de se est medium quo homines melius finem suum temporalem, sed et spiritualem adipiscantur. At quis ignorat medium istud ex malitia aut fragilitate hominum frequentissime depravari, et fini spirituali verti detrimento ? Quid aliud significant enixæ obtestationes quibus S. Scriptura, Patres, doctores, prædicatores et confessarii omnes deterrent fideles a pravis consortiis et occasionibus peccati, nisi quod hi omnes norunt et experti sunt quantum imperium, quantam fascinationem in humana ingenia exerceat pravum exemplum ? « Nolite seduci: corrumpunt mores bonos colloquia prava » (1). Et ideo, « quod ab omni cum hæreticis et excommu-

1. Corinth., XV-33.

nicatis commercio fideles abstinerent, semper in Ecclesia custoditum fuit (1). »

14.

« *Malum morale non est nisi exceptio, quæ nequit adæquare summam totalem applicationum regulæ.* »

« Le mal moral est un accident et une exception. Or, dans un ordre bien conçu, les accidents et les exceptions ne sauraient égaler dans leur somme totale les applications de la règle. » (p. 235)

Respondeat Doctor Angelicus, qui prius sibi objicit : « Vitia inveniuntur in hominibus ut in pluribus ; quia sicut dicitur Matth. VII : *Lata est via quæ ducit ad perditionem, et multi vadunt per eam.* Ergo vitium non est contra naturam. » — Deinde difficultatem ita solvit : « — Dicendum quod in homine est duplex natura ; scilicet rationalis et sensitiva. Et quia per operationem sensus homo pervenit ad actus rationis, *ideo plures sequuntur inclinationes naturæ sensitivæ,* quam ordinem rationis. Plures enim sunt qui assequuntur principium rei, quam qui ad consummationem perveniunt. » (2)

Rursus ratiocinatur P. Castelein quasi peccatum originale non esset ! Sane, si ordo rerum esset de facto prout a Deo fuit conceptus et institutus, malum esset de raro contingentibus. Sed ordo iste per peccatum deformatus est : ratio non jam despotice im-

1. S. Alph. : *De prohibit. librorum,* C. I, n. I.
2. *Summa theol.,* 1ª 2æ, q. 71, art. 2, ad 3.

perat sensibus, et hi sæpe nimis liberum arbitrium pervertunt. Et inde factum est ante diluvium « quod multa malitia hominum esset in terra, et cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore » (1) ; « omnis quippe caro corruperat viam suam super terram (2). » Quod profecto non ordini divino est tribuendum, sed deordinationi oriundæ ex peccato. Id vero quod olim factum est, quis hodie reputabit impossible ?

15.

« *Nimia bonorum terrestrium concupiscentia nequaquam est, pro maxima parte hominum, causa efficiens damnationis æternæ.* »

« Assurément, le désir *immodéré* de la richesse n'est pas rare. Qui en est totalement exempt dans le monde ? Une infime minorité. Mais un tel désir atteint-il chez un grand nombre cette malice extrême et cette gravité monstrueuse qui créent l'obstacle insurmontable au salut ? » (p. 257)

« Jugeons le *sort final* des pécheurs, victimes plutôt de la faiblesse que de la malice, selon les miséricordieuses inspirations de la bonté divine ; et alors nous ne conclurons pas que l'attrait *trop grand* des biens terrestres est, pour le grand nombre, une cause effective de damnation éternelle. » (p. 259)

Alium audiamus judicem, et quidem missiona-

1. Genes. VI, 5.
2. Ibid., 12.

rium expertum ac Ecclesiæ Doctorem. « Tertia porta inferni, inquit S. Alphonsus, est furtum. Tam multi sunt qui intrant per eam, quia tam multi pecunias habent quasi suum finem ultimum, tamquam deum suum. « Simulacra gentium, argentum et aurum », inquit sacra Scriptura, quæ etiam hanc sententiam a Deo latam refert : « Neque fures... neque rapaces regnum Dei possidebunt. » Verum quidem, furtum non est maximum inter peccata, sed est maxime periculosum. « Nullum peccatum periculosius furto », aït S. Antonius. En ratio : ad obtinendam remissionem aliorum peccatorum, sufficit contritio ; ast pro furto minime sufficit contritio ; requiritur insuper restitutio, et hæc est valde difficilis. » (1)

Errant, et vehementer errant ii, qui contendunt furtum, injustitiam, aliæque nimiæ concupiscentiæ bonorum terrestrium filias, non esse plurimis hominibus causas damnationis æternæ. Ob sordidum lucrum quot exuunt pudorem, quot negligunt officia religionis, quot omittunt educationem christianam prolis, quot lædunt charitatem, quot pacem destruunt et concordiam familiarum, etc. Qui hæc nescit, cæcus sit ! Porro, hæc sane sunt peccata æternæ damnationis digna ! Filiæ enim avaritiæ sunt proditio, fraus, fallacia, perjuria, inquietudo, violentiæ et contra misericordiam obduratio, (2) quæ certo certius ab æterna salute retrahunt. Vide supra p. 299 : « Dives difficile intrabit in regnum cœlorum. »

1. S. Alph. Disc. IV super flagel.
2. S. Thom. 2ª 2æ q. 18. art. 8.

16.

« *Rara est superbia quæ damnat.* »

« Ce qui me semble incontestable, c'est que le vice qui constitue le plus grand obstacle au salut, celui qui écarte le plus les pardons de Dieu est, à son degré extrême, relativement rare *au sein du genre humain.* » (p. 262)

Theologis omnibus notissimum est superbiam illam, quæ vocatur *perfecta* seu *consummata*, esse peccatum *mortale ex genere suo.* (1)

Tunc datur, quando quis ita excellere appetit, ut Deo, superioribus eorumque legibus subjici nolit. Mortale peccatum constituit ex genere suo, quia repugnat charitati erga Deum, qui per superbiam contemnitur. Unde Apostolus dicit Rom. I. 32, de superbis et elatis : « Qui talia agunt, digni sunt morte. »

Hæc est illa superbia quæ schismata et hæreses genuit et adhuc innumeras animas in schismate et in hæresi retinet. « Le schisme grec, inquit S. Alphonsus, trouva son principe dans l'orgueil d'un Arius, d'un Nestorius, d'un Macedonius, et d'autres semblables agents de Lucifer. C'est encore l'orgueil qui donna naissance aux sectes de Luther, de Zwingle et de Calvin. » (2) — « C'est l'humilité qui distingue le catholique d'avec le protestant. » (3)

1. S. Alphons. Theol. mor. Lib. II. nº 66, Marc. Instit. mor. T. I. nº 361.

2. *Evid. de la foi cath.* P. I. Cap. II. Œuvres dogm. Trad. Jacques. T. II. p. 411.

3. Tannoja, *Mémoires.* Edit. Paris. 1842. T. I. p. 553.

Hæc est illa superbia quæ inter catholicos tot « liberales », tot « solidarios », tot « atheos » producit.

Hæc est illa superbia, quæ millia millium catholicorum retrahit a cultu publico religionis suæ et in specie a confessione paschali.

Hæc est superbia quæ impedit confessionis sinceritatem et causa est multorum sacrilegiorum.

Hæc est superbia illa quæ generat *respectum humanum ;* et quomodo dici possit tam rara in mundo ?

17.

« *Facilis est peccatoris justificatio* ».

« Que de fois l'Ecriture sainte ne dit-elle pas, que *pour être sauvé* il suffit de croire, il suffit d'invoquer avec foi le nom de Jésus-Christ ? » (p. 59, 60.)

« Les rigoristes ne peuvent se réclamer de l'Epître de S. Jacques. Il ne s'y trouve pas un mot pour nous insinuer *qu'il est difficile de rentrer en grâce auprès de Dieu* et de se sauver. *Au contraire...* ce que l'Apôtre dit des effets de l'Extrême-Onction, dénote une conviction tout opposée à celle des rigoristes. » (p. 318)

1. — Docet S. Thomas : «Non est idem resurgere a peccato, quod cessare ab actu peccati ; sed resurgere a peccato, est reparari hominem ad ea quæ peccando amisit. — Incurrit autem homo triplex detrimentum peccando, scilicet : maculam, corruptionem naturalis boni et reatum pœnæ. Manifestum est autem

de singulis horum trium, quod non possunt reparari nisi per Deum. » (1)

Ut autem Deus reparet aliquid e triplici illo detrimento, prærequirit in peccatore pœnitentiam.

Ideo pœnitentia est universis hominibus, qui se mortali aliquo peccato inquinarunt, ad gratiam et justitiam consequendam, plane necessaria, et quidem duplici titulo : necessitate *medii* et necessitate *præcepti*.

Necessitate *medii* : cum enim offensa peccati mortalis ex hoc procedat, quod voluntas hominis est aversa a Deo, per conversionem ad aliquod bonum commutabile, fieri non potest, ut offensa remittatur, quin voluntas per veram *immutationem*, se denuo ad Deum convertat, cum *detestatione* habitæ conversionis ad bonum commutabile, et cum *emendationis* proposito. — An hæc tria, omnino necessaria, tam facile præstantur, vel per simplicem invocationem sanctissimi nominis Jesu ?

Necessitate *præcepti*, necessaria est seria et vera pœnitentia, tum præcepti *naturalis*, quo quisque tenetur satisfacere pro illata injuria, tum *positivi* in sacris litteris sæpe memorati. (2) An duplex illud præceptum sufficienter impletur per invocationem divini Nominis ?

Quid ergo promittit textus Rom. X. 13 : « Omnis enim, quicumque invocaverit nomen Domini, salvus erit ? » — Verba hæc sunt illius vaticinii Joelis (II, 28-32) quod totum S. Petrus in prima sua concione

2. Summa, 1. 2, q. 109. art. 7. in corp.
1. Cf. Marc. *Instit. mor. Alph.* n. 1646.

attulit (Act. II. 17-21) et significant fidem *vivam* in Christum, ejusque professionem, (1) — fidem utique quæ per charitatem operatur. Et invocare, inquit S. Thomas, est « in se vocare per affectum et devotum cultum, » i. e. per charitatem. (2)

« Invoquer le nom du Seigneur Jésus, notat recte Drach in h. l., signifie *ici* croire, espérer en lui et *l'aimer* ; et il nous a déclaré lui-même (Joan. XIV, 15, 21.) que l'aimer c'est *observer ses commandements*. « Opere est demonstranda dilectio, ne sit infructuosa nominis appellatio. » Ita S. Augustinus. (3) —

1. Cf. Cornely in Rom. X, 13. p. 557.

2. In h. l. Lect. I. Edit. Vivès. p. 528. col. 1.

3. In Joan. Tract. LXXV. nº 5. — Drach. p. 86. — Dum scribit : « Pour être sauvé, il suffit d'invoquer le nom de Jésus-Christ, » R. P. Castelein similis fit concionatori illi, de quo lepide D. Emmanuel, in articulo suo : *Le Ciel au rabais :* « Ce prédicateur était large. Aujourd'hui il faut être large. Notre siècle aime les esprits larges. Autrefois, on prônait la discrétion, la justesse de l'esprit, la rectitude du jugement. Tout cela n'est plus guère de mise à notre époque. La largeur tient lieu de tout. Plus on est large plus on vaut.

« La largeur de ce prédicateur consistait, comme toujours, à élargir la voie que Notre-Seigneur appelle la voie étroite, à la débarrasser de ces murailles gênantes qui la resserrent de chaque côté et qu'on nomme les commandements de Dieu.

« Pour être sauvé, d'après lui, il n'était pas nécessaire, comme les catéchismes persistent généralement à l'enseigner, d'observer les commandements de Dieu ; il suffisait d'un cri poussé au dernier moment : *Mon Dieu !* Et l'âme échappait à toutes les conséquences d'une vie impie et immorale.

« Or, ce cri, presque tout le monde le pousse. Hérétique, idolâtre, mauvais chrétien, chacun crie : *mon Dieu !* à sa manière. D'où il suit que presque tout le monde est sauvé.

« Voilà ce qu'on est convenu d'appeler une doctrine *consolante*. Consolante ! Examinons si elle est *vraie*. Ce qui n'est pas vrai, pourrait-il bien être consolant. » (Bulletin de N. D. de la S. Espérance, Janvier 1893, p. 204.)

2. — Quoad justificationem per Extremam Unctionem, — « Ce que l'Apôtre dit des effets de l'extrême-onction, dénote une *conviction tout opposée* à celle des rigoristes, » — putamus nos rigoristas, cum Theologis omnibus, eamdem ac S. Jacobus habere convictionem.

En doctrina nostra, et nescio quid R. P. in ea invenerit reprehendendum ut nimis « rigorosum. »

A. — Extrema Unctio, per se et primaria sua institutione, est sacramentum *vivorum;* supponit ergo moribundum peccatorum suorum mortalium remissionem jam accepisse ; id enim ex constanti doctrina Ecclesiæ colligitur, atque ex perpetua illa praxi, qua extremam unctionem post absolutionem sacramentalem, imo post S. Viaticum, dare consuevit.

B. — Non per accidens, sed ex secundaria sua institutione, hoc sacramentum id habet, ut etiam *mortalia* peccata deleat, si ægrotus *inculpabiliter* in statu peccati manserit, modo veram attritionem de peccatis commissis elicuerit.

C. — Id autem non fit tantum eo modo, quo cætera sacramenta vivorum id aliquando efficere dicuntur ; illa enim hunc effectum habere *pia conjectura* colligitur : hoc vero sacramentum eum effectum producere, *satis certe* ex textu S. Jacobi atque ex doctrina Tridentini elucet. Quare iis omnibus fidelibus, qui, utpote sensibus destituti, per se vel per alios desiderium absolutionis recipiendæ sacerdoti manifestare non potuerunt, extrema unctio longe securius remedium est, quo peccatorum remissionem consequan-

tur, quam absolutio vel Viaticum. Dummodo enim *interna* attritio adfuerit, extrema unctio ægrotum justificabit; absolutionem vero id facere, ad summum probabile est, eo quod probabiliter deest omnis accusatio, quæ tamen essentialis est ; neque plus quam probabile est, Eucharistiam hunc fructum ferre.

D. — Certissime tenemus ægrotum, qui gravis peccati reus sit, ante extremam unctionem debere reconciliari cum Deo, aut per confessionem sacramentalem, aut per contritionem perfectam. Hoc innuitur verbis conditionatis S. Jacobi : « *Si* in peccatis sit. » ; hoc sequitur ex necessitate sacramenti pœnitentiæ, quod medium salutis *necessarium* aut re aut voto suscipiendum definitur esse omnibus, qui post baptismum graviter lapsi sunt. At si Extrema Unctio primaria sua institutione peccata gravia deleret, illa Ecclesiæ definitio falsa evaderet. (1)

3. — Quoad facilitatem justificationis peccatorum neque hoc silentio prætereundum est, maximam partem hominum, etiam catholicorum, non esse simpliciter peccatores, sed et recidivos, habitualiter viventes in peccato mortali. Quod et fatetur Suarez : « Ex adultis vero, licet *major pars* hominum sæpius mortaliter peccet, tamen sæpius resurgunt, et ita cadendo et resurgendo vitam transigunt. » (Vide suprà, p. 140.)

Sed quomodo resurgunt ? Quænam est eorum conversio ? Quinam dolor, quænam detestatio de peccato commisso; quodnam propositum serium, efficax non peccandi de cætero fugiendique occasiones proximas ?

1. Ita Lehmkuhl. De Ext. sunt. Theol. mor. T. II. nº 565-568.

Et quid dicendum de ultima resurrectione spirituali quæ mortem deberet præcedere ? — Simpliciter refero ea quæ citat Monsabré ex Bourdaloue : « Prétendre que des habitudes contractées pendant la vie, se détruisent aux approches de la mort ; prétendre que dans un moment on se fasse alors un autre esprit, un autre cœur, une autre volonté, c'est la plus grossière des erreurs... Nous mourrons comme nous avons vécu, et la présence de la mort, bien loin d'affaiblir les habitudes déjà formées, semble encore davantage les réveiller et les fortifier. » (1) — Merito multi Patres S. J. opinioni Suaresii contradicunt, uti Ven.Bellarminus,Ven. Cl. de la Colombière, Bourdaloue, Cornelius a Lapide, quos supra vidimus, Recupito, mox citandus, etc.

Nec mirum. Quid dicunt Eloquia Sacra de recidivis ? Quid Sancti Patres ?

Prov. XXVI. 11, dicit Spiritus S. : « Sicut canis qui revertitur ad vomitum, ita imprudens iterans stultitiam suam ». — Quod explicans S. Bernardus: « Canis, inquit, reversus ad vomitum, fit odibilis multo plus quam antea : et fit filius gehennæ multipliciter, qui post indulgentiam delictorum in eosdem denuo sordes inciderit. » (2) — Quid est fieri *filium gehennæ*, nisi fieri reprobum ?

« Irrisor est, ait S. Augustinus, non pœnitens, qui adhuc agit quod pœnituit, et peccata non minuit, sed multiplicat. » (3)

1. Monsabré. Retr. pasc. 1888 — *La dern. heure.* p. 199 Bordaloue *Serm. sur l'imp. fin.* 1ère partie.

2. Serm. III. De Assumpt.

3. Serm. I. De pœnit. et jejunio.

Quum Dominus curaverat languidum dixit illi : « Ecce sanus factus es : jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. » (Joan. V. 14.) Quem locum expendens S. Bernardus : « Si gratia propitiata redierit, inquit, multo magis tunc timendum. Audis recedere, quam incedere esse deterius. » (1).

Ut dicit S. Paulus : « Terra enim sæpe venientem super se bibens imbrem, et generans herbam opportunam illis a quibus colitur, accipit benedictionem a Deo. Proferens autem spinas ac tribulos, reproba est, et maledicto proxima : cujus consummatio in combustionem. » (Heb. VI, 7, 8.)

Omnium textuum, sicut notissimus ita et maxime terribilis est iste Ecclesiastici V. 5...: « De propitiato peccato noli esse sine metu, neque adjicias peccatum super peccatum. Et ne dicas : Miseratio Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur. Misericordia enim et ira ab illo cito proximant, et in peccatores respicit ira illius. Non tardes converti ad Dominum, et ne differas de die in diem. Subito enim veniet ira illius, et in tempore vindictæ disperdet te. »

4.—En ratiocinium, quo Recupito refutat Suaresium: Quotiescumque aliqui ex adultis sunt prædestinati, omnia eis cooperantur in bonum, etiam peccata, ut patet ex S. Augustino, qui sæpe hanc doctrinam inculcat. Inter alia Lib. XIV de civit. Dei, cap. 13 : « Audeo dicere, superbis esse utile cadere in aliquod apertum manifestumque peccatum, unde sibi displi-

1. Serm. 59. in Cantic.

ceant. Salubrius enim Petrus sibi displicuit, quando flevit, quam sibi placuit quando præsumpsit. »

Quod egregie confirmat Suarez : « Dico permissionem peccati et esse posse, et sæpe etiam esse effectum prædestinationis. Hanc sententiam frequentius hoc tempore sequuntur moderni theologi et eam insinuarunt Anselmus et D. Thomas, exponentes illa verba Rom. VIII : *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*, ubi Glossa addidit : *etiam peccata*. Illa interpretatio non est superbe rejicienda, quamvis Paulus primaria intentione loquatur de tribulationibus et malis pœnæ. » (1) Sed habitualiter recidivis peccata non cooperantur in bonum. Ergo habitualiter recidivi non sunt numerandi inter prædestinatos. —

Minor probatur. Quia in tantum peccata cooperantur in bonum, in quantum cooperantur ad pœnitentiam fructuosam post peccatum. Sed habitualiter recidivis peccata non cooperantur ad pœnitentiam peccatorum. Tum quia primus pœnitentiæ fructus est non relabi. Tum quia in tantum pœnitentia cooperatur in bonum, in quantum affert non solum emendationem sed etiam meliorationem vitæ, adeo ut« non solum nullum attulisse æstimetur lapsus impedimentum, sed etiam velocitatis incentiva cummulasse. » (2)

Confirmatur primo, quia peccatum sæpius iteratum gignit consuetudinem peccandi. Hæc autem, conjuncta cum pronitate naturæ corruptæ, pene irreparabiliter ducit ad barathrum. « Opus enim sequitur

1. Lib. III *de Prædest.* cap. VIII. n. 4. Edit. Vives. T. I. p. 475.
2. S. Ambros. *De Apolog. Davidis.* cap. 2.

consuetudo, consuetudinem necessitas, necessitatem desperatio, desperationem damnatio. » (1)

Confirmatur secundo, ex iis quæ Patres ad hoc, ut pœnitentia post peccatum sit signum prædestinationis, requirunt, nempe continuum peccatorum dolorem, opera pœnitentialia, eleemosynas, fugam occasionum etc. Sed in recidivis plerumqne hæc signa veræ pœnitentiæ desunt.

« Confirmatur denique ultimo, inquit Recupito, quia si collocandi sunt in numero prædestinatorum, ut volunt adversarii, ii « qui vitam transigunt cadendo et resurgendo, » quod est dicere, qui habitualiter per totam vitam sunt recidivi, sequeretur quod ipsa hæc recidivitas habitualis esset unum e prædestinationis signis ; sed hoc est absurdum.

« Quod si inter fideles adultos major pars cadendo et resurgendo vitam transigit, manifeste sequitur majorem adultorum partem pertinere ad reprobos. » (2)

§ V.

Sophismata quæ auferunt a peccato luxuriæ secundum naturam, reatum pœnæ æternæ.

Hanc materiam sic aggreditur P. Castelein :

« Des trois concupiscences, c'est celle de la chair, où se trahit le plus la faiblesse humaine...

« Aussi un pareil affranchissement est-il rare... (p. 246)

1. Glossa in Job. XXXI.
2. De signis præd. et repr. et de numero pr. P. II. c. VI. Edit. cit. p. 50.

« Ne résulte-t-il pas de ce *seul* fait que le *plus grand* nombre d'hommes se perd ?

« *Non,* nous ne l'admettrons *jamais*.

« Pourquoi ?

« Parce que ce serait méconnaître l'efficacité prépondérante de la grâce et de la miséricorde divine pour sauver l'humanité...

« Nous nous expliquerons là-dessus avec une grande franchise, sans redouter les calomnies des *pharisiens, à quelque camp qu'ils appartiennent.* » (p. 247)

Jam in hoc proloquio contrarius est communi sententiæ theologorum et experientiæ pastorum animarum, quam sic enuntiat S. Alphonsus :

« Propter luxuriam *major animarum numerus ad infernum dilabitur ;* imo, non dubito asserere, ob hoc unum impudicitiæ vitium, aut saltem non sine eo, omnes damnari quicumque damnantur. » (1)

Et hujus sententiæ optimam rationem indicat Doctor Angelicus : « Diabolus dicitur maxime gaudere de peccato luxuriæ, quia est *maximæ adhærentiæ,* et difficile ab eo potest homo eripi. Insatiabilis est enim delectabilis appetitus. » (2) — Citat etiam rationem a S. Isidoro datam : quod « magis per carnis luxuriam humanum genus subditur diabolo quam per aliquod aliud. » (3)

Priusquam ad singula deveniamus, ponimus hic

1. Theol. Mor. Lib. III. nº 413.
2. *Summa.* 1. 2æ q. 73. art. 4. ad 2m.
3. Ibid. 2, 2æ q. 154. a. 3, ad 1m.

generalem observationem docti Professoris philosophiæ quem jam pluries laudavimus.

« A propos de la distinction que fait l'auteur entre deux genres de désordres (p. 248.), on doit lui reprocher, entre autres choses, de n'être pas assez précis. Il mêle plusieurs distinctions : péchés de faiblesse ou de malice ; péchés d'intermittence ou d'habitude ; péchés selon nature ou contre nature ; péchés hors mariage ou contre mariage ; crise de péchés ou confirmation dans l'iniquité. Toutes ces distinctions chevauchent pêle-mêle, les unes sur les autres. L'importance de cette page exigeait plus de netteté ; l'auteur devait appeler les choses par leurs noms.

« Le P. en ce passage et *passim* ne trouve la damnation convenable que pour les péchés de pure malice, de formelle révolte contre Dieu et ses avances ; encore la menace n'est-elle exécutée que de temps en temps (p. 270.) pour la plupart de ces péchés, comme à Sodome et au déluge ; pour tous les péchés mortels moins graves, la justice cède à la miséricorde, et se borne, pour l'expiation, aux maux temporels et au Purgatoire. »

« N. B. — J'ai cherché vainement dans ces passages scabreux, le mot de « pénitence », ou de « mortification » ; cette condition *sine qua non* du salut des pécheurs, l'Auteur a jugé bon de la sous-entendre, car nous ne pouvons lui prêter la pensée que le Purgatoire enlève le *reatum culpæ*. Cette omission, en pareil endroit, est ce que je trouve de plus scandaleux dans tout l'ouvrage. Que de présomptueux ne

fera-t-elle pas ! Que d'âmes faibles à qui elle va enlever un dernier reste d'effort et de retenue....

« Triste ! Triste ! »

Insuper, experientia doctus, scio sequentes propositiones Patris Castelein, notissimas esse apud nonnullos juniores Bruxellenses, qui eas sibi invicem legendas indicant.

18.

« *Peccatum luxuriæ* **secundum naturam,** *ideo tantum prohibetur, quia secus duceret ad peccatum* **contra naturam.** »

1.— « La concupiscence de la chair produit deux genres de désordres. Un désordre de mœurs très fréquent entre la puberté et le mariage, sous forme de faiblesses et de chutes intermittentes, qui peuvent se concilier avec un état de résistance habituelle et ne vont pas au renversement complet des lois de la nature,— et un désordre pleinement voulu, désordre de tout temps et de toute forme, où la volonté se fixe, sans effort pour en sortir, et qu'elle pousse jusqu'au renversement complet de ces lois.

« Or, le premier genre de désordres, effet de la fragilité plutôt que de la malice, est incomparablement moins grave et moins funeste à l'humanité que le second. **Il n'est même prohibé d'une manière absolue que parce que, sans cette prohibition, il mènerait d'instinct au second.**

« Le second genre de désordres, qui consiste en ces fautes graves que Dieu a punies par les eaux du

déluge et le feu de Sodome, telles que les fautes de l'habitude vicieuse pleinement consentie ainsi que les fautes contre les lois du mariage et les relations naturelles des sexes, provoque à un titre tout spécial les châtiments éternels de Dieu. » (p. 248.)

Ergo secundum R. P. ratio intrinseca propter quam vetita est fornicatio non est nisi quia de se conduceret ad peccatum contra naturam : « *Il n'est même prohibé d'une manière absolue que parce que, sans cette prohibition, il mènerait d'instinct au second.* »

2.—Plane nego actus *secundum* naturam viam sternere et instinctive ducere ad actus *contra* naturam ; secus enim dicendum esset, unionem maritalem naturaliter creare periculum grave peccati contra naturam pro conjugibus; quod absurdum est, utpote injuriosum Providentiæ et experientiæ contrarium.

« Fornicatio simplex est *intrinsece* mala mortaliter; proindeque non solum est mala quia prohibita, sed prohibita quia mala. » (1)

Etenim seminatio humana ordinatur naturaliter non solum ad generationem, sed etiam ad nutritionem, educationem et instructionem prolis. Frustra enim esset generatio, nisi debita nutritio sequeretur, qua vita data permaneat ; et instructio, ut proles secundum rationem vivere queat.

Hæc autem prolis educatio et instructio exigit naturaliter concursum viri et feminæ, horumque proinde continuata societas. Manifestum est enim,

1. Pro hisce et sequentibus cf. doctrinam S. Thomæ et commentariorum ejus, optime expositam post Billuart a Professore Dignant, in periodico : *Collationes Brugenses*, T. III. p. 431 et seq.

quod ad educationem hominis non solum requiratur cura matris, a qua nutritur ad tempus, sed multo magis cura patris, a quo est instruendus, defendendus, corrigendus et in bonis tam interioribus quam exterioribus promovendus ; proindeque necesse est, ut inter genitores sit naturale vinculum maris ad determinatam feminam ; et non quidem ad breve tempus, sed diu, sed per totam vitam ; sic enim secundum se exigit debita prolis educatio. Hanc autem societatem a Creatore institutam et volitam, nos matrimonium vocamus. Et, jubente Creatore in matrimonium tantum licita est seminatio humana. — Fornicatio, seu copula inter solutos, hanc societatem per se excludit ; ergo, secundum se gravem importat inordinationem, quæ vergit in grave nocumentum, non solum ejus qui ex tali concubitu nasciturus est, sed etiam boni communis et societatis humanæ, in quam plurima et pessima mala irruunt ex generatione prolis extra matrimonium et ex mala ejus educatione.

Ergo fornicatio est peccatum mortale, secundum se, et non quia ducit ad impudicitiam contra naturam.

3.—Hæc est vera doctrina catholica, quæ traditur a S. Thoma : « Ad hujus evidentiam, inquit, considerandum est quod mortale est omne peccatum, quod committitur directe contra vitam hominis. Fornicatio autem simplex importat inordinationem quæ vergit in nocumentum vitæ ejus, qui est ex tali concubitu nasciturus. » (1)

1. Summa 2. 2æ q. 154. art. 2. in corp. — Cf. *Summam contra Gent.* Lib. III. cap. 122. — Quæst. 15 *de malo*, a. 1 et 2.

Et pulchrius in Epist.I. ad Corinth.Lect.III, ostendit quod S. Paulus « improbat fornicationem quatuor rationibus, quarum prima sumitur ex divina ordinatione ; secunda ex unione ad Christum ; tertia ex corporis inquinatione; quarta ex dignitate gratiæ. »(1)

4.—Deinde rogo ab omnibus seriis confessariis: Impudici, qui doctrinam Patris Castelein relate ad fornicationem amplectuntur, quomodo fidem adhibebunt damnationi propositionis quæ dicebat : « esse tantum veniale osculum habitum ob delectationem carnalem et sensibilem, quæ ex osculo oritur ? » (2) Quid eis erit tale osculum ? Et quomodo talis doctrina posset augere numerum salvandorum ?

19.

Modo non sit ad extremum deducta concupiscentia carnis, ipsa Deum inclinat ad immensam erga peccatorem commiserationem.

« Quand cette passion n'est pas poussée aux *extrêmes* désordres par la malice réfléchie et persistante de la volonté, elle incline Dieu à une immense pitié. » (p. 255.)

Respondeo 1° : Non licet luxurioso, etiamsi tantum secundum naturam peccaverit, tam facile de divina misericordia præsumere. Ut scribit eruditus S. Alphonsi filius : « Certum est Deum quodcumque peccatum mortale tantum abominari quantum amat

1. Edit. Vivès. T. XX. p. 633.
2. Prop. 40. inter damn. ab. Alex VII.

se ipsum, nimirum modo infinito. Verum in nullum peccati genus abominationem hanc magis ostendit quam adversus peccatum libidinis ; nullum quippe aliud tam horrendo, tam insolito, ac tam universali punivit supplicio, quam illud quando diluvium delevit totum genus humanum, quia « omnis caro corruperat viam suam. » — Peccatum istud effecit ut quodammodo pœniteret Deum unquam creasse hominem : « Pœnituit Eum quod hominem fecisset in terra » ; — cor Ejus afflixit dolore : « Tactus dolore cordis intrinsecus, delebo inquit, hominem quem creavi, a facie terræ ; » — conquestus est de homine : « Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est, » — dum vidit, « quod cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore. » (1)

2° — Recte intelligant peccatores omnes, Deum ad condonandum peccatum impudicitiæ etiam secundum naturam, requirere contritionem veram, seriam, seu detestationem peccati commissi cum proposito efficaci non peccandi de cætero.

— Atqui talis contritio difficilis est infelici impudico, cujus peccatum maximæ adhærentiæ est,

1°/ propter violentiam passionis delectationisque, et propter habitum qui facillime oritur maximeque debilitat voluntatem in resistendo ;

2°/ quia effectus ejus sunt istæ horrendæ filiæ luxuriæ : cæcitas mentis, inconsideratio, præcipitatio, inconstantia, amor sui, odium Dei, affectus præsentis sæculi, horror vel desperatio futuri ! (2)

1. Aertnys. C. SS. R. *Theol. pastor.* Pars III. cap. I. art. 4. p. 87, 88.
2. S. Thomas. *Summa.* 2. 2æ. q. 153. art. 5. in corp.

— Quoad primum : « Nullus est affectus vitiosus, observat P. Aertnys, qui voluntatem hominis fortius ligat, quam libido ; tum quia ipsius actus sunt frequentiores, tum quia sunt intensiores ; unde in hac specie peccati citius generatur malus habitus, et homo, his implicatus vinculis, nonnisi magna cum difficultate se potest extricare. Mens in dies magis magisque excæcatur ; voluntas quotidie fit debilior ; itaque semper obtentu difficilior redditur salus, ac tandem cognoscitur quod vitium istud vere sit « puteus angustus » ; nam quanto facilius est in eum delabi, tanto difficilius est inde emergere... » (1)

Quoad 2^m : Ut merito scribit jam laudatus philosophiæ Professor : « Le Père oublie que le vice impur, fût-il accompagné d'ignorance invincible, plonge à la longue les âmes dans les ténèbres, dégrade le sens moral, étend la nuit des bêtes sur la raison et rend moralement impossible un relèvement même naturel. Dieu peut tout ; mais à moins d'un miracle, ce dépravé n'en reviendra pas. Or, le miracle n'est que l'exception. A qui vit pieusement et s'est attaché à Dieu, il semble que la contrition parfaite doive jaillir comme de source après la faute. C'est oublier que le premier effet de cette faute, est d'amoindrir nos lumières, nos goûts surnaturels, nos forces morales, et rendre malaisé ce retour, ce repentir, dont notre intégrité actuelle nous fait présumer l'extrême facilité. »

1. P. Aertnys. L. c. 4.

Ergo luxurioso difficile est redire ad bonam frugem salutemque suam æternam operari sincere, firmiter, efficaciter.

20.

« *Potestque Deus talia peccata mortalia sufficienter punire per temporalem expiationem, in hac vel in altera vita, quin ad pœnas recurrat æternas.* »

« Dieu sait punir de pareilles fautes par une expiation temporelle, suffisamment efficace, dans cette vie ou dans l'autre, sans devoir recourir aux peines éternelles. » (p. 255)

Videtur P. Castelein bene ponderasse suum assertum : nam textus prius editus penes periodicum *Revue générale, mai 1898. p. 651*, non fert verba : *dans cette vie, ou dans l'autre.*

Porro, assertum istud nec errore vacat nec scandalo.

Etenim, omne peccatum luxuriæ est mortale de se, seu *ex toto genere suo ;* de hoc dubitare non sinit sana theologia.

Atqui peccatum mortale utpote voluntaria aversio a Deo, meretur de condigno pœnam *damni* æternam. — Aliis verbis: peccatum mortale, quoad reatum culpæ, per pœnam temporalem expiari, in hac vita aut in purgatorio, a catholica doctrina prorsus alienum est.

Nec scandalum deest. Quantane enim morum dissolutio orietur, si fornicatio, aliaque peccata luxuriæ secundum naturam patrata, ad purgatorium tantum et non ad gehennam ignis æterni ducerent !

§ VI.

Sophismata quodlibetalia, ad rem non pertinentia.

21.

Salus promissa religiosis suis a sanctis ordinum Fundatoribus.

Ad probandum majorem numerum electorum, tria præsertim adhuc adhibentur argumenta : unum desumptum ex promissione salutis æternæ, filiis suis data a quibusdam Fundatoribus Ordinum religiosorum; — aliud depromptum e facilitate canonizationis Pontificum priscis Ecclesiæ temporibus; — tertium ex duratione mundi.

Argumenta hæc, quæ revera nihil probant in casu nostro, ita exponuntur. — Primum :

« Un considérant de nature tout autre que j'aime à invoquer *en faveur du plus grand nombre des élus*, c'est le privilège que certains grands ordres, comme celui de S. Benoît et de S. Ignace, prétendent avoir reçu par révélation, quant au salut final de leurs membres. Il a été révélé, d'après des documents dignes de foi, que tous les membres qui *de fait* sont morts ou mourront dans ces deux ordres sont parmi

les élus. Je pense que ce privilège s'étend à d'autres ordres religieux. » (1)

Revera : sic et humilis nostra Congregatio Sanctissimi Redemptoris, a Fundatore suo S. Alphonso pluries accepit promissionem explicitam de æterna salute eorum qui in sinu ejus moriuntur. Quæ promissio nequaquam insolita debet videri: fundatur enim in ratione theologica, imo in promissione Christi Domini.

In ratione theologica fundatur. Etenim ut perseverare possint in ordine ubi viget observantia, Religiosi debent non tantum mandata Dei observare, sed et consilia evangelica : declinare proin a malo et continuo ad perfectionem tendere.

Sed et aliud fundamentum, et quidem solidissimum habet prædictio Fundatorum ordinum. Christus enim Dominus clare et aperte pollicitus est : « Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum.... vitam æternam possidebit. » (2) Hoc autem fecere Religiosi ; proin si ipsi permanserint fideliter in observatione votorum suorum, stabit et Deus promissis suis, eruntque salvi : « Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. » (3)

Sed quæritur, an promissio Fundatorum valeat pro omnibus qui *de facto* sunt filii eorum ? Nequa-

1. R. P. Castel. 2e édit. p. 276.
2. Matth. XIX. 29.
3. Matth. X. 22.

quam, sed distinctione utendum est ; valet utique pro his qui *formaliter* sunt filii eorum ; id est qui vivunt secundum spiritum et formam sui ordinis : — minime valet pro his qui *materialiter* tantum pertinent ad corpus visibile ordinis ; qui dicunt se habere Abraham patrem, sed opera Abrahæ nolunt facere ; qui « similes sunt sepulchris dealbatis, quæ a foris parent hominibus speciosa, intus vero plena sunt omni spurcitia. » (1)

Quapropter respuimus conclusionem sequentem : « Evidemment, parmi les centaines de mille religieux qui ont bénéficié jusqu'ici de ce privilège, tous n'ont pas été des saints. Il y en a eu, sans nul doute, quelques-uns qui ont été *très tièdes*, qui sont tombés dans de *grandes fautes* et qui ont étrangement *abusé de la grâce de leur vocation ;* s'il en est ainsi, cette garantie si précieuse ne peut-elle pas être invoquée comme un signe de la *facilité avec laquelle Dieu accorde la grâce du salut final ?* » (p. 277).

Minime rerum ! De religioso qui materialiter tantum talis est, valet tremenda comminatio justi Judicis : «Veniet dominus servi illius in die, qua non sperat, et hora, qua nescit, et dividet eum, partemque ejus cum infidelibus ponet. Ille autem servus, qui cognovit voluntatem domini sui, et non præparavit, et non fecit secundum voluntatem ejus, vapulabit multis. Omni enim, cui multum datum est, multum quæretur ab eo ; et cui commendaverunt multum, plus petent ab eo. » (2)

1. Matth. XXIII. 27.
2. Luc. XII, 46-48.

Hæc mea refutatio opinionis R. P. Castelein mirum in modum confirmatur per sequens scriptum doctissimi ejus concivis et religione confratris, Bollandistæ Patris Van der Moeren, S. J. — Scribit enim in vita Sanctæ Teresiæ :

« Occasio hic sese mihi offert, mentionem faciendi cujusdam visionis, quæ refertur in *Imagine primi sæculi Societatis Jesu* (p. 648 et 649) et hinc descripta fuit a P. Lancicio in opusculo. *De præstantia Instituti S. J.* (Lib. II, cap. I) atque a Cardinali Cienfuegos in *Vita S. Francisci Borgiæ,* (Lib. V, cap. X.)

« In ea visione perhibetur S. Teresiæ, Cordubæ agenti, fuisse divinitus revelatum religiosos Societatis Jesu gaudere privilegio ut quique eorum, simul ac animam expiravit, obviam eat Christus, animam ejus excepturus. Ita citati scriptores. Quod si quis me percontetur quid de veritate tantæ tamque optabilis prærogativæ censendum sit, id responsum a me feret, quod prudens P. Joannes Pinius (tomo VII Julii pag. 852) olim dedit post narratas non absimiles visiones de beato exitu omnium in Societate Jesu morientium, sic inquiens : Istius prærogativæ veritati tantum tribues quantum rationibus pro ea allatis deferendum esse censueris. Et vero erunt sine dubio qui pro re adeo paradoxa, *dicam pene incredibili*, majora credibilitatis motiva requirant. Quæ cum mihi non sint in promptu, superest ut me contineam intra simplicis narrationis fines, relicta cuilibet in utramque partem sentiendi plenissima libertate. Hoc interim longe certissimum est, unicuique e Societate sedulo enitendum, ut digne ambulet vocatione qua

vocatus est, et satagendum ut per bona opera certam suam vocationem et electionem faciat.

« Porro alia adhuc ratio est in dubium vocandi prætensam eam S. Teresiæ visionem de excipiendis ab ipso Christo animabus omnium eorum, qui in Societate Jesu moriuntur. Nam in Chronico (lib. XVI, cap. XXXII et XXXIV) fuse narratur percrebuisse, anno 1594, in Excalceato Carmelo opinionem de prærogativa a Deo S. Teresiæ concessa, qua nullus sacra sui ordinis indutus veste damnaretur. Ast Sancta, Annæ a S. Augustino apparens, mandavit ei ut id pernegaret, dicendo destinatum esse infernum cuicumque sua non explenti munia ; cœlum vero aut purgatorium destinatum esse cujusque merito. Cum autem refugeret Anna vulgare se dignatam fuisse apparitione S. Matris suæ, iterum et tertio idem Sancta ei injunxit, atque trina loca quorum unum singulos manet, nempe cœlum, infernum et purgatorium, ejus oculis objecit, minaci vultu significans eam in stagnum projectam iri, ni morem gereret suosque dedoceret *noxiam* istam fiduciam. Cumque tandem Anna visionem acceptumque a S. Matre mandatum confessario plene aperuisset, hic de tota re prælatos certiores fecit : atque prælati per totam Congregationem publicarunt datum cœlitus monitum, quo obviam iretur damno, et ut ait Chronicum, recordarentur omnes, *non salvari per vestem, sed per bona opera, quæ in religiosa veste præstantur*. Quod si vaticinium quoddam de religiosorum salute aut arctiori ipsique Evangelio conformiori limite aut conditione quadam restringeretur, ei acquiescerem, modo

probis synchronisque testibus asseveratum esset ; quemadmodum Stillingus ad diem XXVIII Augusti in vita S. Augustini (n° 821) dubitandum non censuit de prophetia quam hic Sanctus S. Norberto fecit sic inquiens : *Si sub conscripta a me regula Fratres tui, filii mei bene militaverint, securi Christo adstabunt in terrore judicii.* (1) »

Ergo prætensa promissio Paradisi cuilibet in sinu religiosi Ordinis morienti, secundum Evangelium explicanda est, adeoque nihil probat in favorem majoris numeri electorum.

30.

Facilitas canonizationis in Ecclesia primæva.

Neque aliquid probat argumentum sequens. « Un autre considérant, semblable au précédent, peut se tirer de la facilité avec laquelle l'Eglise catholique, durant les premiers siècles, permettait d'honorer et d'invoquer comme Élus les évêques décédés dans son sein. A Rome, le pape, et dans chaque église particulière l'évêque du lieu, à leur mort, voyaient leur nom inséré dans les sacrés dyptiques... à moins de quelque manquement très grave à leurs devoirs, sans rétractation suffisante.

« Plus tard, cette coutume a été abolie. L'Église n'a réservé les honneurs des autels qu'à un petit nombre de chrétiens *parfaits* et *dignes* d'être pro-

1. Acta SS. T. 55, pag. 491-492 seu n° 1686, 1687.

posés aux fidèles comme des modèles accomplis de toutes les vertus.

«Mais ce premier usage prouve qu'au fond l'Église est persuadée que le salut est facile, et surtout qu'il n'y faut pas de conditions exceptionnelles.

« Cet argument acquiert une grande force pour celui qui est au courant des mœurs rudimentaires de cette époque, et qui réfléchit à la manière parfois si sommaire et si peu éclairée, dont l'élection du pape et des évêques se faisait par le peuple. » (p. 277-278)

Parum refert *modus* plus minusve solemnis quo canonizatio fiat aut electio Pontificum.

Num forsan quadraginta sex summi Pontifices, quorum corpora in pace sepulta sunt Romæ in cœmeterio Callisti et « qui omnes ut hæredes fierent in domo Domini mortis supplicium pro Christo pertulerunt, « (1) non sunt sancti ? — Num etiam non sunt revera cœlites, primi illi Pastores antiquarum Ecclesiarum, canonizati voce populi, approbante Ecclesia ? Num ergo non fuerunt illi « des chrétiens parfaits et dignes d'être proposés aux fidèles comme des modèles », æque ac Sancti recentiorum temporum ?

Quanta logica in hac deductione : « Mais ce premier usage prouve qu'au fond l'Église est persuadée que le salut est facile ! » Nobis hæc unica videtur inde sequi conclusio : Ecclesiam persuasum habere istos Sanctos primævos vere esse, æque ac posteriores sanctos, « des chrétiens parfaits et dignes

1· Inscriptio posita in introitu hujùs cæmeterii.

d'être proposés aux fidèles comme des modèles accomplis de toutes les vertus. »

Deinde, quam inverecunda sit erga istos Sanctos antiquos hæc assertio : « Cet argument acquiert une grande force pour celui... qui réfléchit au manque de formation régulière pour le clergé » etc. nemo non facile perspiciet. Num igitur egregius contradictor noster eos habet ut sua dignitate minores aut mediocris virtutis ?

23.

« *Nisi major esset numerus electorum, optandum foret ut pueri baptizati non adolescerent.* »

« Si le nombre de ceux qui se perdent était aussi considérable qu'on se plait à le dire, les parents chrétiens bien inspirés, devraient souhaiter que leurs enfants mourussent avant l'âge de raison ; par suite, ils devraient se borner au strict nécessaire pour entretenir une santé et une vie, qui exposeraient le salut à de si grands périls. Or, faut-il dire que Dieu réprouve ce souhait et l'incurie qui en serait la suite?» (p. 281).

Quid ad tantum argumentum respondebimus, nisi: Non sunt facienda aut optanda mala ut eveniant bona.

24.

Multiplicatio generis humani et perduratio mundi, per saltem 20 adhuc sæcula.

In suæ opinionis præsidium invocant neoterici durationem hujus mundi, quem ante viginti sæcula, ad minus, non periturum esse præsumunt.

« Sans doute, si le monde doit finir demain, on pourrait volontiers souscrire à l'hypothèse des théologiens. Mais doit-il finir demain ? Supposez qu'il dût encore durer des milliers de siècles ; supposez que toutes les nations de la terre dussent successivement connaître le Christianisme, en vivre, en empreigner leurs institutions et leurs mœurs ; donnez aux Etats-Unis quinze siècles d'un christianisme aussi ardent que l'a été celui de la France : donnez en autant à la Chine qui a 377 millions d'habitants, au Japon qui en a 250.

« Laissez le Christianisme pénétrer dans les Indes, dans les îles de l'Océanie, et qu'il y ait 2000 ans, 3000 ans de durée !... Nous jugeons notre globe comme ces lecteurs légers, qui ne connaissent encore que la préface d'un livre et ses deux premiers chapitres, et qui prétendent juger tout l'ouvrage. La préface du monde catholique a été de 4000 ans. Puis a commencé le livre, dont deux feuilles à peine ont été déroulées. Attendons, et avouons que nous ne pouvons pas dire ce que sera le petit ou le grand nombre des élus dans l'humanité tout entière. » (1)

1. Bougaud. L. c. p. 366.

« La terre convenablement cultivée d'après les méthodes scientifiques, pourra facilement fournir l'alimentation à douze milliards d'habitants ! Quelle perspective grandiose pour l'avenir du christianisme, qui, *en perfectionnant sans cesse son esprit, sa doctrine, son culte*... apparait de plus en plus la puissance du salut sociale. » (R. P. Castelein p. 196-197.)

Unum deest hypothetico huic argumento : probandum nimirum esset, homines, decursu temporis, meliores fore quam hodie, adeo ut non minor pars, sicut hodie, sed major salutem consecutura sit. (1) Id certo non efficiet doctrina « du ciel au rabais. »

Præterea, ex mera hypothesi concludere ad factum majoris numeri salvandorum non licet.

Cæterum, dato etiam quod omnes omnino homines ultimorum sæculorum sancti sint et salventur, quid ad homines nostri sæculi, quos de salute sua securos reddere vultis ? Si ipsi sancti fiunt, etiam salvi erunt ; si per latam viàm ire pergunt, peribunt.

Conclusio.

Talia sunt ergo argumenta quibus neoterici evertere conantur doctrinam communem Sanctorum de paucitate Salvandorum. Argumenta illa arbitrantur irretragabilia : « Il ne suffit pas de nier ces preuves pour les supprimer. Elles se tiennent. *Mole sua stant !* » — (p. 246)

Quomodo stent, judicet ipse impartialis Lector.

1. Vide P. Coppin : *La question de l'Evangile, etc.*, p. 112-113.

Et post hæc, quæ sane meliori jure quam doctrinam communem Doctorum ac Patrum dixeris « telas aranearum », non verentur scribere, ad fucum faciendum laïcis, rudibus in Theologia lectoribus cujusdam ephemeridis : « Ma solution se réclame d'arguments de premier ordre » (1), — et adhuc : « Je ne serai pas embarrassé pour répondre à mes contradicteurs. Je souhaite seulement que l'attaque soit *savante* et *précise*. » (2) — Præcisam dedisse responsionem plane confidimus ; scientificam, quantum oportuit, dedimus etiam. Atvero, qui uberiorem scientiæ et eruditionis apparatum existimant desiderari ad hujusmodi nugas delendas, eos potius vanitate quam securitate hallucinari non unus arbitror.

Quæ diximus sufficere nobis videntur ad ædificandos lectores bonæ fidei, illosque a periculosa novitate arcendos.

Quod si fiat, scopum nostrum plene nos attigisse gaudebimus.

---

1. Epistola R. P. Castelein ad ephem. *Le XX^e siècle.*
2. Edit. 2^a Introd. p. XI.

Caput octavum.

Puncta quædam p[illegible]icularia e doctrina R. Patris Castelein, deprompta.

Refutatis jam sophismatibus istis, quæ aliquibus neotericis sunt communia cum R. P. Castelein, necessarium ducimus auctorem hunc specialiter redarguere, et quidem duplici de causa :

Primo, quia liber ejus dulcior et perniciosior est aliis neotericorum nocuis scriptis, uti ex mox dicendis abunde patebit.

Secundo, quia opus ejus modo inusitato fuit laudatum, exaltatum, commendatum atque propagatum.— Ut ipse auctor candide fatetur : « Le *Freeman catholic* de New-York l'a reproduit tout entier pour ses **cent mille lecteurs**... Il répond aux doutes et aux inquiétudes d'un *grand nombre* d'âmes en quête de lumière et d'espérance immortelle. » (Pag. VII.) (1)

1. Omnia periodica catholica in Belgio mirabilia scripserunt de opere R. Patris. — Ad dandam ideam tantum præconiorum illorum, citabimus quædam excerpta ex uno diario : *Le Patriote.*

I.

« Un livre remarquable, d'une érudition pleine d'enseignements pratiques et que tous les catholiques voudront lire et méditer...

« Cet ouvrage est capital. Il redresse un grand nombre d'erreurs. Il déblaie la voie. C'est une éblouissante et réconfortante clarté sur la vie et sur la mort.

« Le R. P. Castelein est un des meilleurs, si pas le premier écrivain religieux de notre temps. Philosophe, sociologue, théologien, il brille au premier rang dans tous les domaines. Ce n'est pas une « cymbale qui retentit », c'est un homme de vaste savoir, de doctrine sûre, énonçant

Certo certiores sumus R. Patrem in scribendo librum suum optima ductum fuisse intentione ; ideo-

clairement ce qu'il conçoit nettement, avec une plume trempée aux sources les plus pures de la grande littérature française.

«Il est éminemment salutaire que des hommes de la compétence et de l'autorité du P. Castelein élèvent la voix, précisent des enseignements trop souvent enveloppés d'ombres. Que de préjugés vont tomber devant les lecteurs du P. Castelein !

«Que de courages il relèvera ! Que de pas mieux assurés s'engageront délibérément dans le bon chemin !

«Le P. Castelein est, par lui-même, un assez sûr garant. Néanmoins, il a cru devoir se munir de certificats de premier ordre : de savants théologiens de la Compagnie de Jésus et le Primat de Belgique ont approuvé son travail ». (Le Patriote, Samedi 26 nov. 1898.)

II.

«Le *Bien Public* a parlé avec les plus grands éloges de ce remarquable ouvrage. La *Gazette de Liége* n'est pas moins enthousiaste.

« Il faut que l'âme sente que Dieu veut la sauver, il faut qu'en elle règne la confiance et non pas ce morne désespoir qui fait tomber les bras sans jamais donner le courage d'entreprendre l'œuvre du salut ; il faut, en un mot, que l'âme, avec la conscience de ses fautes passées, porte en elle l'invincible connaissance des miséricordes divines et que, comptant sur le secours et la bonté de Dieu, elle travaille à conquérir le Ciel. Ces pensées consolantes, nous devons nous les rappeler souvent, et tout livre qui nous les remet en mémoire doit trouver bon accueil au foyer des familles chrétiennes.

«A ce titre, le livre du P. Castelein ne peut être trop recommandé. On se sent fort après cette lecture, on se sent consolé, encouragé ; on voit, en quelque sorte, Dieu sous un aspect plus consolant pour l'âme, et, connaissant sa miséricorde et sa bonté, on recommence avec ardeur cette lutte continuelle qui nous doit mériter le ciel. On comprend enfin par ce livre que la doctrine du salut, dégagée des exagérations et des fausses terreurs du rigorisme, comprise selon les saintes traditions de la théologie catholique, est une doctrine de paix, de lumière et de force pour la raison, le cœur et la volonté du croyant. Que d'âmes devront au P. Castelein un renouveau d'ardeur puisé dans la lecture de ces pages vivifiantes». (Le Patriote, Jeudi 1 Déc. 1898.)

III.

«Plus heureux que saint François de Sales, le P. Castelein ne rencontre pas d'adversaires dans le sein de l'Eglise. On sait que l'illustre évêque

que minime rerum personam venerabilis et benemeriti Religiosi, sed unice ejus opus, utpote animabus valde nocivum, impugnamus.

de Genève, lorsqu'il publia son *Introduction à la vie dévote*, fut harcelé d'attaques de toute espèce. Il n'innovait pas, il rajeunissait. On lui jeta l'anathème, au nom de l'ignorance ou d'un traditionalisme mal entendu. Saint François de Sales ne répondit pas. Il était évêque : il aurait pu défendre son œuvre, ses intentions, avec une autorité d'autant plus grande. Il laissa passer l'ouragan : il n'en est rien resté, de l'ouragan, mais l'*Introduction à la vie dévote* est devenue, avec l'*Imitation*, le livre d'innombrables générations d'âmes d'élite, même en pays protestant.

«De même, c'est aux sources de la théologie, c'est dans les livres saints et dans l'observation des actes de la Providence que le P. Castelein puise ses arguments, son enseignement, sa doctrine. A dire mieux : il n'y a pas ici la doctrine d'un homme supérieur, mais la doctrine vivifiante, substantielle de l'Eglise.

« Voici un livre traitant à fond la question essentielle pour l'homme qui se distingue de la brute vouée au néant. Ce livre examine à travers l'histoire le rôle de la Providence par rapport à l'humanité. Un esprit libre non renseigné là-dessus, ignorant des solutions que donne à ces problèmes l'Eglise catholique, la plus grande puissance intellectuelle et morale dans tous les temps, — un tel esprit oserait-il dire : — Cet ouvrage m'est indifférent. J'écarte ces matières ! Je ne veux pas m'en préoccuper...

« La question de l'*au-delà* doit dominer l'homme intelligent. Jamais elle n'a été abordée dans un esprit plus généreux, plus instruit. L'homme n'a pas le droit de se tromper sciemment. Quand un tel flambeau lui est offert, il n'a pas le droit de l'écarter. (*Le Patriote*. Vendredi, 9 Déc. 1898.)

IV.

« Constatons le prompt succès du déjà célèbre ouvrage du R. P. Castelein : *Le Rigorisme, le Nombre des élus et la Doctrine du salut*. Cinquième mille, et cela en six mois.

«Certes, voilà un succès point coutumier pour une thèse théologique; voilà de quoi encourager les écrivains religieux à affronter le grand public.

« Certes, la préoccupation des questions supra-terrestres est pour quelque chose dans ce succès. Toutefois, à elle seule, elle ne l'explique pas. Il y a plus et il y a mieux.

« Nous venons de relire la réédition de l'ouvrage de l'éminent théolo-

Priusquam ad singula deveniamus, animadversiones generales citabimus quas sæpe laudatus Professor

gien, alléchés par le sous-titre : *revue et augmentée.* Disons-le tout de suite : c'est une jouissance — d'autant plus délicieuse qu'elle est plus rare — que de se sentir emporté, à travers des arguments théologiques, par un souffle aussi puissant et une aussi entraînante conviction.

«Ces pages sont pleines d'air, pleines de lumière et de chaleur; mieux encore — et j'y insiste — il y passe une flamme apostolique d'une ardeur communicative et qui fait du bien. Oui, ce livre est plus qu'un livre de théologien, c'est un livre d'apôtre : la préoccupation de l'auteur n'est point de soutenir une thèse originale qui, de son propre aveu « est en désaccord avec l'opinion de certains théologiens et avec l'esprit public qui règne parmi certains groupes de lecteurs »; plus hautes sont ses visées : il veut aller saisir dans les angoisses de leurs doutes des âmes, qu' « un vieux legs de jansénisme » tourmente et désespère, expose du moins à la trop facile tentation du découragement.

Avec raison, le R. P. Castelein trouve qu'à prôner les théories du terrorisme sur le petit nombre des élus, pratiquement on relâche le moral, on gâte notre Evangile dans ce qui en fait le centre et la clé de voûte, on empêche l'amour de Jésus-Christ d'être un amour *populaire.*

Il faut lire cette conclusion de l'édition nouvelle. Et quand il pense ainsi, l'auteur se trouve en excellente compagnie : Suarez, Cajetan, Saint François de Sales, Bergier, Lacordaire Ravignan, Faber, Mgr Besson, le P. Monsabré etc., etc.

Il nous dit ce qu'est le salut, ses causes divines, ses obstacles humains, et tire de là une conclusion consolante, dont il fait ressortir éloquemment les conséquences théoriques et pratiques. C'est ici la partie maîtresse de l'ouvrage. L'auteur y fait preuve d'une grande compréhension de l'Ecriture, d'une solide érudition exégétique : cet avantage lui permet des interprétations, que n'oserait pas un esprit moins armé, mais dont la sage hardiesse se base sur des motifs qui entraînent la conviction du lecteur instruit et non prévenu.

Ce livre a trop de succès pour qu'il n'appelle pas la contradiction. Je me suis même laissé dire qu'on allait « le pulvériser sous le pilon de la Tradition. » Je ne connaissais pas le pilon comme arme de combat. Lance ou plume : c'est parfait.. mais le pilon ?

Faut-il le dire ? Je souhaite au R. P. Castelein bien des contradictions et ardentes. Elles feront lire son livre qui ne sera jamais assez lu et lui permettront, comme il le dit lui-même avec une belle crânerie, « de

Philosophiæ nobis dignatus est transmittere circa ipsum titulum operis :

mieux faire la lumière sur toutes ses preuves et toutes ses conclusions. » *Le Patriote* 19 mars, 1899.

E. T. S.-J.

V.

«L'ouvrage du R.P. Castelein sur le *Rigorisme et la doctrine du salut* a été approuvé par l'autorité diocésaine. S. E. le cardinal de Malines a félicité et remercié l'auteur. Mgr. Ireland, le célèbre archevêque américain, lui a adressé une lettre de cordiales congratulations. Des membres distingués de l'Episcopat anglais lui demandent l'autorisation de faire traduire son œuvre. » *Le Patriote* 29 mars, 1899.

VI.

« Monsieur le Rédacteur,

«Un imprimeur-éditeur de Roulers annonce avec grand fracas l'apparition d'un ouvrage destiné à « pulvériser sous le pilon de l'autorité de la tradition » la doctrine de mon livre : « Le rigorisme, la doctrine du salut et le nombre des élus ». Cette doctrine y est nommée « laxe et fausse ».

Je ne suis pas le moins du monde ému de cette attaque tapageuse, qui constituera pour mon livre une excellente réclame et auprès des laïcs d'esprit cultivé et auprès des théologiens, qui voudront juger en connaissance de cause.

Je doute que cet ouvrage renferme aucune objection nouvelle. Les citations qu'il contiendra n'ont pas empêché les deux illustres orateurs de Notre-Dame de Paris, le P. Lacordaire et le P. Monsabré d'embrasser l'opinion que je propage ; et les commentaires d'un certain nombre de SS. Pères du texte « beaucoup d'appelés, peu d'élus », n'ont pas lié les deux plus savants exégètes du siècle, Mgr Beelen, de l'Université de Louvain et le P. Knabenbauer, S. J. Ils ont adopté une interprétation tout autre. La question de ce côté est libre. Mais la circulaire-réclame renferme *trois calomnies, en travestissant ma pensée dans trois citations inexactes.* Je ne veux pas les relever ici. Cela viendra à son temps.

Que mes lecteurs se rassurent ! Je saurai défendre mes doctrines avec des arguments, pour lesquels je ne redoute pas le fameux « pilon ».

En attendant l'apparition de cet ouvrage, je vous prie de bien vouloir recommander à vos nombreux lecteurs ma seconde édition, revue et augmentée. »

(*Le Patriote*, Mars, 1899.) A. CASTELEIN. S. J.

De titulo et scopo operis.

« Le Rigorisme,
« la Question du Nombre des Élus
« et la doctrine du salut. »

« Le premier titre, est mal choisi. *Le Rigorisme* désigne un système de casuistique condamné et aujourd'hui entièrement tombé, du moins dans les écoles catholiques ; tout au plus survit-il, comme tendance chez tel ou tel directeur de conscience, sans oser s'affirmer encore au grand jour. Or, ce n'est pas contre cette hérésie que s'insurge l'Auteur; mais bien contre le *Pessimisme*, qui voit l'humanité en noir et s'exagère la perversité du siècle pour conclure au petit nombre des élus. — Tout Rigoriste tiendrait pour le petit nombre des sauvés ; mais on peut soutenir ce point sans être rigoriste, c'est-à-dire sans forger aux consciences des obligations chimériques.

« Le but pratique de l'ouvrage n'est pas en rapport avec la doctrine qu'on y défend. En effet, l'Auteur indique dans son Introduction, (p. VII.) qu'il entreprend de répondre aux doutes et aux inquiétudes d'un grand nombre d'âmes en quête de lumière et d'espérance immortelle.

« Quelles sont les âmes dont le sort l'a touché, et qui se tranquilliseront en apprenant que le P. Castelein opine pour un nombre restreint de damnés ?

« Sont-ce les âmes timorées et pures, plus sensibles aux terreurs qu'à l'amour divin ? Mais de ces âmes il ne s'en rencontrera guère parmi les lecteurs

du bon Père ; ces sortes d'âmes vivent à l'ombre du cloître, dont le présent ouvrage, je l'espère, ne franchira pas les grilles. Du reste, leur épreuve est d'une nature trop intime, trop personnelle, pour s'évanouir à cette lecture d'accent si profane, si raisonneur, si présomptueux ; à ces peines il faut des consolations plus particulières et plus surnaturelles.

« Où sont donc les victimes que l'Auteur veut soulager ? Sont-ce les bons chrétiens, appliqués à fuire le péché ? Mais, s'ils connaissent les justices du Seigneur et les craignent, ceux-là n'ignorent pas non plus sa volonté salvifique, ni les miséricordes infinies, ni les mérites de Jésus-Christ, ni la valeur des Sacrements, et l'efficacité de la prière, *dont le Père ne dit rien*. S'ils lisent le R. P., ils n'apprendront donc rien de nouveau sur tout cela.

« Où s'égare donc l'intention de l'Auteur ? — Aux mauvais chrétiens, aux tièdes, aux consciences relâchées, aux ignorances affectées ; — ou bien encore aux Mahométans, aux Juifs, aux gens de Sodome et de Gomorrhe, aux protestants, aux incrédules, qui sont les infidèles de nos régions.

« Assurément, parmi cette foule tumultueuse du siècle, l'Auteur sera reçu comme un libérateur ; les faibles y trouveront des excuses à leurs défaillances ; les libres-penseurs se rassureront dans leurs ténèbres. Chacun se croira suffisamment de foi et de morale, pour compter sur les grâces secrètes, et sur quelque contrition *in extremis*, et ne se jugera pas assez mauvais pour être parmi l'élite des réprouvés.

« *C'est là de l'apostolat à rebours ;* désormais c'est la doctrine du petit nombre des sauvés qui empêche les pécheurs de se convertir. En apprenant qu'il y a peu de damnés, ils reviendront aux espérances éternelles. Cela ne sent-il pas son américanisme à cent lieues ? Rien d'étonnant qu'une telle doctrine trouve cent mille lecteurs dans le nouveau monde.

« *Un succès de scandale*, voilà le plus clair résultat pràtique que cet ouvrage doit obtenir. Les méchants y puiseront une fausse sécurité ; les bons une pierre d'achoppement. Quant à ranimer les âmes déprimées par le terrorisme, c'est un résultat que ne saurait avoir la thèse de l'Auteur, auquel même elle reste absolument étrangère. Lui-même se charge de le faire voir, dans le chap. V, aux conclusions pratiques, où il se défend contre l'incrimination de Laxisme. — En effet, que l'on admette le petit nombre des élus ou celui des damnés, les motifs de confiance et les motifs de crainte restent les mêmes. — L'infinie bonté de Dieu, ses promesses, les mérites de J. C., les grâces inépuisables, le témoignage de la bonne conscience, voilà pour nous rassurer et nous inspirer confiance, disent les Rigoristes aussi bien que le P. Castelein. — Le mystère de la justice divine, l'inconstance de notre volonté d'une part : de l'autre, le mystère de la Rédemption, la répartition des grâces tant préservatrices que réparatrices, mesurée, limitée, *malgré l'infinie puissance et miséricorde,* voilà de quoi nous tenir dans la crainte tempérée par la confiance, la confiance modérée par la crainte ; voilà les senti-

ments par lesquels l'Esprit de Dieu conduit les vrais Chrétiens.

« Eh bien, alors à quoi rime la thèse du petit nombre des damnés ? N'est-ce pas un hors-d'œuvre ? La doctrine du salut en est-elle changée ? A-t-on ouvert une source nouvelle d'espérance ?

« S'il y a effectivement peu de damnés, cela me rassure pour la masse humaine, non pour moi-même; car je dois craindre d'en faire partie, si j'allais épuiser la mesure des grâces qui m'est réservée ; la confiance en plus que je tirerais de cette statistique, pour tempérer ma crainte de la justice divine, ne saurait être que fausse, téméraire et périlleuse.

« De même, s'il y a effectivement peu de sauvés, cela m'inquiète pour la masse humaine, non pour moi-même ; car je dois espérer en faire partie, si je suis de bon vouloir et mets à profit les grâces qui me sont fournies surabondamment ; la terreur que je ressentirais de cette statistique, pour rabattre ma confiance en Dieu et ses miséricordes, serait vaine, coupable et périlleuse.

« Concluons. — Le P. Castelein, en soutenant le petit nombre des damnés, ne peut se flatter d'apporter aux âmes craintives aucun nouveau motif de confiance chrétienne et d'espérance surnaturelle, ni reprocher à la thèse adverse de leur en enlever.

« Il s'ensuit ce que nous disions plus haut. Cet ouvrage n'a aucun rapport avec son but avoué ; en cela il est absurde, comme serait une cause étrangère à l'effet que l'on en attend. Il aura des effets, mais bien différents et qu'on ne saurait trop déplorer.

Désormais tous les libertins, du haut monde et du demi, auront barre contre les missionnaires et les pasteurs ; ils diront avec plus de confiance : « Toutes ces menaces d'enfer sont des contes, des terreurs inventées par les prêtres ; le bon Dieu n'est pas si méchant que les curés, etc. »

His præmissis, videamus nunc puncta quædam perniciosa, eisque opponamus veram salutaremque doctrinam.

2.

Non multum ædificat ratio qua R. P. contendit se vitare damnationem Propositionis 17ᵉ Syllabi.

« L'Eglise n'a condamné que le laxisme et l'indifférentisme absolu, formulés dans la 17ᵉ proposition du Syllabus : « On doit bien espérer du salut de *tous* ceux qui ne vivent pas dans l'Eglise catholique. » Ce qui est l'objet de la condamnation dans cette proposition, c'est l'universalité illimitée de cette espérance. Si je disais que dans les mauvais milieux seulement le tiers des hommes se perd, et dans les bons milieux le dixième, voire même *le centième* comme quelques Pères l'ont cru de la nature angélique, je serais à l'abri de la condamnation qui atteint cette 17ᵉ proposition. » (p. 285, 286.)

Iterum citabo jam laudatum Philosophiæ Professorem. « L'auteur se flatte de ne pas encourir la condamnation infligée à la 17ᵉ Proposition du Syllabus, même s'il disait qu'un centième seulement des

non-catholiques se perdent. — Or cela n'est pas évident.

« En effet, la proposition : « Saltem bene sperandum est de æterna, illorum omnium salute, qui in vera Christi Ecclesia nequaquam versantur, » étant condamnée, on se demande quel est, dans cette proposition complexe, l'élément d'erreur ?

« Le R. P. déclare que c'est l'universalité illimitée : *illorum omnium,* qui tombe sous la condamnation. Si la proposition était simple, si elle disait : *tous* les non-catholiques sont sauvés, sans exception, le Père aurait raison, parce que la contradictoire serait : au moins *un* non-catholique n'est pas sauvé.

« Mais la proposition condamnée est complexe, et son erreur pourrait tenir au *saltem*, insinuant que l'espoir est un terme modéré, et qu'à la rigueur on pourrait avoir l'entière assurance ; en sorte que la vérité serait: «Tout au plus doit-on bien espérer,» etc.

« L'erreur pourrait être aussi dans *sperandum*, exprimant nécessité ; de façon qu'en disant *sperari potest,* on serait dans le vrai ; mais c'est là plutôt une subtilité de logique.

« Admettons que l'erreur gise dans *illorum omnium.* L'universalité, énoncée ici par le Latitudinarisme, ne peut être l'universalité illimitée, absolue, sans exception ; le Laxisme n'a jamais prétendu qu'aucun non-catholique n'était damné. C'est l'universalité morale, la généralité, la masse, le *grand nombre* que marquent ces mots « illorum omnium. »

« Donc, ce que le Syllabus a condamné, c'est qu'il faille au moins bien espérer du salut éternel *du plus*

grand nombre des non-catholiques. Si, comme dit le Père « le tiers seulement des hommes et, dans les bons milieux, le dixième, voire même *le centième* se perd », —il resterait vrai que la masse (il s'agit toujours de ceux *qui in vera Christi Ecclesia nequaquam versantur,)* se sauvent, — *quod est damnatum*.

« Le R. P. Castelein ne pourrait pousser la prétention jusque là, sans tomber sous l'anathème. »

3.

Non ædificat minismus *R. P. Castelein.*

Doctrina moderna et tam parum ædificans *de minimismo in Religione*, multum placet Reverendo Contradictori nostro, eamque multis in locis lectoribus suis mundanis inculcare nititur. Quod jam patet e supra dictis de sophismatibus ejus relate ad necessitatem revelationis, ad peccatum luxuriæ, ad vim salvificam fidei, ad salutem eorum qui materialiter tantum sunt Religiosi.

Patet insuper ex multis ejus locutionibus ; ita ut *minimismus* videatur esse *tendentia* generalis doctrinæ ejus, quæ proin saluti æternæ animarum magis nocet quam prodesse possit.

1. Non ædificat minimismus ejus *relate ad S. Communionem*.

« Nous pouvons conclure, de la doctrine et du précepte de l'Église sur la communion pascale, *qu'une communion par an* est nécessaire et *suffisante* en règle générale pour bénéficier de cette parole du

Christ (celui qui mange ma chair... possède la vie éternelle, etc.)

« Si, en effet, cette communion unique n'était pas un moyen de salut *suffisant* pour les fidèles qui vivent dans le monde, l'Église renforcerait son précepte. » (p. 330)

Illud præceptum Ecclesiæ statuit annuam communionem sufficere ad implendum præceptum divinum communionis, adeoque ad vitandam damnationem *ratione omissi hujus præcepti*.

Optime animadvertit jam sæpe citatus criticus anonymus : « De ce que l'Eglise exige une seule communion par an, le P. conclut en d'autres termes que, d'après le sentiment de l'Eglise, ceux qui se contentent de faire leurs Pâques sont presque tous sauvés. Cette conséquence me paraît faible.

« C'est par souci des âmes, sans doute, que l'Église impose ses préceptes positifs ; mais, avant tout, c'est pour préciser et régler l'accomplissement de certains devoirs fondamentaux, l'exercice de certaines vertus.

« Sanctifier les Dimanches et exercer la vertu de religion sont de droit naturel et divin ; l'Église règlemente et dit : Assistez au moins à la messe le Dimanche ; voilà le droit positif.

« Le droit divin et naturel dit : Pratiquez la pénitence et la tempérance ; l'Église dit positivement : Jeûnez et abstenez-vous au moins tels jours ; confessez-vous une fois l'an.

« De même N. S. dit : Si vous ne mangez ma chair, vous n'aurez point la vie en vous. L'Eglise

détermine et dit : Communiez au moins à Pâques. — Les préceptes de l'Eglise imposent le *minimum*, en deça duquel on transgresse la loi *divine* en ces matières. Elle croit avoir ainsi fixé suffisamment la *mesure du droit divin*, pour que la conscience des fidèles *soit en paix sous ce rapport*, et ne se croie pas *obligée* à plus. »

Sed nullatenus licet inde concludere Ecclesiam definire hanc annuam communionem satis esse ad supplendas vires spirituales fidelium. Postquam præcepto divino satisfieri curavit, ulterius progredi non vult Ecclesia, tum quia nimium differunt singulorum dispositiones ut per normam generalem necessitati cujusque provideri possit, tum quia prudentia non permittit a christianis de die in diem minus observantibus frequentioris præcepti impletionem sperare. Hæc est sana doctrina quæ in *Catechismo Romano* sic exponitur.

« Ne forte aliqui segniores ad hoc Sacramentum percipiendum reddantur.... fideles *sæpe* admonendi sunt, omnibus eam legem propositam esse, ut sacram Eucharistiam accipiant.

« Præterea constitutum est ab Ecclesia, ut qui semel saltem singulis annis in Pascha non communicaverit, ab Ecclesia arceatur.

« *Neque tamen fideles hoc satis habeant, se, hujus decreti auctoritate obtemperantes, semel tantummodo corpus Domini quotannis accipere*; verum sæpius iterandam Eucharistiæ communionem existiment.

« *Utrum, autem singulis mensibus, vel hebdomadis, vel diebus id magis expediat, certa omnibus regula*

præscribi non potest. Verumtamen ista est sancti Augustini norma certissima : *Sic vive ut quotidie possis sumere.*

« Quare Parochi partes erunt, fideles crebro adhortari, ut quemadmodum corpori in singulos dies alimentum subministrare necessarium putant, ita etiam quotidie hoc sacramento alendæ et nutriendæ animæ curam non abjiciant ; neque enim minus spirituali cibo animam, quam naturali corpus indigere perspicuum est...

« Illa etiam figura erit addenda, cum singulis diebus corporis vires manna reficere oportebat ; itemque sanctorum Patrum auctoritates, quæ frequentem hujus Sacramenti perceptionem magnopere commendant. Neque enim unius Sancti Patris Augustini ea fuit sententia : *Quotidie peccas, quotidie sume ;* sed, si quis diligenter attenderit, eumdem omnium Patrum, qui de hac re scripserunt, sensum fuisse, facile comperit.

« Ac tempus quidem olim fuisse, cum fideles quotidie Eucharistiam accciperent, ex Apostolorum actis intelligimus. Omnes enim,qui tunc christianam fidem profitebantur, vera et sincera charitate ita ardebant, ut cum sine intermissione orationibus, et aliis pietatis officiis operam darent, quotidie ad sacra Dominici corporis mysteria sumenda parati invenirentur. » (1)

« Eam postea consuetudinem,quæ intermitti vide-

1. Notet hæc R. P., qui, ut supra vidimus, audet scribere : « Je préfère l'Etat présent de l'Eglise à son état passé... Les chrétiens auxquels S. Paul écrit, étaient loin de valoir les chrétiens pratiquants de notre époque. » (Vide supra pag. 409.)

batur, Anacletus, sanctissimus Martyr et Pontifex, aliqua ex parte renovavit; præcepit enim, ut ministri, qui Missæ sacrificio interessent, communicarent; quod ab Apostolis constitutum esse affirmaret.

« Diu etiam in Ecclesia ille mos fuit, ut sacerdos, peracto sacrificio, cum Eucharistiam sumpsisset, ad populum, qui aderat, conversus, his verbis ad sacram mensam fideles invitaret : *Venite fratres, ad communionem.* Tunc qui parati erant, summa cum religione sacrosancta mysteria sumebant.

« *Sed cum deinde charitas et pietatis studium adeo refrixisset, ut raro admodum ad communionem fideles accederent, sancitum est a Fabiano Pontifice, ut ter quotannis, Natali Domini, et Resurrectione et Pentecostes omnes Eucharistiam sumerent,* id quod postea a multis conciliis, præsertim vero ab Agathensi prima confirmatum est.

« *Ad extremum, cum eo res adducta esset, ut non modo sancta illa et salutaris præceptio non servaretur,* sed in plures etiam annos Sacræ Eucharistiæ communio differretur, decretum est in Lateranensi Concilio, ut semel ad minus singulis annis in Pascha fideles omnes sacrum Domini Corpus acciperent : qui vero id facere neglexissent, Ecclesiæ aditu prohiberentur. » (1)

Hæc porro fidelium spiritualis necessitas, quæ præcipua norma esse debet in sumenda S. Eucharistia, ita exponitur a cl. Lehmkuhl : « Tertio loco notatur effectus, qui SS. Eucharistiam secundum

1. Parte II. Cap. 4, nº 60.

Christi voluntatem reddit medium moraliter necessarium ad conservandam gratiam sanctificantem. Secundum communem enim supernaturalis providentiæ ordinem homini adulto præcipue intuitu S. Communionis tribuuntur auxilia abundantiora gratiæ, quibus superet pericula et tentationes hominum saluti insidiantes, sine quibus aut non potest aut difficulter tantum potest omnem lapsum etiam gravem cavere.

« At non solum hæc abundantiora gratiæ auxilia, quæ homini moraliter necessaria sunt, S. Eucharistia suo tempore digne sumentibus conciliat, sed etiam aliis modis pericula salutis removet, videlicet :

1) ipsam concupiscentiam in homine latentem cohibendo et diminuendo : idque maxime valet quoad concupiscentiam carnis, ita ut S. Patres multi sint in efferendo illo effectu et in pollicendo dono continentiæ iis, qui frequenter et cum debito fervore ad sacram mensam accedant, atque theologorum doctrina et confessariorum experientia id comprobet, præsentissimum et fere necessarium remedium luxuriæ esse Communionis frequentationem ;

2) diabolum, qui tantam alioqui in homines, Deo permittente, per insidias et tentationes potestatem exercet, compescendo, ne eas tentationes et pericula ciere possit, in quibus hominem lapsurum esse Deus prævidet. »

Et infra : « Frequentior usus Sacræ Eucharistiæ per se præceptus non est. Nihilominus accidere potest, ut ille frequentior usus alicui pœnitenti evadat moraliter necessarius. Sume hominem prava potissimum consuetudine vitiatum et debilitatum. Illi uti-

que, re theoretice considerata, alia remedia absolute quidem præsto sunt, verum, ut evadant efficacia, sæpe, difficiliora. Quare pœnitentem debilem illa difficiliora media adhibiturum esse, sperari nequit : unde nihil relinquitur, nisi ut urgeatur omni modo ad frequentiorem usum Sacramenti pœnitentiæ et Eucharistiæ, ut vere voluntatem sinceram et nunc probet et diutius retineat. Imo, si licet fidere viris hac in re maxime versatis, una est eorum sententia, juvenem peccato mollitiei deditum emendationem sperare non posse, nisi *frequenter* ad Sacramenta accedat ; atque eum quavis hebdomada *confiteri* vix satis, nedum nimium esse. Cfr. Tolet. *Instructio Sacerdotum* l. 5 c. 13 n. 11. Est igitur confessarii, talem pœnitentem, si minus denegata absolutione, certe aliis modis inducere, ut quantum possit, Sacramenta frequentare assuescat.

« Aliis vero homnibus, qui ad superandas graves tentationes non ita indigent frequentiore usu Sacræ Eucharistiæ, suadendus ille frequens usus est secundum mentem Ecclesiæ, ut in virtute christiana melius contineantur et crescant. »

Illa Ecclesiæ mens a Concilio Tridentino exprimitur : « Demum autem paterno affectu admonet S. Synodus, hortatur, rogat et obsecrat, per viscera misericordiæ Dei nostri, ut omnes et singuli... memores... tam eximii amoris Jesu Christi Domini nostri,.. hæc sacra mysteria corporis et sanguinis ejus... ea animi devotione ac pietate et cultu credant et venerentur, ut panem illum supersubstantialem *frequenter* suscipere possint, et is *vere* eis sit animæ

vita et *perpetua* sanitas mentis, cujus vigore confortati, ex hujus miseræ peregrinationis itinere ad cœlestem patriam pervenire valeant, eumdem panem Angelorum, quem modo sub sacris velaminibus edunt, absque ullo velamine manducaturi. » (1)

Merito itaque pergit Cl. Philosophiæ professor :

« Cette conduite de l'Eglise ne prouve pas qu'elle estime *le salut* des âmes généralement assuré par une seule communion annuelle.

« La vérité est que la communion est le moyen le plus puissant pour nous protéger contre la mort du péché ; que l'Église, au nom du Sauveur, a voulu nous amener de force à ce banquet divin : *compelle intrare*, une fois l'an ; que, pour le reste, c'est aux nécessités spirituelles d'un chacun, de régler le recours aux remèdes opportuns, sans nous astreindre à la communion plutôt qu'au jeûne, à la prière, aux aumônes, ou à d'autres moyens d'attirer les grâces de Dieu.

« Le Père Castelein a donc tort de conclure que l'Église juge la communion pascale un moyen nécessaire et suffisant pour sauver la généralité de ceux qui se bornent à cette seule pratique. »

Sed et hoc præcipue in eo negotio lugeri debet, quod tepidioribus christianis permultis prætextus videtur ministrare quibus monitiones salutares prædicatorum et confessariorum redarguere et arcere non omittent.

2. — Huic minimismo in rebus fidei proprie dictis,

1. Sess. XIII. De Euch. cap. VIII.

affinis est alter qui *minuit miracula proprie dicta, pœnas a Deo inflictas, revelationes*, etc.

« Quant au miracle de la chute des feuilles d'un arbre, durant un sermon du P. Baldinucci, pour réprésenter le grand nombre des réprouvés, *je doute que ce miracle ait été admis dans le procès de la béatification du Bienheureux.* » (p. 285. note 1)

Auctorem ergo et censores ejus præteriit Bulla Beatificationis sui a religione confratris ? Discant igitur in Litteris Apostolicis « *Quod Redemptor* », datis die 25 Martii 1893, quibus venerabili Dei servo Antonio Baldinucci S. J., Beatorum Cœlitum honores decernuntur, sequentia legi :

« Constat enim, Antonium Baldinucci, quum olim per quoddam castellum Velitris citimum, cui vulgare nomen « *Guilianello* » iter faceret, rogatum ad populum habere concionem, libenter annuisse. Præ angustia curialis ædis in planitiem conventum est, ubi quum sub patula ulmi densis convestita frondibus, erat enim mensis aprilis, in eos inveheretur qui divinæ misericordiæ præsumptione male freti, in vitiis animum obfirmant, donec postremo Deum justum judicem experiuntur, repente divino afflatus spiritu clamavit : « Quot animas eorum putatis **hoc momento** in infernum labi ? tot sane, quot ex hac arbore folia decidunt » : et protinus frondes maximam partem ex arbore deciderunt. Rei portentum non fugit homines agrestes, qui vehementer commoti sunt, eorumque singultus gemitusque non conti-

cuere donec summo cum animi dolore admissa non expiarunt. » (1)

Pergit contradictor noster, loquens de hoc miraculo : « On pourrait en contester la force démonstrative pour fixer d'une manière générale la proposition des réprouvés et des élus. Nous ne nous appuyons donc pas sur des documents de ce genre, à cause de la difficulté d'en établir *l'authenticité et le sens précis*. » (p. 285, note 1)

Hæc judicio Lectoris mei relinquo.

3. Nec alter ille benignismus *qui non videt materiam damnationis æternæ nisi in peccatis monstruosis*. Sic scribit auctor noster de variis concupiscentiis :

« Quand cette passion n'est pas poussée aux *extrêmes* désordres par la malice réfléchie et persistante de la volonté, elle incline Dieu à une immense pitié. (p. 255.)

« Un tel désir atteint-il chez un grand nombre cette malice *extrême* et cette gravité *monstrueuse* qui créent l'obstacle *insurmontable* au salut » ? (p. 257.)

« L'orgueil *pleinement* développé et *fixement* retenu dans l'âme est rare. (p. 261.)

« Peu d'hommes se fixent dans l'erreur et le mal résolument et irrévocablement. » (p. 270) etc.

An hæc est « la science du salut », prout inscribitur liber cui contradicimus ? Quo tendit ergo severa hæc admonitio divini Redemptoris : « Qui fidelis est in minimo, et in majori fidelis est; et qui in modico iniquus est, et in majori iniquus est. » (Luc. XVI, 10.)

1. Leonis XIII Acta. Edit. Vatican. Vol. XIII, pag. 106.

Recte scribit confrater noster R. P. Coppin : « Je demande à tout lecteur attentif et réfléchi du livre du R.P.Castelein, je demande surtout à tout prêtre qui, en chaire ou au confessionnal, s'est efforcé cent fois de faire comprendre la laideur du péché mortel, et d'en inspirer l'horreur, s'il y a une seule pensée, une seule considération dans ce livre qui soit capable de faire cette lumière dans les esprits et de mettre cette horreur dans les cœurs. — Pas une.

« Ce n'est pas tout ; le ton général du livre et une multitude de phrases et de considérants sont un peu au diapason des réflexions des pécheurs, que nous avons citées tantôt.

« Ce sont péchés de faiblesse ! Illogisme ! etc... Ce ne sont habituellement que des péchés mortels *ordinaires*... Comment, rigoristes, irez-vous mettre ces gens en enfer pour ces fautes, résultats de l'éducation, des préjugés, etc ?... Dieu n'a que faire de vos balances de toiles d'araignée !... Et puis comment me ferez-vous admettre que Dieu ira damner une masse de ces gens du peuple qui auront peiné, travaillé, la sueur au front, toute la vie ! ! etc.

« Qu'on dise donc tout d'un coup que ces gens ne commettent pas de péchés mortels, qu'il n'y a de péchés mortels que les désordres monstrueux et dans lesquels on se fixe obstinément. » (1)

Recte etiam Clar. Monsabré ait : « Vous vous imaginez, par exemple, qu'il n'y a de mortel et de digne de damnation que les péchés monstrueux

1. Copp. p. 317.

par lesquels l'homme se déclare ouvertement ennemi de Dieu, le renie, se sépare de lui, renonce à lui ; ou bien encore ces crimes abominables que le monde frappe d'une universelle réprobation ; vous vous imaginez qu'il n'y a pas dans les instincts vicieux de la nature une si grande malice que Dieu soit obligé de recourir aux rigueurs barbares d'une éternité malheureuse, pour punir ceux qui obéissent à leur entraînement ; vous vous imaginez que, si l'on conserve la foi ou un certain amour du juste et de l'honnête, on peut être à l'abri de l'éternel supplice dont doivent pâtir les réprouvés. — Erreur, Messieurs ! Le péché, d'après la théologie, est la transgression d'une loi divine. Que la loi divine soit écrite dans notre conscience, qu'elle nous soit intimée par ceux qui ont reçu de Dieu mission de nous faire connaître ses volontés, il n'importe ; dès que la transgression est grave, clairement connue de l'intelligence et pleinement consentie par la volonté, elle constitue une faute mortelle et damnable, parce qu'elle produit, quoique nous ne le veuillions pas directement et formellement, ce criminel renversement de fins qui met la créature à la place de Dieu.

« Dans ces conditions, comptez, si vous le pouvez, toutes les transgressions graves dont vous vous êtes rendus coupables et qui n'ont pas encore été réparées par une sincère pénitence. Et, je vous en prie, ne vous laissez pas aveugler, dans cet intéressant calcul, par des préjugés grossiers qui réduisent le nombre des fautes mortelles que vous pouvez commettre

à ces quelques méfaits ou forfaits que châtie la justice humaine.

«On entend souvent dire qu'un homme est irréprochable parce que son exacte probité,l'urbanité de son caractère, la correction de sa vie publique ne donnent prise à aucune loi de nos codes criminels : ce que le peuple traduit couramment dans son langage par ce dicton : « Je n'ai ni volé ni tué ; je suis un honnête homme. »

« Je ne prendrai pas la peine, Messieurs, de faire une thèse de morale, pour discuter cette honnêteté à bon marché. Il me suffit de faire appel à vos consciences de chrétiens, et de les mettre en face du code criminel de Dieu, pour vous convaincre que l'on vole et que l'on tue plus souvent qu'on ne croit, et que l'on peut, quoique pense de nous le monde, tomber sous le coup des peines terribles que Dieu tient en réserve pour châtier les transgresseurs de ses commandements. » (1)

4.

Minime ædificat R. P. Castelein ubi, neglecta methodo S. Ignatii in Exercitiis spiritualibus, necnon contempta praxi sanctorum Prædicatorum, contendit timorem servilem Dei esse obstaculum charitati, hujusque timoris prædicationem audet vocare « le forfait. »

« J'en veux encore plus au rigorisme parce qu'il paralyse l'action de la charité dans les âmes. (348)

1. Monsabré. *Retr. pasc.* 1889. Le chem. de la perdition, p. 34.

— « Frères égarés dans les fausses théories du rigorisme et du terrorisme... quand par vos fausses théories et votre pessimisme outré, vous faites dominer dans les âmes la crainte de l'enfer... *vous empêchez les fidèles d'aimer Jésus-Christ*, comme il veut être aimé d'eux. (352.)

— « Vous empêchez l'amour de Jésus-Christ d'être au sein de son Eglise un amour *populaire*.

— « Voilà *le forfait* perpétré malgré vous, je le veux bien, par votre malheureuse doctrine.

— « Aussi longtemps que prédomine dans une âme le mobile de la crainte des châtiments divins, cette âme *ne saurait faire un acte de cet amour* que Jésus-Christ nous demande.

— « Serions-nous réduits à devoir nous contenter d'un simulacre de charité? Serions-nous réduits à devoir extorquer des aumômes en menaçant les fidèles des peines de l'enfer ? » (353.)

Magis ædificat methodus quam sequitur S. Ignatius in Exercitiis suis spiritualibus. Ibi enim in prima hebdomada, i. e. in *via purgativa*, conatur animam ducere ad amorem Dei per timorem, seu per considerationem veritatum terribilium.

Magis quoque ædificat expressa doctrina ejusdem Sancti Fundatoris Societatis Jesu. En verba ipsius authentica, quibus commendat ut *necessarium* timorem Dei, et quidem non tantum timorem filialem, sed et timorem *servilem*, seu timorem inferni. Desumpta sunt e Regulis « ad sentiendum cum Ecclesia. »

« *Decima octava.* — Quamvis summe laudabile

sit atque utile, ex dilectione pura inservire Deo, nihilominus tamen *valde commendandus est Majestatis divinæ timor*. Neque porro is timor solum, quem filialem appellamus, qui pius est ac sanctus maxime ; verum etiam alter, *servilis* dictus ; quippe qui homini utilis est admodum, et sæpenumero *necessarius*, ut a mortali peccato, quando incidere contingit, resurgere prompte studeamus ; a quo, dum erimus immunes atque alieni, facilius patebit ascensus ad timorem illum filialem, Deo penitus acceptum, qui nobis cum ipso Deo unionem amoris præstat et conservat. » (1)

Quamadmodum egit et docuit S. Ignatius, ita egerunt et docuerunt Sancti Missionnarii omnes, præsertim S. Leonardus a Portu-Mauritio et S. Alphonsus, cujus scopus continuo fuit animas ducere *per timorem ad amorem*. — Quod et conforme est spiritui S. Ecclesiæ, quæ in Concilio Tridentino dicit : « Peccatores a divinæ justitiæ *timore.... utiliter* concutiuntur ; » — quæ insuper hunc canonem edidit : « Si quis dixerit gehennæ metum... peccatum esse, aut peccatores pejores facere, anathema sit; » (2) — quæ tandem damnans Pistoriensium propositionem XXV, statuit : « Opus esse, juxta consuetum ordinem præparationis ad justitiam, ut intret timor primo, per quem veniat charitas : timor medicamentum, charitas sanitas. »

— Magis quam asserta R. P. Castelein ædificat doctrina nitida Doctoris angelici, qui, quærens « utrum timor servilis remaneat cum charitate », —

1. Reg. ad sentiendum cum Eccl. Edit. Antverp. 1635 pag. 142.
2. De justific. — Sess. VI et canon. VIII.

respondet affirmative : « quia timor servilis est donum Spiritus Sancti ; sed dona Spiritus Sancti non tolluntur adveniente charitate, per quam Spiritus Sanctus in nobis habitat. Ergo adveniente charitate, non tollitur timor servilis. »

Deinde Angelicus rationem hujus indicat, dicendo : « Quod timor servilis ex timore sui causatur, quia est timor pœnæ, quæ est detrimentum proprii boni. Unde hoc modo timor pœnæ potest stare cum charitate, sicut et amor sui. Ejusdem enim rationis est, quod homo cupiat bonum suum et quod timeat eo privari....

« Timor pœnæ includitur in charitate. Nam separari a Deo est quædam pœna, quam charitas maxime refugit : unde hoc pertinet ad timorem castum. » (1)

Magis tandem ædificat id, quod de se ipsa scripsit Sancta Teresia, reformatrix ordinis B. M. V. de Monte Carmelo, de qua testatur Ecclesia, in appendice ad Breviarium Romanum : « Inter ceteras Teresiæ virtutes, præcipue emicuit dilectio Dei. » (2)

Jamvero inter innumerabiles et eximias gratias quas a Deo accepit, ipsa existimat visionem celeberrimam quam de inferno habuit, et cujus sæpe postea et cum maximo fructu recordabatur. Sed juvat ipsam Sanctam audire hæc omnia testantem.

« Diu postquam mihi Dominus permultas illarum gratiarum quas commemoravi, necnon alias singulares contulisset, cum quadam die in oratione versarer, repente ac velut in momento, ita me totaliter consti-

1. 2a 2æ q. 19. art. 6. in corp.
2. Ad 27 August. Lect. IV.

tutam sensi (quin tamen scirem quomodo) ut me in inferno agere putarem. Statim intellexi velle Dominum ut quem dæmones mihi illic paraverant et peccatis ipsa meis, promerita eram, locum oculis meis conspicerem. Pauxillo quidem tempore illic hæsi; sed etiamsi adhuc ad multos annos vitam protenderem, numquam illius (ut mihi quidem videtur) potero oblivisci. » (1)

Post descriptum introitum pœnasque quasdam acerbissimas inferni, sic pergit : « Ita autem inde consternata fui, et adhuc sum modo, dum hæc scribo (esto jam sexennium ab hac visione effluxerit) ut calor naturalis me præ timore, ubi hic sum, destruere videatur. — Atque inde est, ut in tribulatione et angore et doloribus constituta, numquam hujus meminerim, quin statim mihi omne quodcumque demum hic homo pati possit, merum nihil esse videatur : itaque ex parte immerito et frustra de doloribus quos hic patimur conqueri videmur.

« Unde iterum dico, *hoc de maximis quæ Dominus in me contulit donis et gratiis unum fuisse ;* hoc namque mirifice me juvit, tum ad tribulationum et adversitatum vitæ hujus timorem dispellendum, tum ad me animandum ut illas æquanimiter perferam, simul etiam ad gratias Domino agendas, quod (uti mihi quidem nunc videtur), a tam æternis et horrendis me malis liberarit.

« Ex illo tempore, uti jam dixi, omnia mihi nimis quam facilia videntur, si vel cum momento pœnarum

1. Act. Sanct. T. 55. pag. 180. nº 270.

quas illic ipsa pertuli, comparentur. Unde etiam mirabar, quod, sæpius libros de pœnis infernalibus aliquatenus agentes legissem, ipsas tamen non perhorrescerem, nec tanti quanti quidem oportet, illas facerem ; et quomodo ergo, in tali statu constituta, aliquapiam ex re, quæ ad tam horrendum me locum tandem deductura esset, voluptatem possem capere. Tu esto in æternum, Domine mi, benedictus ! »(1)

5.

Parum ædificat doctrinam catholicam **de Inferno** *assimilare doctrinæ Mahumetanæ, et attenuare avitam pœnarum infernalium descriptionem ne scepticum sæculum nostrum offendamus.*

« Nous n'avons pas le droit pour frapper plus vivement les imaginations et dompter plus énergiquement les volontés, d'inventer un terrorisme *que ne justifie pas l'Evangile*...

« Pour mieux comprendre sur ce point l'Evangile... interrogeons d'abord le Coran. Voyons quel est l'esprit de Mahomet et la méthode du Coran pour détourner les hommes du péché, par la sanction pénale qui le frappe. (p. 303, 304.)

« Evitons de donner comme *réelles*, et surtout comme étant de foi, les descriptions du genre de celle du Coran. (p. 208. Note).

« Jésus ne l'apostrophe pas (la multitude) avec les

1. Ibid. pag. 181. nº 274.

menaces et les foudres qui caractériseront le procédé du rigorisme mahométan ou pseudo-chrétien. (p. 309.)

« Son joug n'a rien de commun avec les procédés du terrorisme mahométan, dont bien souvent nos rigoristes semblent s'inspirer. (p. 321-22.)

« Quant à la nature des peines réprésentées par « le feu de l'enfer », ou les « ténèbres extérieures », contentons-nous de dire que la principale est la douleur et le remords causés par la privation éternelle de la félicité surnaturelle du ciel... *En ces temps d'examen et de doute, évitons de donner comme réelles..... les descriptions du genre de celles du Coran.* » (p. 308. Note)

1. Professor noster versiculos Alcorani et etiam Evangelii numeravit, in quibus mentio fit de pœnis infernalibus.

« Rien que dans les 500 premiers versets du Coran, j'en trouve 55 consacrés aux menaces de l'enfer. » Deinde non sine eruditione « surates » et versiculorum numeros omnes indicat, et concludit : « En moyenne, en dehors des parties historiques, sur 100 versets du Coran, 15 ont l'enfer pour objet. » (p. 304.)

Ut mihi scribit sæpe jam citatus Professor facultatis Philosophiæ : « Le R. P. s'est donné la peine de compter aussi les passages du N. T. où N. S. et les Apôtres ont poussé jusqu'au terrorisme de l'enfer. Il n'en a trouvé que 8 en S. Matthieu (p. 305.), un seul en S. Marc, 4 en S. Luc, à peine un demi en S. Jean ; en S. Paul de simples allusions, n'était-ce de deux textes de l'Epître aux Hébreux ; « ils sont si clairsemés ! » dit-il. (p. 307.)

« A cet égard le Père semble avoir mal compté. Il parait avoir omis les paraboles où le Sauveur conclut par la damnation ; celles-ci, par exemple : L'*ivraie*, les *talents*, les *mines*, le *figuier stérile*, le *filet*, le *riche insensé*, l'*économe infidèle* et les *dix vierges*, qui sont autant de prédications sur l'enfer.

« En outre, dans les passages qu'il signale, il ne compte que le verset final où la menace de l'enfer est exprimé : « 10 versets, sur 28 chapitres d'environ 40 versets chacun », s'écrie-t-il, un rien ! (p. 305.) — Pour être juste, il devrait compter tout le contexte où ces versets sont encadrés ; par exemple : la parabole de la robe nuptiale est tout entière sur l'enfer, quoique les ténèbres extérieures soient indiquées en un seul verset. Avec cette arithmétique, on pourrait soutenir que le livre de l'auteur n'a qu'une vingtaine de pages, celles qui expriment ses conclusions, et que tout le reste est un peu hors-d'œuvre.

« Mais soyons sérieux : le Père semble oublier aussi que la révélation n'était pas tout entière dans les livres saints, et que tout ce que Jésus a dit et fait n'a pas été écrit ; qu'il y a des traditions apostoliques. Or, les premiers Pères de l'Eglise, qui en sont l'écho, n'ont pas prêché à la manière du P. Castelein ; ils ont terrorisé tant et plus ; la crainte de l'enfer a été un puissant levier chez les Chrétiens du temps des persécutions et de tous les temps.

« Au reste, si le N. T. est le fond principal de la prédication catholique, il n'est qu'un thème à interprêter et à appliquer aux diverses situations de la vie. En accordant que l'Esprit Saint ait particulière-

ment insisté sur la miséricorde et les mystères de la Bonté divine, ce n'est pas pour nous engager à prêcher moins, ni moins fort sur l'enfer. Mais, s'il est permis d'en conjecturer le motif, c'est peut-être que ces mystères de grâce et d'amour sont plus inouis et plus incroyables pour l'homme déchu que les mystères de la justice éternelle. Le Dieu juste, les purs payens ne l'ignoraient pas; le Dieu Bon leur était quasi inconnu ! —

«La règle fondamentale pour prêcher avec fruit, me semble être d'adapter le fond et la forme à l'auditoire qu'on a devant soi. Sans ce discernement élémentaire on s'expose à beaucoup d'inconvénients; les principaux semblent être de troubler les âmes timorées et de tranquilliser les âmes relâchées. Aux âmes en voie de sanctification, que la menace de l'enfer ne soit plus qu'un lointain grondement de tonnerre, et que le ciel distille avec sa rosée la paix et la joie de l'amour; aux âmes convalescentes, épaves de récents naufrages, que la miséricorde du Seigneur rayonne au travers les foudres et la tempête pour inspirer confiance et courage. — Mais pour les âmes qui folâtrent au bord de l'abîme et vivent dans l'occasion prochaine, pour les pécheurs en putréfaction dans le tombeau de leur vices, que l'éclair déchire leurs ténèbres, que des cris d'alarme s'élèvent en puissantes clameurs, pour les avertir du péril où les réveiller du sommeil fatal.

« Le Père n'a pas seulement le tort de blâmer la fréquente prédication des fins dernières ; il a le tort aussi de nous interdire ce qu'il appelle le *terrorisme inventé*. Puisque l'enfer est une réalité, l'orateur

sacré n'a pas à inventer en cette matière ; il n'a qu'à donner des images, des comparaisons, des analogies. Il doit craindre de manquer aux règles du bon goût, par une diction, un geste, un accent, où des expressions qui choqueraient l'auditoire et compromettraient le fruit de sa parole ; mais il n'a pas à craindre d'exagérer jamais les horreurs des supplices éternels : car en retournant le texte de S. Paul, on peut dire, que l'œil n'a rien vu, l'oreille n'a rien entendu, le cœur humain n'a jamais rien ressenti qui puisse servir à nous donner une image même lointaine des châtiments que Dieu réserve aux réprouvés. Toute discription n'approchera jamais del'épouvantable réalité. »

2. — Quoad aliud monitum Patris Castelein : « En ce temps d'examen et de doute, évitons de donner comme réelles les descriptions du genre de celles du Coran, » (p. 308, nota.) liceat in mentem revocare *exercitium quintum primæ hebdomadæ Exercitiorum spiritualium S. P. ejus Ignatii,* quod est contemplatio valde *realistica* de inferno, et quod certe etiam nostro tempore omnibus prodesse poterit.

« Prius præludium, hic habet : compositionem loci, subjecta oculis imaginationis, inferni longitudine, latitudine ac profunditate.

« Posterius vero, consistit in poscenda intima pœnarum, quas damnati luunt, apprehensione, ut si quando me ceperit divini amoris oblivio, saltem a peccatis supplicii timor coerceat.

« Punctum primum est, spectare per imaginationem vasta inferorum incendia, et animas, igneis quibusdam corporibus, velut ergastulis inclusas.

« Secundum, audire imaginarie, planctus, ejulatus, vociferatiqnes, atque blasphemias in Christum, et Sanctos ejus, illinc erumpentes.

« Tertium, imaginarie etiam olfactu fumum, sulphur et sentinæ cujusdam seu fæcis, atque putredinis graveolentiam persentire.

« Quartum, gustare similiter res amaras, ut lacrymas, rancorem, conscientiæque vermem.

« Quintum, *tangere* quodammodo ignes illos, quarum tactu animæ ipsæ amburuntur. »

An hoc exercitium est: « un procédé du rigorisme mahométan ou pseudo-chrétien ? » (p. 309.) (1)

Et nescio utrum S.Ignatius approbaret P.Castelein scribentem : « Nous le demandons avec insistance, n'est-il pas *indigne* d'un chrétien de se préoccuper presque exclusivement, dans l'effroi et le trouble de l'âme, des moyens d'échapper aux peines éternelles? » (p. 334) — Quum ipsissimus Sanctus Scriptor exercitiorum inducit exercitantem primæ hebdomadæ hæc secum proponentem : « Ut cogitationes quæ gaudium afferunt subterfugiam, quoniam talis quælibet cogitatio impedit fletum et dolorem de peccatis meis... Ut eamdem ob causam, omni me privem lucis claritate, januis ac fenestris clausis tantisper, dum illic moror... Ut a risu, verbisque risum provocantibus, maxime abstineam. » (2)

In scientia salutis standum est semper doctrinis Sanctorum, qui magistri nostri sunt simul ac exemplaria.

1. L. c. Edit. Antverp. 1635. pag. 42. — Edit. Namurc. 1841 p. 62.
2. Prima. Hebd. Additationes 6ª, 7ª, 8ª. — L. c.

Epílogus.

Cum ergo, juxta sententiam communem Sanctorum et Theologorum, certum sit majorem partem generis humani damnari, — et theoriæ neotericorum numquam factum istud mutaturæ sint, quinimo numerum tepidorum et consequenter damnandorum potius augebunt, — ideo magis ædificat humiliter tremendum hoc mysterium admittere, et secundum illud vitam nostram doctrinamque componere, quam de illo in periodicis discutere « auprès des laïques d'esprit cultivé ! »

Si consideramus paucitatem Salvandorum *relate ad Deum*, caveamus ab omni curiosa inquisitione et a specie murmurationis.

Adoremus Deum summe bonum, sanctum et justum ; nobisque dictum sit ab Apostolo :

« O altitudo divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei ! Quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, et investigabiles viæ ejus ! Quis enim cognovit sensum Domini ? Aut quis consiliarius ejus fuit ? » (Rom. XI, 33, 34.)

Et si exsurgunt superbæ objectiones vel murmurationes, respondeamus cum pio et docto Patre Saint-Jure, S. J. :

« Si vous me demandez comment il est possible que Dieu, qui aime les hommes d'un amour si grand, qui a tant de désir de les sauver tous, qui a tant souffert pour leur salut, puisse consentir, à *les voir presque tous damnés*, je vous répondrai qu'il a encore plus d'amour pour eux, plus de désir de leur

salut que nous ne saurions le dire et le penser. Dieu, dit Notre-Seigneur à Nicodème, n'a pas envoyé son Fils dans le monde pour juger le monde, mais afin que le monde fût sauvé par lui ; d'autant plus que personne ne veut perdre ce qui lui a coûté très cher, et que, comme dit Salomon, la gloire du roi est dans le nombre de ses sujets ; ainsi Dieu ne désire rien avec autant d'ardeur que de conserver les hommes qui lui ont coûté si cher, et d'augmenter sa cour dans le ciel, où les élus doivent l'honorer et le servir pendant toute l'éternité ; mais il faut considérer que la volonté qu'il a de les sauver est conditionnelle, qu'il veut les sauver, pourvu qu'ils le veuillent eux-mêmes, qu'ils y travaillent de leur côté, et qu'ils gardent ses lois. Rien n'est plus raisonnable : 1°) puisqu'ils le peuvent, et qu'il ne leur manque rien de tout ce qui est nécessaire pour cela ; 2°) parcequ'il est leur Dieu et leur souverain Seigneur ; qu'ils lui doivent une obéissance entière, d'autant plus que ses lois sont toutes équitables, conformes à leur nature et à leur raison ; parce que ces lois ne sont point comme les lois des princes de la terre, qui ne sont sanctionnées que par des menaces, et qui ne promettent aucune récompense ; car Dieu promet des richesses, des plaisirs et des honneurs infinis à ceux qui les observeront ; 3°) enfin, parce que ce serait vraiment une dérision de vouloir acquérir sans aucun travail les trésors inestimables des biens éternels, tandisque nous ne pouvons pas obtenir sans peine la plus petite chose sur la terre. Il est donc très raisonnable que les hommes observent les lois de Dieu ;

Dieu est très juste en les châtiant s'ils les transgressent comme en les récompensant s'ils y sont fidèles. C'est ce que nous voyons en usage parmi les hommes dans tous les États policés, où l'on pèse le mérite des personnes pour récompenser les bonnes actions et punir les mauvaises. » (1)

Dein tritæ cuidam objectioni ita peremptorie respondet idem pius asceta: « Oui, me direz-vous ; mais Dieu, qui est si bon, devrait nous sauver par force, et ne pas nous laisser perdre ! — Non, cela ne peut être ainsi. « Nous n'approuvons pas, dit S^t^ Denis, ce que quelques uns disent sans aucun fondement de raison, qu'il faudrait que la Providence divine nous entraînât malgré nous à la pratique de la vertu : car ce n'est pas le propre de la Providence de détruire la nature des choses, mais au contraire elle la conserve, elle la laisse agir, et agit avec elle selon le degré de force qu'elle a. Ainsi, il permet à l'homme, qu'il a créé libre, d'user de sa liberté pour se livrer à la vertu ou au vice, pour travailler à son salut ou à sa damnation sans le contraindre. » — « Dieu veut sauver tous les hommes, dit S^t^ Ambroise, mais pourvu qu'ils aillent à lui, et qu'ils montrent qu'ils le désirent ; il ne veut pas les sauver malgré eux. » Et en effet, quel est l'homme qui traîne, liés et garrotés, ceux qu'il a invités à un festin ? Ce serait les outrager au lieu de les honorer. On punit bien les hommes contre leur volonté, on ne les récompense pas de même ; car pour qu'ils soient récompensés, il faut qu'ils l'aient

1. De la connais et de l'am. de N.-S. J.-C. — Livre III, chap. XXIII. § II. — n° IV. — Edit. Lyon, 1847. — T. III. p. 138.

mérité, et ils ne peuvent le mériter sans le vouloir et sans s'en donner la peine. Ainsi, Dieu précipite bien les hommes dans l'enfer contre leur volonté ; mais il ne reçoit dans le ciel que ceux qui le veulent. Puisque le nombre des *réprouvés est si grand,* que celui des *élus est si petit,* qu'il en est *tant qui se damnent* et *si peu qui se sauvent*, quel est celui d'entre nous qui n'a pas sujet de craindre d'être compris dans cette prodigieuse multitude ? » (1)

Si consideramus paucitatem salvandorum *quoad nos,* nobis dictum sit a primo Redemptoris Vicario : « Fratres, magis satagite ut per bona opera certam vestram vocationem et electionem faciatis : hæc enim facientes, non peccabitis aliquando, sic enim abundanter ministrabitur vobis introitum in æternum regnum Domini nostri et Salvatoris Jesu Christi. » (II Pet. I. 10, 11.) — *Satagite*, i. e. magis magisque agite ut habeatis signa quoad fieri potest moraliter certa vestræ prædestinationis. Quia, ut notat S. Thomas : « Per bona opera prædestinationis effectus certudinaliter impletur. » (2)

Et nos Sacerdotes, ne, cum aliis prædicaverimus, ipsi reprobi simus, caveamus a vita et doctrina laxis; prædicemus et in praxim deducamus principia, non neotericorum, sed Sanctorum et Ecclesiæ Doctorum; non abhorreamus sanctam et evangelicam severitatem eorum, ne sæculo huic depravato et molli placeamus ; et cum gemitu cordis oremus quotidie ad Deum salvatorem nostrum :

1. Ibid. nº V. p. 140.
2. *Summa*. 1. q. 23. a. 8. in corp.

Ab æterna damnatione nos eripi, et in Electorum tuorum jubeas grege numerari !

De multitudine miserationum tuarum sperantibus partem aliquam et societatem donare digneris cum tuis Sanctis, intra quorum nos consortium, non æstimator meriti, sed veniæ quæsumus Largitor admitte. Per Christum Dominum nostrum et per preces lacrymasque Mariæ, Mediatricis nostræ :

Amen.

Laudetur Jesus et Maria semper Virgo, nunc et semper.

Additamenta.

Ad pag. 196. — **Viator a Cocaleo.** O. F. C. († 1793.)

Tamquam thesim hanc ponit propositionem :

« Electorum numerum in superna Patria locandum, a reproborum copia, intra metipsam catholicam Ecclesiam conviventium probabilius excedi, dolenter cogimus dicere.

« Notandum. Quæstionem non versari circa reproborum numerum, qui ex Fidei veræ defectu, vel ex hæresi extra catholicæ Ecclesiæ sinum infideles obeunt. De nis enim superflue disputatio instituitur. Qui enim non credit, jam judicatus est.

« Probatur. — Christus, de Electorum numero sententiam dicens Luc XIII, ait quod *pauci* sunt, etc.

« Rationes de his sententiis ultra quam opus sint, habemus. Ignorantia, et concupiscentia et difficultates tales ac tantæ sunt etiam inter catholicos, quam quod maxime ; consequenter promissa in baptismo facta a quamplurimis non attenduntur ; mandata naturæ, Dei et Ecclesiæ itidem non custodiuntur ; uno verbo, pauci sunt, qui se vitæ Christi conformant. »

Deinde respondens neotericis, ait : « Objicere non cessant adversarii nonnullas imagines, sive parabolas, in quibus opposita videtur firmari sententia. Dicunt enim inter invitatos ad nuptias unum solummodo, sine veste nuptiali repertum, fuisse exclusum. Ex Apostolis solum Judam damnatum ; ex adultis paucos sine pœnitentia sacramentali obire, etc. —

Respondemus, quod si de figuris loquimur, *potioribus sententia nostra redundat*. In arca Noe octo solæ personæ salvæ factæ sunt ; in terram promissionis ex millenis duo tantum introductos fuisse, etc. — *Verumtamen magis Traditio quam modernorum interpretationes debet attendi*. Utinam adversarii nostri vera dicerent ; sed contrarium omnino timeo ; nam *nec unicus Scripturæ locus illorum sententiam litteralem fert ; nec eam tamquam sententiam Patrum probare possunt*. » (1)

Ad pag. 232. — Joan. Gagneius. (Scripsit 1552.)

Francorum regis Francisci I theologus, ecclesiastes et eleemosynarius, in Matth. VII, 15 : « Per angustam portam et arctam viam, difficile ab initio virtutis iter intelligit, qua *rarissime* vulgus incedit. Lata autem porta et spaciosa via, voluptatis via est, quo se pene omnes conjiciunt. Vult ergo Christus, non vulgi ac plurimorum lata via voluptatis, quæ ad interitum ducit, suos incedere, sed *paucorum*, et ex virtute degentium, angustam virtutis portam intrare, et arcta via incedere. » (2)

Et in Luc. XIII, 23 : « Christus solum quærendum esse modum quo quis salvari possit et ad æternam pervenire salutem, ad quam per angustam portam ingredi oportere suadet... Multi autem contendent

---

